Biblioteca Universitaria
GRANADA
105

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala A
Estante 16
Número 453

# COMPENDIO-LVM DE SACRAMENTIS, &c. Ad D. D. Ioannem de Sant Clemente Archiepiſcopum Compoſtellanum, &c.

*AVTORE FRATRE PETRO DE Cañedo, Sacræſcripturæ in Academia Compoſtellana lectore, & S. Inquiſitionis conſultore, ordinis S. Franciſci prouinciæ S. Iacobi.*




CVM PRIVILEGIO.

*SALMANTICÆ,*

Apud Ioãnem & Andream Renaut Fratres. 1592.

# E L R E Y.

POR quanto por parte de vos fray Pedro de Cañedo lector de Theologia en la Vniuerſidad de Sanctiago de Galicia y conſultor del Sancto officio, nos fue fecha relació q̃ con mucho trabajo cuydado y diligencia y con zelo de ſeruir a nr̃o Señor y a la republica Chriſtiana, auiades cópueſto y hecho vn libro en latin ſobre los ſiete Sacramentos de la ſancta madre Igleſia intitulado compendiolũ de Sacramentis, el qual dicho libro era curioſo, y recopilado de diuerſas partes de la ſagrada ſcriptura, ſuplicandonos os dieſſemos licencia para le poder imprimir por tiẽpo y eſpacio de veynte años, y q̃ ninguna otra perſona le pudieſſe imprimir ſin vr̃a licencia, o como la nr̃a merced fueſſe, lo qual viſto por los del nr̃o Cóſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizieró las diligécias q̃ la pragmatica por nos hecha ſobre la impreſsió de los libros diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mádar dar eſta nr̃a cedula para vos en la dicha razó, y nos tuuimos lo por bié, por la qual por os hazer bié y merced os damos licécia y facultad para q̃ vos, o la perſona q̃ vr̃o poder ouiere, y no otra alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro q̃ de ſuſo ſe haze mencion en todos eſtos nr̃os Reynos de Caſtilla por tiẽpo y eſpacio de diez años, q̃ corrá y ſe cuenten deſde el dia de la data deſta nr̃a cedula, ſo pena q̃ la perſona, o perſonas q̃ ſin tener vr̃o poder lo imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda la impreſsió q̃ hiziere có los moldes y aparejos dellos, y mas incurra en pena de cincuéta mil marauedis cada vez q̃ lo córrario hizieren, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona q̃ lo acuſare, y la otra tercia parte para la nr̃a Camara y fiſco, y la otra tercia parte para el juez q̃ lo ſentenciare, con tanto q̃ todas las vezes q̃ ouieredes de hazer imprimir el dicho libro duráte el dicho tiẽpo de los dichos diez años, le traygays al nr̃o cóſejo, juntaméte có el original q̃ en el fue viſto q̃ va rubricada cada plana y firmado al fin del, de Iuan Gallo de Andrada nr̃o eſcriuano de camara, de los q̃ reſiden enel nr̃o conſejo, pa-

ra que

ra q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o traygays fe en publica forma, de como por corrector nombrado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original y ſe imprimio conforme a el, y quedan impreſſas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que anſi fueren impreſſos, para q̃ ſe os taſſe el precio que por cada volumen ouieredes de auer. Y mandamos al impreſſor que aſsi imprimiere el dicho libro no imprima el principio ni primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro con el original al autor y perſona a cuya coſta le imprimiere, ni otra alguna para effecto de la dicha correction y taſſa, haſta que antes primero el dicho libro eſte corregido y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego y ſeguidamente ponga eſta nueſtra cedula y priuilegio, el aprobacion taſſa y erratas, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las leyes y pragmaticas deſtos nueſtros reynos. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo, y a otras qualeſquier juſticias que guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y lo en ella contenido. Fecha en Sant Lorenço, a ocho dias del mes de Iulio, de mil y quinientos y nouenta y vn años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

Iuan Vazquez.

POR mandado de los Señores del Conſejo, yo el Maeſtro fray Diego de Guzman miniſtro del monaſterio de la Sanctiſsima Trinidad deſta villa de Madrid, he viſto eſte libro intitulado Compendiolum de Sacramentis, hecho por el padre Fray Pedro de Cañedo de la orden del glorioſo padre Sant Franciſco, y no he hallado en el coſa contra nueſtra ſancta fe Catholica, ni buenas coſtumbres, antes contiene buena y prouechoſa doctrina, y juzgo ſera prouecho ſe imprima. Fecha en Madrid en eſte nueſtro monaſterio, a diez y nueue dias de Iunio de 1591 Años.

Fray Diego de Guzman.

# AMPLISSIMO D. D. IOANNI DE SANT Clemente Archiepiſcopo Compoſtellano, &c. Frater Petrus de Cañedo S. P. D.

*EA EST (Præſul ampliſsime) perfuſa tuæ charitatis magnitudo, is ſpiritus ardentis feruor, vt nihil, quod tuo muneri videatur incumbere, ſilentio prætermittas vnquam, & (quod magis mirandum eſt) quod grauioribus negotiis intentus nequaquam minora contemnas, acſi illorum ſingulis tantummodo tenearis. Cum igitur ſint in tuæ Diœceſis amplitudine ſcholaſtici; qui ad ineffabile ſacerdotium ſua iam dudum dirigant ſtudia, quorum alij inuida paupertate ſuppreſsi, illa nequeunt ad finem perducere, reliquos verò librorum confuſio (quæ eſt eorum abundantia) ab incepto detineat, & ab inſtituto deterreat, ne minus id, ad*

quod tanto ſpirant conatu, à ſibi debitis circunſtantiis, aut ipſi à propoſito fine defraudentur, illiſq; paterna pietate impulſus, opem ferre maximè deſideres: mihi omnium minimo imponere dignatus es, vt illorum aliquos mea cura ſuſciperem erudiendos, quibus pro viribus opitularer. Quod cùm ſit adeò charitati, & rationi conſonum, nihil iucundius mihi potuit euenire. Obediui igitur præceptis exhibens vſque adhuc, quod mea poteſt maxima imbecillitas. Cæterum, cùm charitas non æmuletur, deſideraui quamplurimum, vt hic (qualiſcunq; ſit) meus labor omnibus eo indigentibus ex æquò participetur. Ne autem auſus viderer, quod à te prius receptum non extiterit, tibi patri benigniſſimo tradidi, vt tuæ doctrinæ claritate (quã ignorat nemo) quemlibet ſuppleret defectum. Quod munus licèt exiguum, à te (quæ tua eſt humanitas) admiſſum, tui tamen nominis præſidium expoſcere videtur, vt & ipſum apud omnes maxi-



mam tuam prædicet autoritatem. Exiguum quidem eſt, ſufficiens tamen, vt grati in te animi ſpecimen referat. Hoc ſuſcipe (præſul digniſſime) vt tua omnes credant approbatione aliquod ab ipſo poſſe capi emolumentum, meq; interim dilige maiora ſi poſſem oblaturum.

Vale.

*FRATER Ferdinandus è Campo, ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ, in prouincia Diui Iacobi Miniſter prouincialis, Patri fratri Petro Cañedo ſacræ Theologiæ lectori, & Sanctæ Inquiſitionis qualificatori, in Compoſtellana ciuitate Salutem exoptat ſempiternam. Cum librum quendam cui titulum indidiſti, Compendiolum de Sacramentis nouæ legis, ipſumque ad Dei Optimi Maximi honorem, & Chriſtianæ totius Reipublicæ decus, ac commune legentium vtilitatem typis excuſum in lucem prodire cupias, nos quibus incumbit fratrum noſtrorum bene geſta iuuare, & ipſis morem gerere: harum literarum ſerie copiam facimus: vt memoratum volumen examinatum prius, & approbatum iuxta ſtatuta regalia, impreſſioni tradere queas. Vale in Domino. Datis Compoſtellæ. Anno Domini 1590. Die octauo Auguſti.*

*Fray Hernando de Campo*
*Miniſter Prouincialis.*

# EPISTOLA DEDICATORIA
## ad Lectorem.

OPERÆ PRETIVM erit (candide Lector) quoniam in ſcripturis, præſertim per Quartum ſententiarum, de Sacramentis, etſi diffuſa, ac magnarum rerum ſupellectili, & pondere à multis grauiſsimis Doctoribus multa dicta ſunt, breuius tamen quoad publicam eruditionem, & ipſorum paruitatem præfaremur. Mirum enim in modum oblectatur lector notitia pleniori tantorum Doctorum: quod fateor. Cæterum conſilium fuit, vt omnibus innoteſcet, in ſeptem Sacramenta hoc cõpendium ſcribere (ea laudabili ductus ratione) vt breui temporis ſpatio, qui labori-

bus continuis ſunt occupati, aut paupertate oppreſsi, poſsint aliqualem notitiam eorum, quæ de Sacramentis diſſeruntur habere. Collatis igitur vetuſtis exemplaribus, variæ lectionis, reique difficilis notas adiunxi, diffuſa annotationibus illuſtraui, vt nunc tandem opus nouum natum nouo amore, & noua lectione dignũ videatur. Quamobrem, ſi cupis ad Sacramẽtorum notitiæ deſideratos amplexus compendiò peruenire (neglectis ancillis, quæ ſeruiunt cum filijs ſuis) lege, & relege, quæ tibi hic purè, liberèque traduntur. Veritas nempe vna eſt, quæ ſola vult amari, & nullo modo patitur pellicem. Et ſi munuſculum hoc, quod offero, non magnitudine ſed præmio æſtimandum, placere cognoueris, non meis meritis, ſed alienis (vt dixi) meritò tribuatur.

tur. Nam vbique gentium fugienda Theologo doctrinæ nouitas, & fictio eſt, tum ferè, vt vetuſtati, ita quoque veritati contraria. Accipe igitur Lector, & amplectere Codicem noſtris typis excuſum, mendiſque, quàm maximè fieri potuit, expurgatum: vbi & ſacrificij miſſæ, eiuſque myſteria vulgari ſermone cum tractatu de excommunicatione inuenies, vt diuinorum arcana in omnium commodum propalarem. Vale.

# INDEX TRACTATUUM, & Capitulorũ, quæ in hoc volumine continentur.

*Tractatus Primus de peccatis.*


CApitulum I. Quid ſit peccatum. Pag. 1
Capit. II. Quotuplex ſit peccatum. 6


*Tract. II. De ſacramentis in genere.*


Capit. I. Quid ſit ſacramentum. 19


*Tract. III. De ſacramento Baptiſmi.*


Capit. I. Quid ſit Baptiſmus, & quotuplex. 36
Capit. II. De eius materia & forma. 39
Cap. III. De intẽtione ex parte Baptizati. 46
Capit. IIII. De effectu Baptiſmi. 49


*Tract. IIII. De ſacramento confirmationis.*


Capit. I. De eius inſtitutione. 53
Capit. II. De materia huius ſacramenti, & eius forma. 55
Capit. III. De effectu huius ſacramenti, & de eiuſdem ſacramenti miniſtro. 58


*Tract. V. De ſacramento Euchariſtiæ.*


Capit. I. De inſtitutione, & neceſsitate huius ſacramenti. 60
Cap. II. De materia & forma huius ſacramẽti. 63
Capit. III. De conuerſione panis, & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti. 71
Capit. IIII. De effectibus huius ſacramenti, & de diſpoſitione, quam debent habere ad ipſum accedentes. 76


Capit.




Capit. V. De ætate & qualitate cõicantiũ. 82
Capit. VI. De miniſtris huius ſacramenti. 92
Cap. VII. De ſacrificio miſſæ, & eius valore. 99
Capit. VIII. De altiſsimis myſterijs, quæ in ipſo ſacrificio miſſæ repræſentantur. 114


*Tract. VI. De ſacramento pœnitentiæ.*


Capit. I. De inſtitutione huius ſacramenti, & quãdo obligat. 153
Capit. II. De iteratione huius ſacramenti & eius effectu. 159
Capit. III. De contritione, ſiue dolore requiſito ad hoc ſacramentum conficiendum. 168
Capit. IIII. De peccatis confitendis, eorumque numero, & ſpecie. 180
Capit. V. De circunſtantijs peccatorum, & quando liceat reticere aliquod peccatum, ſeu circunſtantiam. 186
Capit. VI. De peccatis reſeruatis, & quomodo ſint confitenda. 196
Capit. VII. De miniſtris huius ſacramenti. 206
Capit. VIII. De iteratione huius ſacramenti defectu alicuius partis principalis. 220
Capit. IX. De ſatisfactione, quæ eſt quarta pars huius ſacramenti, & de eius integritate. 226
Capit. X. De ſigillo confeſsionis. 236


*Tractatus. VII. De ſacramento extremæ vnctionis.*


Capit. Vnicum. De eius inſtitutione, & de partibus eſſentialibus, & effectu, & de legitimo miniſtro eiuſdem. 245


Tract.

*Tract. VIII. De ſacramento Ordinis.*

Capit. I. De quidditate huius ſacramenti, & eius effectu. 250
Cap. II. De ætate, & qualitate ordinãdorũ. 254
Capit. III. De criminibus, ſiue irregularitatibus, quæ concomitantur, vel ſubſequuntur ipſam ordinis receptionem. 260
Capit. IIII. De poteſtate conceſſa à Chriſto toti eccleſiæ ratione clauium. 264
Capit. V. De iuriſdictione ſpirituali ſummi pontificis, & de eius dominio, ſiue poteſtate temporali ſuper ſubditos. 278
Capit. VI. De exemptione clericorum, ſiue eccleſiaſticorum à poteſtate ſeculari. 283

*Tract. IX. De indulgentijs.*

Capit. I. Quid ſit indulgentia. 289
Capit. II. Qualem diſpoſitionem debent habere conſequentes indulgentias. 293
Capit. III. Quis põt cõcedere indulgentias. 299
Capit. IIII. Ob quam cauſam indulgentiæ debent concedi. 304
Capit. V. De theſauro eccleſiæ, ex quo conceditur indulgentia. 309

*Tract. X. De ſacramento matrimonij.*

Capit. I. De inſtitutione, & eſſentia huius ſacramenti. 313
Capit. II. De conſenſu requiſito ad hoc ſacramentum. 317
Capit. III. De matrimonio conditionali. 325
Capit. IIII. De ætate, & qualitate contrahentium matrimonium, & ſponſalia. 332
Capit. V. De frigidis, & maleficiatis, & de impedimentis, quæ oriuntur ratione delicti. 338
Capit. VI. De impedimentis cultus, conſanguinitatis, & affinitatis, & cognationis ſpiritualis, & adoptionis impedientibus matrimoniũ contrahendum. 348
Capit. VII. De perpetuitate contractus matrimonij. 365
Capit. VIII. De vſu licito, & meritorio huius ſacramenti. 383

*Tract. Vndecimus. De excommunicatione.*

Capit. I. Quid ſit excommunicatio. 390
Capit. II. In quod peccatum, vel in quam pœnã communicantes cum excommunicato incurrant. 399
Capit. III. An propter peccatum incurratur in pœnam excommunicationis. 404
Capit. IIII. Qui ſunt, qui poſſunt excommunicare. 411
Capit. V. Qui poſſunt excõmunicari à iure, vel ab homine. 414
Capit. VI. Qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione. 417
Capit. VII. De quibuſdam caſibus circa abſolutionem ab excommunicatione canonis. Si quis ſuadente diabolo. 423
Capit. VIII. De interdicto. 430
Capit. IX. Quæ ſunt facienda, & quæ vitanda tempore ceſſationis à diuinis, tam ex iure, quã ex pri-

ex priuilegijs conceſsis ordinibus mendicantium. 444

*Tract. Vltimus. De correctione fraterna.*

Capit. I. Quid ſit fraterna correctio, & quando obliget. 451

Capit. II. De denuntiatione facienda prælato, ſiue iudici, vt fratrem ſuum corripiat. 458

Capit. III. De accuſatione, & inquiſitione delicti. 464

FINIS.

*Taſſa deſte libro.*

*Yo Iuan Gallo de Andrada eſcriuano de Camara del Rey nueſtro Señor, de los que reſiden en el ſu Conſejo, doy fe que auiendoſe viſto por los Señores del vn libro en latin ſobre los ſiete Sacramentos de la ſancta madre Igleſia intitulado Compendiolum ſacramentorum, compueſto por fray Pedro de Cañedo, lector de Theologia en la vniuerſidad de Sanctiago de Galicia, y conſultor del Sancto officio, taſſaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis, y dieron licencia para que a eſte precio ſe pueda vender, y mandaron q̃ eſta taſſa ſe ponga al principio del dicho libro, y en cada volumen del las erratas, y no ſe pueda vender ſin ella, y para que dello conſte, di la preſente q̃ es fecha en Madrid, a catorze de Mayo de 1592. años.*

*Iuan Gallo de Andrada.*



# COMPENDIOLVM DE SACRAMENTIS nouæ legis, à Fratre Petro de Cañedo Sacræ Theologiæ profeſſore, & Sanctæ Inquiſitionis qualificatore, Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ S. Iacobi.

## TRACTATVS PRIMVS De peccatis.

### Quid ſit peccatum. Cap. I.

CVM in præſenti Tractatu de Sacramentis nouæ legis diſſerēdum ſit, per quæ omnia peccata nobis remittuntur, [1] (tanquam per inſtrumenta inſtituta à Chriſto ad gratiā conferendam, & peccata remittenda virtute ſuæ ſacratiſsimæ paſsionis: [2]) operæpre-

1 Per Baptiſmum, & Pœnitentiam per ſe, & ex ſua inſtitutione: per alia verò ſacramenta per accidens remittuntur mortalia ratione gratiæ, quam conferunt. Venialium vero remiſsio omnibus ſacramentis eſt communis effectus.

2 Quia merita Chriſti R. N. applicantur

tium erit, nonnihil de peccatis præſupponere, & dicere: incipiendo à peccati definitione.

¶Peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. 3 Hæc definitio eſt Diui Auguſt. Senſus eſt, quòd peccatũ eſt tranſgreſsio 4 alicuius legis diuinæ, operando aliquid, ſiue loquendo aliquod verbum, aut deſiderando aliquid prohibitum per legem Dei. Et ſub lege Dei debes intelligere non ſolum præcepta naturalia 5, quæ ſunt decem præcepta Decalogi 6, & præcepta

cantur nobis in omnibus ſacramentis: quę merita ſunt cauſæ meritoriæ gratiæ, quæ in illis datur, cum ſacramenta ſint inſtrumenta.

3 Multę alię ſunt definitiones peccatorum, quas refert Magiſt. diſtinct. 35.

4. Omnes tamen in hac definitione virtualiter includuntur, quam ponit Auguſt. 22. cap. contra Fauſtũ Manichæũ.

4 Per tranſgreſſionem intellige aliquem actum humanum voluntarium elicitum, ſiue imperatum à voluntate propter malũ finẽ.

5 Illa videlicet, quæ lumine naturali conſtant, & obligant à creatione hominis, per quorum obſeruationem, & ſimul cum fide vnius mediatoris venturi, & Dei remuneratoris, potuerunt Gentiles ſaluari vſque ad aduentum Chriſti, & promulgationem Euangelij: vt ait Paulus ad Romanos. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, &c.

6 Quæ modo dicuntur decem Dei præcepta, & olim fuerunt ſcripta digito Dei in tabulis lapideis, & tradita Moyſi. Tria priora, quæ pertinent ad Dei cultum, & quartum



diuina poſitiua, qualia ſunt præcepta Euangelica 7, ſed etiam præcepta poſitiua Eccleſiaſtica 8, vt ſunt leges Canonicæ, & mandata prælatorum, quibus tenemur obedire, & leges Ciuiles 9, quando ſunt iuſtæ: maxime ſi earum tranſgreſsio redundat in damnum, ſeu detrimentum proximi. Tunc enim huiuſmodi leges obligant in conſcientia: 10 vt Pragmatica, quæ fit de non vendendo triticum niſi tali pretio. Prælati enim, & Reges authoritate Dei cõſtituunt leges, & ideò tranſgreſſores iſtarum legũ dicuntur tranſgreſſores legis Dei. Nam, iuxta doctrinam Pauli; Qui poteſtati reſiſtit,

tum de honorandis parentibus continebantur in prima tabula: in ſecunda vero tabula reliqua omnia ſex, quę pertinent ad vtilitatem proximi.

7 Vt ſunt præcepta de recipiendis ſacramentis, & de diſpoſitione, ſeu præuentione requiſita ad ipſa dignè recipienda.

8 Quinque videlicet præcepta Eccleſiæ & omnes conſtitutiones canonicæ, quæ præcipiũtur in virtute obedientię, ſiue ſub pœna excommunicationis, vel ſub aliqua graui pœna, licèt ſit temporalis.

9 Quando fuerint pœnales, licèt ſint canonicæ, non obligãt ad pœnam ante iudicis ſententiam, vt tenet communis opinio contra Panor. & Alphonſum de Caſtro, prout refert, & docet Soto de Iuſt. & iur. lib. 1. quæſt. 6. art. 6.

10 Quas tenentur ſeruare etiam earum conditores propter vitandum damnum proximi.

Dei ordinationi reſiſtit. Et dicimus, peccatum nihil aliud eſſe, quàm tranſgreſsionem legis: quia ſecundùm Apoſtolum, vbi non eſt lex, nec præuaricatio. Ex quo infertur, quòd licèt materiale peccati ſit ipſe actus poſitiuus [11], vt operatio ipſa, verbum, aut deſiderium: formale vero peccati, à quo peccatum ſumit ſpeciem, eſt ipſa præuaricatio, ſiue tranſgreſsio legis: nam per tales tranſgreſsiones deordinatur voluntas, & ſeparatur à ſua prima regula, videlicet à voluntate diuina, quæ nobis declaratur per legem. Quæ deordinatio & ſeparatio dicitur propriè auerſio à Deo [12], & conuerſio ad creaturas per inordinatum amorem: in qua auerſione conſiſtit offenſa Dei, & eſt formalitas, & totalis malitia peccatorum. Nam & de hac auerſione conqueritur Deus, quando per Hierem. cap. 2. dicit; Me dereliquerunt fontem

11 Prout eſt malum morale oppoſitum alicui virtuti morali, cũ ſit actio realis: non tamen prout eſt malũ ſimpliciter, cum ſit purum nihil, & tãtùm habeat cauſam deficientem, ſcilicet priuationem rectitudinis: præſupponitur tamẽ malũ morale.

12 Quæ propriè dicitur malum ſimpliciter, & priuatio rectitudinis, in quã potius quam in conuerſione conſiſtit ratio formalis peccati: quia forma magis eſt de ratione alicuius rei quàm materia.





aquæ viuæ: & quæſierunt ſibi ciſternas, quæ aquam continere non valent [13]. Et ratione huius peccati, ſeu tranſgreſsionis legis diuinæ manet anima vulnerata quadruplici vulnere lethali [14]. Primò ignorãtia intellectus: priuatur enim virtute prudentiæ: & ideò poſt peccatum cætera peccata nulla, aut minora ſibi videntur [15]. Secundò vulneratur voluntas infirmitate, ſiquidem amiſit fortitudinem, & ita fit minùs potens ad reſiſtendum peccato futuro, & ad bonum eligendum: & pronior ad malũ [16]. Tertiò priuatur gratia, & charitate [17]. Et, ſi peccatum eſt infidelitatis, priuatur etiam

13 Quia omnis mortaliter peccans diligit creaturam plus quã Deum, ſiquidem ipſam conſtituit vltimum finem, Deo poſthabito: quanuis verbotenus fateantur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

14 Quod exemplificatur à Chriſto R. N. Lucæ. 10. in homine illo qui deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico, & incidit in latrones, qui expoliauerunt eum & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto.

15 Hac ratione in ſacris literis omnis peccator dicitur inſipiẽs, & ignorans, ſiue inſcius, aut cæcus.

16 Nam corroborantur vires, potentiæ ſenſitiuæ, & extenuantur vires animæ, ſiue ſpiritus: Caro enim ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum.

17 Nam peccatum mortale eſt incompoſsibile cum gratia, & charitate: ſicut infidelitatis, & deſperationis cum fide, & virtute ſpei.

fide: ſicut priuatur ſpei virtute quando eſt deſperationis diuinæ miſericordiæ. Quartò manet damnata ad pœnam æternam. Ab omnibus iſtis damnis liberatur homo, mediantibus ſacramentis per quæ infunditur nobis gratia, & charitas. Et ſimul cum gratia, & charitate infunduntur omnes virtutes amiſſæ ratione peccati [18], & ſimiliter illuminatur intellectus, & corroboratur voluntas, vt poſsit bonum elicere, & peccatum vitare.

18 Vt conſtat Lucæ. 15. in parabola de filio prodigo, iuxta doctrinam Diui Ambroſ. & Ioel. 1. Conuertimini, &c. & ego reddam vobis omnes fructus, quos comedit locuſt i, & bruchus.

## Quotuplex ſit peccatum. Cap. II.

PECCATVM diuiditur in originale [1], & actuale. Peccatum originale dicitur peccatum naturæ [2], quia omnia indiuidua naturæ humanæ manét rea iſtius peccati. Siquidem peccatum primorum parétum, in quibus

1 De peccato originali vide Docto. Schol. diſt. 29. 2. D. Thom. 1. 1. q 89. & 1. 2. q. 81. 82. 83.

2 Peccatum perſonæ eſt, per quod ſola perſona manet rea illius peccati, & amittit tantum aliquod donum per-



bus erat tota natura, virtualiter imputatur toti naturæ [3]. Quia prima inobedientia protoparentis Adæ non ſolum fuit peccatum perſonæ (ratione cuius ipſe amiſit gratiam, & manſit obnoxius pœnæ æternæ) ſed etiam fuit peccatum naturæ, ſiquidem vniuerſa naturæ humanæ indiuidua priuantur per illud peccatum iuſtitia originali concedenda toti naturæ, ſi Adam non peccaſſet, per quam iuſtitiam haberet voluntas completum dominiũ (quale habet dominus ſuper ſeruum) potentiæ ſenſitiuæ [4]. Itaque ſenſus aliquis exterior non poterat inordi-

ſonale, ſcilicet, gratiam gratum facientem. Vnde primum peccatum Adæ reſpectu ſuiipſius fuit peccatum perſonæ: tamen reſpectu deſcendentiũ fuit peccatum naturæ. D. Tho. 1. 2. quęſt. 81. artic. 2.

3 Vt fides catholica proteſtatur in plurimis locis ſacrę Scripturæ vtriuſq; teſtamenti, vt Pſal. 50. & Iob. 25. Paul. ad Rom. 5. ad Eph. 2. & 1. Corin. 5. & 15. & definitur in Concil. Mileuitan. Aphric. Triden. Ita D. Aug. in cap. Firmiſsimè. de conſec. diſtin. 4. Scholaſtici Doct. diſt. 30. 2. D. Tho. 1. 2. q. 81.

4 Vocat à Theologis dominium deſpoticum. Ná, licèt primi parentes potuerint ante peccatum habere omnem delectationem potentię ſenſitiuæ, etiam intenſiorem, quàm nos, non tamen immoderatam, prout inſinuat Scriptura Gen. 2. Erant autem vterq; nudus, Adam, ſcilicet, & vxor eius, & non erubeſcebant, quia nullá legem in membris ſenſerant legi mentis repugnãtem. Vide gloſſam.

 5 Licet

natè delectari, etiam circa ſuum proprium obiectum abſque imperio, & conſenſu voluntatis: vt potentia viſiua circa coloratum, & guſtus circa ſaporem. Ex quo infertur definitio peccati originalis [5]. Peccatum originale eſt priuatio iuſtitiæ originalis, quæ nobis deberet ineſſe, ſi Adam non peccaret. Et contrahere peccatum originale, nihil aliud eſt, quam hominem incipere eſſe in ventre matris priuatum iuſtitia originali, cùm naſciturus eſſet cum illa, ſi non eſſet peccatum [6]. Quod contingit tempore, quo corpus animatur in ventre matris: nam tunc primò incipit habere eſſe hominis. Pro quo aduerte, quòd inobedientia primi parentis eſt etiã noſtra, non voluntaria in ſe, ſed

5 Licèt variè à Doctoribus definiatur, hæc autem eſt potiſsima. Lege Doctores ſchol. 30. diſtin. 2. D. Tho. 1. 2. quæſt. 82. Soto lib. 1. de natura & gratia, à cap. 8. vſque ad 14.

6 Nã iuſtitia originalis duplicẽ proprietatem habebat, ſcilicet, ſubijcere animam Deo (poterat enim, ea exiſtente, vitare omne veniale peccatum) & ſubijcere potẽtiam ſenſitiuam rationi: & ita per priuationem iſtius iuſtitiæ manet anima, quantum ad habitum, rebellis, & inobediens ipſi Deo, pronior, ſcilicet, ad obediendum carni, potius quam Deo: & ita manet in nobis peccatum Adæ, quantum ad habitũ ſicut contingit omni peccatori poſt commiſſum peccatum mortale,



ſed in ſua cauſa [7], cùm eſſemus in Adam, tanquam in radice, qui propria voluntate peccauit. Diſtinguitur tamẽ, quia reſpectu Adæ talis inobediẽtia eſt peccatum actuale perſonale: in nobis tamen eſt talis inobedientia per modum habitus, ſiquidem propter priuationem iuſtitiæ originalis voluntas hominis ab inſtanti ſui eſſe, & animationis, manet deordinata, & procliuior ad obediendum potiùs carni, quam Deo. Accipe ergo ordinẽ peccati Adæ, & noſtri. Adam non obediuit Deo comedendo pomũ vetitum. Ecce actualem priuationem ſubiectionis Adæ ad ipſum Deum. Hæc priuatio ſubiectionis illius manet in nobis, eo quòd propter il-

antequã pœniteat de illo, & ſibi remittatur.

7 De ratione peccati eſt, quòd ſit voluntarium: & quando eſt volitum in ſua cauſa, non habet aliam malitiam & inobedientiã ab inobedientia ſuæ cauſæ. Auguſt. libro 6. contra Fauſtum: Loth eſt culpãdus; non quatenus inceſtus, ſed quatenus illius ebrietas meruit. Ex quo infertur, noſtram inobedientiam non eſſe aliam ab inobedientia Adæ. Ineſt tamen vnicuique noſtrum ante baptiſmum peccatũ Adæ, cùm olim fuerit ab ipſo commiſſum, & nobis nondum dimiſſum. Hoc inſinuat Concil. Trid. Seſsi. 5. c. 3. dicens: Adæ peccatũ, quod originale vnum eſt propagatione, non imitatione, transfuſum omnibus ineſt cuique proprium. AEquale enim eſt in omnibus.

lius tranſgreſsionem amiſimus iuſtitiam [8] originalem, per quam ſubijceretur noſtra voluntas Deo, & eſſet pronior ad obediendũ Deo, quàm carni: cuius oppoſitum modo contingit [9]: & ſic per modum habitus manet in nobis culpa Adæ. Vnde propter hanc inobedientiam naſcimur filij iræ (vt ait Paulus) obnoxij pœnæ æternæ damni [10], non tamẽ pœnæ ſenſus [11], ſicut Adam, qui propria voluntate peccauit. Nec facit Deus iniuſtitiam paruulis denegans eis viſionem beatificam propter peccatum, quæ dicitur pœna damni, ſiquidem potuit illã

8 Iuſtitia originalis ſecundùm Doct. erat donum ſupernaturale tranſmittendum in omnes deſcendentes ab Adam, ſi ipſe perſeueraſſet in ſtatu innocentiæ: & ideò dicitur iuſtitia originalis, nam fuit conceſſa Adæ, vt capiti naturæ humanæ, vt transfunderetur in poſteros.

9 Ait enim Paul. ad Rom. 7. Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuum me ducentem in legẽ peccati, quæ eſt in membris meis.

10 Pœna damni eſt perfectionis ſupernaturalis, ad quã erant apti carentia ex peccato cauſata, ſcilicet, carentia viſionis Dei. Cum enim naſcamur priuati gratia, & omni dono ſupernaturali propter peccatum Adæ: naſcimur filij iræ, & per conſequens exules à gloria: niſi remittatur nobis originalis culpa per Baptiſmum, vt inſinuat Chriſtus R. N. Ioan. 3. Niſi quis renatus, &c.

11 Pœna ſenſus eſt triſtitia, quæ cauſatur ex apprehen-

ſione



denegare eiſdem, ſi in puris naturalibus naſcerentur, nullo contracto peccato originali, cùm gloria beatifica non ſit homini debita, ſed ex libera voluntate diuina conceſſa. Vnde tantùm inuenitur in paruulis propter peccatum originale iſte reſpectus, quòd exulent à gloria propter peccatum Adę in eis transfuſum per generationem. Et, cùm naſcantur filij iræ abſque aliqua actione ad beatitudinẽ: benè ſequitur, naſci priuatos gratia & omni dono ſupernaturali.

Peccatum actuale ad differentiam peccati originalis dicitur peccatum perſonale [12], quod committitur per propriam perſonam, & libe-

ſione intellectuali, ſiue ſenſitiua obiecti ſenſibilis diſconuenientis. Hęc autẽ pœna ſolùm debetur illi, qui propria voluntate peccauit, iuxta illud; Anima quę peccauerit, ipſa morietur. Et alibi. Pro menſura delicti erit & plagarum modus. Et ideò non datur contrahentibus peccatum originale tantùm, quia peccauerunt in aliena voluntate. Ita definitur in cap. maiores. de baptiſmo. Pœna tamen damni paruulorum, vt ait S. Aug. in Enchir. c. 55. omnium pœnarum mitiſsima eſt, quia non ex propria ipſorum culpa exulant à gloria, ſicut illi, qui propria voluntate peccauerũt, quibus erit grauiſsima pœna carentia viſionis diuinæ. Vide S. Thom. in diſputatis, quæſt. 5. de malo cap. 3.

12 De peccato actuali vide Doct. Scholaſticos in 2. ſenten. à diſtin. 34. vſque ad 37. & D. Thom. 1. 2. à quæſt. 71.

vſque

ram voluntatem: quod ſupra definitum eſt ex ſententia Diui Auguſtini. 22. capit. contra Fauſtum Manichæũ. Eſt enim dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. Vnde, cùm multiplex ſit lex, multiplicia poſſunt dari peccata actualia. Quædam enim dicuntur omiſsionis, quædam verò commiſsionis. Quæ differentia peccatorum communiter ſolet dari per differentiam, & diſtinctionem præceptorum, videlicet, quòd peccatum omiſsionis ſit ſemper contra aliquod præceptum affirmatiuum: commiſsionis verò contra negatiuum. Tamen, quia iſta di-

vſque ad 89. incluſiuè. Et dicitur peccatum actuale perſonale. Nam actuale peccatũ, eſt actus cõtrarius alicui virtuti morali, ſiue ſupernaturali, & rationi rectæ. Et cùm actiones ſint ſuppoſitorum, peccatũ actuale ſemper debet patrari ab aliqua particulari perſona. In omni enim peccato inuenitur aliquis actus voluntarius præcedens, aut concomitans ipſam auerſionem à Deo. Nam, licèt peccatum ſit omiſsionis (de cuius quidditate non eſt aliquis actus poſitiuus) impoſsibile eſt, dari omiſsionem culpabilẽ, quin præcedat mediatè, aut immediatè ex aliquo actu poſitiuo culpabili, ita quòd omiſsio illa ſit voluntaria in ſe, vel in ſua cauſa. Ita D. Thom. quæſtione. 71. artic. 5. contra Durand. diſtin. 35. & Marſil. quæſtione. 2. artic. 2. Adria. in 4. quæſtione. 5. de Euchar. in ſolutione ad 7. & Almayn. in moral. cap. 25.

13 Nam



ſtinctio poteſt inſtari [13], dico, hæc peccata in hoc tantũ differre, ꝙ de ratione peccati omiſsionis non eſt actus poſitiuus, ſed ſolùm priuatio, aut negatio actus quem quis tenetur elicere, aut imperare: de ratione autem peccati cõmiſsionis eſt aliquis actus poſitiuus, quem quis tenebatur cauere: modò ſit contra præceptum affirmatiuũ, modò negatiuum, nihil refert. Et, licèt omnia peccata conueniant in vnica ratione formali, quatenus ſunt mala ſimpliciter, & abſolutè; videlicèt in vnica auerſione à Deo & inobedientia: diſtinguntur tamen ſpecie, & vnũ dicitur alio grauius, ratione, ſcilicet, virtutũ, quibꝰ opponũtur ita ꝙ illud peccatum dicatur grauius, quod opponitur excellentiori virtuti [14]. Vel ſe-

13 Nam irrogare iniuriã patri eſt peccatum commiſsionis, & opponitur præcepto affirmatiuo, Honora parentes. Et ſimiliter ſi quis non ſubueniat, cum poſsit, exiſtenti in extrema neceſsitate, & inde contingat mori: vel ſi non eruat innocentem à morte, cùm poſsit, & teneatur. Hæc peccata ſunt omiſsionis, & tamen opponuntur præcepto negatiuo, ſcilicet, Non occides.

14 Vitia, quę ſunt contra virtutes morales non ſunt peccata, niſi quia actus, in quibus reperiuntur, ſunt prohibiti aliquo peculiari pręcepto: veluti intemperantia in cibo nõ eſt peccatum, niſi quia actus comedendi eſt prohibitus, vt comedere carnẽ in Quadrageſima, vel frangere ieiunium,

vel

cundo diſtinguntur ſpecie per præcepta [15], quæ tranſgrediuntur, ita, quòd tranſgreſsio maioris præcepti ſit grauior, quàm minoris. Et illud præceptum dicitur maius, quod eſt magis obligatoriũ: et præcepta naturalia [16] ſunt magis obligatoria, quã diuina poſitiua, & hæc diuina poſitiua, quàm poſitiua eccleſiaſtica: & ſic de alijs. Vel tertiò dic (& hoc eſt probabilius) quòd peccata diſtinguntur per fines operantium [17]. Nam peccatũ actuale debet procedere à libera voluntate, & voluntas nunquam liberè mouetur ad aliquid operandũ, niſi propter aliquem finẽ: & à tali fine ſumit operatio humana rationẽ bonitatis, & malitiæ. Hoc inſinuauit Chriſtus dicẽs: Si oculus tuus nequã fuerit, totum corpus tuũ tenebroſum erit. Et ita talis erit inobedientia, & tranſgreſsio alicuius legis, qualis fuerit finis intẽtus à tranſgreſſore, iuxta ſententiam Ariſt. 5. Ethi. Qui furatur, vt adulterium cõmittat, magis eſt adulter quàm fur. Vnde, ſi aliquis occidat hominẽ, vt ſatisfaciat iræ, alius, vt ipſum expoliet, primum homicidium erit peccatum iræ, aliud verò cupiditatis: & ita tales fines ſunt explicandi in confeſsione, tanquam circumſtantiæ mutantes ſpeciẽ peccati, ſeu eius malitiam augẽtis [18]. Et vniuerſaliter quã-

vel quid ſimile. Nã genus vitiorum non inuenitur à parte rei, niſi in actibus particularibus.

15 Non eſt vniuerſaliter verũ, peccata numero diſtingui ad diſtinctionẽ numericam præceptorum ita, quòd illa ſint diuerſa, quæ ſunt contra præcepta numero diuerſa, vel ècontra, nam datur inſtantia in multis caſibus. Adulterium, & eius concupiſcẽtia ſunt vnius ſpeciei, ſicut actus interior & exterior eiuſdem vitij, & tamen prohibentur diuerſis præceptis, ſexto videlicet, & nono Decalogi Similiter, vnum præceptum eſt de vitanda iniuſtitia, illud, ſcilicet, Quod tibi non vis, alteri non facias: nihilominus peccata iniuſtitiæ differunt ſpecie, ſicut homicidium, & furtum.

16 Vt decem præcepta, quorum tranſgreſsiones dicuntur opera intrinſecè mala: quia nulla lege imperatiua exiſtente, ſed ſola indicatiua, eſſent mala: aduerſantur enim rectæ rationi Vide S. Tho 1. 2. quæſt. 19. art 3. & 4.

17 Peccata non diſtinguntur per auerſionem, quarum omnium vnica eſt ratio, ſcilicet, inobedictia Dei: ſed potius diſtinguntur ſpecie per conuerſionem ad creaturas, ſcilicet, per diſtinctionẽ obiecti formalis, ideſt, per multiplicem finem: ſiquidẽ actus diſtinguntur ſpecie ad diſtinctionem ſpecificam obiectorum ex lib. 3. de Anima.

18 Peccata non diſtinguntur ſpecie per cauſas efficientes, ſed potiùs ſecundùm cauſas finales, quoniam operationes liberæ, cuiuſmodi ſunt peccata, ſortiuntur ſpeciem malitiæ à fine. Vnde, quando finis alicuius operis eſt peccatum, tale opus erit peccatum, iuxta doctrinam Euangelicam; Si oculus tuus, &c. vbi per oculum intelligitur finalis intentio operantis. Secus autem, ſi fuerit tantum cauſa impulſiua. Ideò prudens confeſſor debet

do finis intentus eſt prohibitus peculiari præcepto diſtincto ab illo alio præcepto, quod trãſgreditur per ipſum actum (veluti quãdo aliquis occidit hominem propter committendum adulterium cum vxore eiuſdem defuncti) talis finis dicitur circunſtantia mutans ſpeciem peccati. Et huiuſmodi actus, cum ſit vnicum peccatum (quia vnus actus pro materiali) æquiualet tamen duplici peccato [19], quia duo præcepta tranſgrediuntur, videlicet quintum, ſextum, ſiue nonum.

Peccatum actuale diuidi-

bet interrogare pœnitentem, an, ceſſante illa cauſa, ceſſaret peccatum. Et, ſi reſpondet, quòd ſic, erit cauſa impulſiua: ſin minus, cauſa finalis.

19 Ad numericã diſtinctionem peccatorum non ſufficit, quòd ipſi actus pro materiali ſint plures, ſi ratio formalis, ſcilicet, inobediẽtia, & trãſgreſsio eſt vna, vt volitio adulterandi ſimul tempore cum ipſo adulterio, vbi dantur duo actus pro materiali, & vnica tãtum tranſgreſsio. Nec èconuerſo ſufficit, vt ſacrilegium cum moniali, vbi dantur duæ tranſgreſsiones, & vnicus actus pro materiali. Eſt enim vnicum peccatũ numero duplici circunſtantia veſtitum, ſed potius vtriuſque requiritur diſtinctio, ſcilicet, materialis & formalis peccati ad diſtinctionem numericã peccatorum. Vnde, qui per annũ habuit intentionem occidendi hominem, tot habebit peccata, quot habuit volitiones numero diſtinctas: nam ſic multiplicatur materiale, & formale, ſcilicet, inobedientia.

20 De



tur in mortale, & veniale [20]. Mortale eſt, quando anima vulneratur quadruplici vulnere lethali: vt ſupra diximus. Priuatur enim homo propter peccatum mortale gratia, & charitate, & per conſequens fit inimicus Dei, & exulat à gloria: & ſic eſt incompoſsibile cum gratia, & charitate. Peccatum vero veniale, licèt conueniat cum mortali, quatenus eſt etiam tranſgreſsio legis Dei, non tamen propter ipſum priuatur homo gratia, & charitate: imò eſt compoſsibile cũ ipſa gratia, & charitate, licèt per ipſa peccata venialia extenuetur feruor charitatis. Vnde peccatum veniale ſic poteſt definiri: Eſt actus contra aliquam legem cõpoſsibilis cum charitate [21]. Et hoc ratione paruitatis materiæ,

20 De hac diſtinctione peccati actualis vide D. Thom. 1.2. quæſtione 72. artic. 5. & Vega libro. 14. ſuper Concil. Triden. cap. 3. & Alfonſum de Caſtr. verbo, peccatũ, hæreſi. 12.

21 Cùm mortale, & veniale non differant quantum ad conuerſionem, ſcilicet, quantum ad ſpeciem malitiæ moralis (poteſt enim contingere, vt ſint eiuſdem ſpeciei in genere moris, veluti furtum mille ducatorũ, & vnius oui, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ iuſtitiæ) differunt tamen ſpecie quãtum ad auerſionem à Deo. Veniale non omnino auertit à Deo, cùm ſit compoſsibile cũ ipſa gratia, & charitate & amicitia Dei: mortale verò omninò auertit.



22 Om-

ſcilicet, minimi nocumenti: ſiue ex imperfectione actus [22], quia, ſcilicet, furtum eſt rei minimi pretij: ſiue offenſa, quæ Deo fit, aut iniuria proximi eſt minima: vel, quando in peccatis cogitationum non plenum, & integrum præſtitit conſenſum: vel negligentia in vitandis peſſimis cogitationibus fuit minima, & tempore breuiſſimo. In omnibus iſtis caſibus tranſgreſsio legis diuinæ eſt peccatum veniale dignum venia, & remiſsione: & ſic non ſunt neceſſariò remittenda per ſacramenta, quia poſſunt remitti per ſacramentalia, videlicet per aquam benedictam, & benedictionem Epiſcopi, ſiue per orationem Dominicam; aut per confeſsionem generalem [23].

22 Omnia venialia reducũtur ad duplex genus. Aut ſunt venialia ex genere, aut ex imperfectiõne actus. Primi generis eſt actus, qui ex natura rei (ſcilicet, ex parte materię) eſt leuis culpa. Neq; vnquam reperitur mortale, niſi ratione alicuius circunſtantiæ ex peſſima operantis intẽtione, vt verbum inutile, mendacium iocoſum. Secundum genus ſubdiuiditur in actũ imperfectum propter paruitatẽ materiæ, aut in actũ imperfectũ propter defectũ cõſenſus, ſiue deliberationis. Exẽpla ſunt clara, & manifeſta.

23 Per ſacramẽtalia remittũtur venialia ex inſtitutione Eccleſię, ſola habita rõne ad merita Chriſti: dũmodo eorũ receptio ſit act⁹ humanus, vt infra dicetur in tract ſeq. nu. 9.





# TRACTATVS II.

## De ſacramentis in genere.

### Quid ſit ſacramentum. Cap. I.

SAcramentum in ſua communi acceptione eſt ſacrę rei ſignũ [1]. Quæ definitio ponitur à Diuo Auguſt. 10. de Ciuit. Dei. cap. 5. Tamen, prout refertur diſt. 2. cap. ſacrificium. à Gratiano iuxta doctrinam Vgonis, ſacramentum nouæ legis eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ideſt, ſignum ſenſibile gratiæ inuiſibilis eius ſimilitudinem gerens, cuius gratia exiſtit. Ideſt, ſimilitudine quadam ſigno illo exteriori gratiam ſpiritualem, quæ cauſatur in anima, per ipſum ſacramentum, tanquam per inſtrumentum,

1 De ſacramentorũ quidditate diſſerit D. Thom. 3. par. quæſt. 60. Doct. Scholaſt. diſtin. 1. 4. vbi Magiſter amplectens D. Auguſt. doctrinam dicit, eſſe ſacræ rei ſignum, ſub qua differentia comprehendũtur etiam ſacramenta veteris legis, quæ rem ſacram ſignificabant, Chriſtum, ſcilicet, venturum, aut eius paſsionem, ſiue gratiam conferendam: non tamen illam dabant, ſeu cauſabant ex opere operato, ſicut modo cauſant ſacramenta legis nouæ. Vnde, vt hæc definitio amplectatur quidditatem ſacramentorum veteris legis, debemus

repræſentat. Clariùs tamen ſacramentum nouæ legis definitur ab Scoto iſtis verbis: Sacramẽtum eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei, vel effectum Dei gratuitum ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans. Ex qua definitione quatuor colliguntur conditiones ſimpliciter neceſſariæ ad rationem ſacramenti nouæ legis.

Prima, quòd ſit ſignum ſenſibile conflatum ex duobus, ſcilicet, ex re aliqua naturali [2], & ex aliquibus verbis. Quorum primum, ſcilicet, res naturalis) dicitur materia propter ſuam indeterminationem: ablutio enim exterior, facta per aquam nõ magis inſinuat lotionem corporis, quàm eius refrigerationem. Per verba autem, quæ ſunt forma (videlicet

dicere; Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum ſanctificantis animam. Quam deſcriptionem ſequitur D. Thomas. Vgo tamen de ſacramentis lib. 1. pàr. 9. cap. 2. docet, ſacramentum eſſe corporale, & materiale elementum foris ſenſibile propoſitum ex inſtitutione diuina ſignificans, & ſimilitudine repręſentans, & ſanctificatione continens ſpiritualem gratiã. Vtraq; definitio refertur à Gratiano.

2 Non enim res naturalis ex ſua primaria inſtitutione, ſiue creatione ſignificat, ſed ſecundariò: & tunc non vnum, ſed plura. Et inde eſt, vt verba dicantur forma, quia ipſa, tanquam ad rem determinatam ſignificandam ex ſua primaria inſtitutione inſtituta



licet, Ego te baptizo) determinatur, vt ſtet tantum pro lotione corporis animæ ſanctificationem inſinuãte [3]. Et præter hæc duo, iuxta Concil. Florẽ. ſub Eugenio IIII. requiritur perſona miniſtri, quia nullus poteſt eſſe miniſter ſuiipſius, niſi in ſacramẽto Euchariſtiæ: nam ſacerdos poteſt proprio miniſterio communicare in Miſſa, quãdo actu celebrat [4]. Secunda conditio [5] eſt, ꝙ huiuſmodi ſignum ſignificet rem ſacram: non quamcunque, ſed ſanctificantem, ſcilicet, gratiam, vel effectum gratuitum. Prima particula (ſcilicet gratia) ponitur propter omnia ſacramenta, quæ gratiã ſignificant: Secunda verò (ſcilicet effectus gratuitus [6])

poſſunt ad modum formæ determinare materiam, vt ſtet pro aliqua ſignificatione determinata.

3 Sic enim dicitur in Concil. Floren. Omnia ſacramenta nouæ legis tribus perficiuntur, rebus, tanquam materia, & verbis, tanquam forma, & perſona Miniſtri.

4 Et inſtituta ſunt ſub rebus ſenſibilibus, vt homo corporalis (qui nihil poteſt intellectu percipere niſi per ſenſum) poſsit ex ſenſibilibus, & per ea, quæ facta ſunt, ſupernaturalia, & inuiſibilia cognoſcere.

5 Cùm de ratione ſigni ſit, præter ſpecies, quas ingerit ſenſibus (vt ait Auguſt.) aliquid aliud ſignificare: ſequitur ſtatim ſecunda conditio.

6 Res ſacra quę per ſacramẽtã ſignificatur, eſt gratia ſanctificãs, aut Chriſtus R. N. cauſa efficiẽs, & meritoria illius.

propter ſpecies ſacramentales in cuſtodia reſeruatas, quæ dicuntur ſacramentum Euchariſtiæ, ſiquidem in earum receptione datur gratia. Non tamen, prout ibi exiſtunt, illam cauſant, aut ſignificant, ſed tantum ſignificant corpus Chriſti contentum ſub illis ſpeciebus [7]. Quod dicitur effectus gratuitus, quia Chriſtus R. N. eſt, qui principaliter dat gratiam [8], & virtute ſuæ ſacratiſsimæ Paſsionis ſanctificatur homo. Et, quia ſignum eſt duplex, aliud naturale (vt fumus inſinuans ignem) aliud verò ex inſtitutione, vt ſignum congreſſus ad bellum: vt non intelligamus, ſacramentum eſſe naturale: aliquod ſignũ ponitur. Tertia conditio, ex inſtitutione diuina, qua inſinuatur, hanc gratiam, ſeu effectum gratuitum, non ſignificare ſacramenta ex ſe, aut ex accommodatione vſus, ſed ex inſtitutione tantum diuina: non autem ex inſtitutione Apoſtolorum, aut Eccleſiæ, quia neque Apoſtoli, neque Angeli Dei, aut Eccleſia tota, habent authoritatem inſtituendi ſacramenta: ſiquidem illius tantùm eſt inſtituere ſignum verum, cuius eſt efficere ſignatum. Et, cùm ſolus Deus poſsit dare gratiam, illi tantùm competit inſtituere ſigna ſignificatiua gratiæ [9]. Ex quo colligitur primò, de ratione ſacramenti (ſiue ſit nouæ legis, ſiue veteris) eſſe, quòd ſit ſignum inſtitutum à Deo, ad gratiã ſignificandam ſub certa, &

7 Nota, quòd, licèt ſacramentũ Euchariſtiæ; ſcilicet, ſpecies ſacramentales, quatenus reſeruantur in cuſtodia, non ſignificent gratiam, ſed tantum cauſam efficientem, & meritoriam gratiæ, ſcilicet, Chriſtum contentum ſub illis; illam tamen ſacramentaliter ſignificant, & cauſant tempore quo recipiuntur à communicante, ſi ſit debitè diſpoſitus: nam ſicut pane, & vino reficitur corpus, ita gratia iſtius ſacramenti reficitur, & alitur anima.

8 Eſt enim quatenus Deus cauſa efficiens principalis gratię: nã per ipſam adoptamur ad vitam æternam, & efficimur diuinæ naturæ conſortes, vt docet Diuus Petrus. 1. cap. 2. quæ omnia ſoli Deo poſſunt conuenire principaliter, ſicut remiſsio peccatorum. Eius tamen

tamẽ humanitas eſt cauſa meritoria gratiæ, & noſtræ iuſtitiæ, iuxta illud Pauli ad Romã. 5. Cùm peccatores eſſemus, per mortẽ filij eius reconciliati ſumus. Et ante ejus mortẽ, non ſolum fuit meritoria, ſed inſtrumẽtalis iuſtificationis multorum, vt Magdalenæ, Paralytici, & Latronis: nã per illas locutiones Deꝰ mittebat ſuam gratiam, & operabatur in illis animabus aſſimilando eas ſibi: non tamen ſic modò contingit humanitati Chriſti, quando datur gratia in ſacramentis, cùm non operetur per contactum phyſicum: ſed tantum meritoriè.

9 Bene tamen poteſt eccleſia inſtituere ſacramentalia ad remiſsionem peccatorum venialium, non tamen ad gratiam conferendam,

determinata cæremonia colendi Deum. Secundò ſequitur, ꝙ non licet mutare materiam, aut formam ſacramẽtorũ, ſiue nouam materiã, aut formam inſtituere: quia hoc nihil aliud eſt, quã inſtituere noua ſacramenta. Et tunc ſeruatur identitas materiæ, quãdo ſeruatur identitas formæ ſubſtantialis ſpecificæ. Et tunc ſeruatur forma inſtituta, quando ſeruatur idem ſen

per quæ remittuntur omnia venialia quorum non habet complacentiam. Sacramentalia comprehenduntur iſto carmine. Orans, tinctus, edens, confeſſus, dans, benedicens. In oratione Dominica virtute illorum verborum, Dimitte nobis, &c. quia eſt pœnitentia virtualis. Et idem dicendum eſt de confeſsione generali & eleemoſynã, vt dicitur in ca. medicina. de pœnitẽtia. diſt 1. quia eſt actus dilectionis Dei. De Eucharistia dicetur infra. De aqua benedicta conſtat ex. c. aqua. de conſec. diſt. 3. De benedictione Epiſcopi habetur ex conſuetudine Eccleſiæ. Requiritur tamẽ ad remiſsionẽ peccatorũ venialiũ intentio actualis tẽpore receptionis ſacramentalis. Quia, ſicut peccatum veniale fuit commiſſum per actualem volitionem, ita remitti debet per actualem intentionem ſuſcipiendi illud remedium. Eſt tamen maximum diſcrimen inter ipſa ſacramentalia. Quia oratio, confeſsio, eleemoſyna remittunt venialia ex opere operantis: cætera verò, vt aqua benedicta, & Epiſcopi benedictio (quæ dicuntur propriè ſacramentalia ex opere operato, ſcilicet, ex inſtitutione Eccleſiæ, quia Eccleſiæ data eſt abſolutè poteſtas remittendi omnia peccata tam mortalia, quam venialia. Et, cùm venialia non ſint neceſſaria materia ſacramenti (quanuis ſit ſufficiens) poſſunt remitti ex libito Eccleſiæ per ſacra-



ſus apud omnes, ſub quo inſtituta fuit à Chriſto.

Inſtitutio ſacramentorũ 10 fuit nobis conueniens. Primò, vt homo mediantibus rebus ſenſibilibus erudiatur, videlicet, vt per hæc ſenſibilia gratiam, & effectum internum animæ cauſatum in anima virtute paſsionis Chriſti cognoſceret: nam eius ſimilitudinem gerunt, cuius cauſa exiſtunt. Nam, ſicut in baptiſmo purgat ſordes corporum ablutio: ita gratia, quæ datur per baptiſmum, animę ſordes, & peccata. Et ſimiliter fuerunt inſtituta, vt eſſet diſtinctio Religionis, ſicut contingit in omni alia lege, videlicet in lege naturæ, & ſcripturæ. Nam per cæremonias ſacramentorum, ſeu ſacrificiorum illarum legum, quæ ex diuina reuelatione

cramentalia. Hæc eſt ſententia Scoti diſtinctio. 15. quarti. quæſtione 2. articulo. 2. contra Diuum Thomã. 3. par. quæſtione. 87. articulo. 1. & Ricard. diſtinct. 16. quarti. articulo. 5. quæſtione. 1. Si enim aqua benedicta, habita ratione ad deuotionem ſuſcipientis, remitteret venialia, eadem eſſet ratio de aqua non benedicta errore ſuſcepta. Nõ tamen ſequitur ex dictis, per ſacramentalia dari gratiã, cũ ſit compoſsibilis cũ peccatis venialibus: nec remitti venialia quoad culpam, & omnem pœnam: ſed tantum vult dicere Scotus, ꝙ remittatur culpa, & aliqua pars pœnæ, habita ratione ad iſtas operationes.

10 De neceſsitate ſacramentorum, vt D. Thom. queſt. 61.

fuerunt inſtitutæ, fideles ab infidelibus ſecernebãtur, quibus cæremonijs, & ſacrificijs proteſtabatur ſupremum dominium Dei. Inquit enim D. Auguſt. 19. contra Fauſt. In nullum nomen Religionis coadunari homines poſſunt, quin aliquorum ſacramentorum ſenſibilium conſortio colligantur [11]. Tertiò fuerunt inſtituta, vt eſſent vaſa, quibus deferrentur ad nos merita Chriſti. Nam mediantibus ſacramentis applicantur nobis merita Chriſti: & per ipſa ſacramenta, tanquam per inſtrumenta, datur nobis gratia, ſola habita ratione ad merita Chriſti: & per hæc ſacramẽta legis Euãgelicæ diſtinguntur à ſacramentis legis veteris [12]. Nam illa tantum ſignificabant gratiam, ſeu effectum gratuitũ: hæc

& Ricar. diſtinct. 1. quarti. art. 2.

11 Maximè cum haberent ſacerdotes (prout conſtat de ſacerdotio Melchiſedech) dicente Paulo Hebræ. 7. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. Et inſuper, cùm eſſet morbus peccati originalis, neceſſarium fuit remedium aliquod cõtra peccatum, quod erat ſacramentũ propriè dictum. Talis fuit fides parentum fidelium proteſtantium pro ſalute paruulorum fidẽ vnius mediatoris ſigno aliquo exteriori. Pro adultis verò ſufficiebat ſacrificium cum fide mediatoris, vel circunciſio pro omnibus deſcendentibus ex familia Abrahæ.

12 In lege ſcripta omnes cæremoniæ à Deo inſtitutæ, vel omnia ſacrificia gra



hęc autem ſignificant, & cauſant, vt diffinitur in Concil. Floren. Et hac ratione ponitur in definitione quarta particula (efficaciter ſignificans [13]) nam de ratione ſacramenti nouæ legis eſt cauſare gratiam ex opere operato, ideſt, ſola habita ratione ad merita Chriſti, & non ad merita recipientis, ſeu miniſtri. Et, ſi aliquando ſacramentum nouæ legis nõ cauſat gratiam, ideo fit, quia recipiens ſacramentum ponit obicem, ſiue impedimentum gratiæ: per cõplacentiam alicuius peccati. Verũ nihilominus cõficitur ſacramentum, quia diffinitio non dicit actũ, ſed aptitudinẽ: hoc eſt, non eſt de eſſentia ſacramenti, ſemper actu cauſare gratiã, ſed poſſe illam cauſare ſublato obice: veluti eſt Baptiſmus receptus à ficto pœnitente. Quam gratiã non cauſaut ſacramẽta, vt cauſę principales (ſolus enim Deus ſic illam cauſat, ſed vt cauſæ inſtrumentales [14]: quia hæc

gratiam Dei, vel effectum gratuitum, ſcilicet, Chriſtũ venturum ſignificãtia, erant ſacramenta: non quia cauſabant gratiã ex opere operato, ſed quia illam ſignificabant. Non enim eſt de ratione ſacramenti, ſemper gratiam cauſare, vt infra dicetur.

13 De effectu principali, & minus principali ſacramentorum, lege D. Tho. 3. par. quæſtione. 62. & 63.

14 Quia nõ virtute propria, ſed Dei, operan-

propoſitio eſt de fide. Per ſacramenta datur gratia. Et illa præpoſitio, Per, denotat cauſam inſtrumentalem. Sacramēta autem veteris legis cauſabant gratiam ex opere operantis, ſicut omnia alia opera meritoria ſecundùm quantitatem deuotionis recipientis, ſeu offerentis ſacrificium 15. Omnia enim ſacrificia inſtituta à Deo in lege veteri, erāt

operantur, qui per actionem inſtrumentalem ſacramentorũ aſsimilat ſibi paſſum, ſcilicet, animā gratam: per gratiam enim efficimur diuinæ naturæ cōſortes, reſpectu cuius gratificationis ſacramenta ſunt mediũ inter cauſam principalem (ſcilicet, Deum) & paſſum, hoc eſt, animam. Quæ omnia propriſsimè conueniunt inſtrumento, vt patet de calamo.
Et per hanc virtutem cauſandi gratiam (prout ſunt inſtrumenta) non intelligas aliquam qualitatem exiſtentem in ſacramentis, ſed ſolùm motum cauſatum à miniſtro, animo faciendi, quod Chriſtus inſtituit. Sicut virtus ſcribendi in calamo non eſt propria forma, ſed motus ſcribentis: quamuis præſupponat determinatam formam, vt ſit inſtrumentum aptum ad ſcribendum, & hac ratione dicatur continere in ſe ſcriptura, cùm ſit inſtrumentum aptum, vt poſsit ſcribi. Sicuti ſacramenta fuerunt inſtituta à Chriſto ſub certis, & determinatis ſignis, vt eſſent apta inſtrumenta ad gratiam ſignificandam, & conferendam, ratione cuius inſtitutionis dicuntur cōtinere gratiam, quia ex inſtitutione diuina ſunt apta inſtrumenta, vt per ipſa, mediante motu Miniſtri, applicentur nobis merita Chriſti. Hæc doctrina eſt D. Thom. 3. par. quæſt. 62. art. 1. & Scoti diſt. 1. quarti.

15 Nam prout diffinitur in Concil. Floren. ſacramenta legis veteris diſtinguntur à ſacramentis legis nouæ, quia illa



ſacramenta rem ſacram ſignificantia, videlicet, aut gratiā conferendam, ſeu remiſsionem peccatorum tempore legis Euangelicæ, ſiue Chriſtum vēturum, ſiue eius mortem vel paſsionem. Et, licet ſit commune omnibus ſacramentis legis Euangelicæ gratiam cauſare ex opere operato, non tamen eodem modo omnia ſacramenta illam cauſant. Quia Baptiſmus, & Pœnitentia tantum cauſant ex ſua inſtitutione primam gratiam, cætera verò ſecundam, ſcilicet, augmentum gratiæ: quia præſupponunt hominē gratum: niſi excuſetur ignorantia culpæ, aut ſuæ attritionis, vel quia non recordatur peccati commiſsi, vt illius pœniteat, & ſic accedit ad ſacramentum Euchariſtiæ: nā tunc recipiet gratiam, non

illa tantum ſignificabant gratiam, hæc autem & ſignificant & cauſant. Ex quibus excipitur Circunciſio, quæ cauſabat gratiā, ſicut Baptiſmus, prout dicit D. Greg. de conſec. diſt. 4. Quod apud nos valet aqua Baptiſmi, hoc egit apud veteres virtus ſacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ ſtirpe prodierũt Circunciſio. Et idem dicit Innocent. III. in capite maiores. de Baptiſmo. Ait enim; Per circunciſionem remitti culpam originalē. Vbi illa præpoſitio, Per, denotat cauſam inſtrumentalem. Neque hæc doctrina eſt contra doctrinam Concil. Florentin. quia circunciſio non erat ſacramentum legis ſcripturæ, ſed potiùs legis naturæ. Nam, prout conſtat Gen. 17.

17.fuit inſtituta tẽpore Abrahæ,quando non erat lex ſcripta, neque fuit ab hinc quadringentis annis.

enim ponit obicem, quominus ſacramentum ſortiatur ſuum effectum, & ratione gratiæ quæ eſt incompoſſibilis cum peccato remittetur ei peccatum quo ad Deum. Nec ſolùm in modo cauſandi diſtinguntur ſacramenta, ſed etiam in donis ſpiritualibus, quæ ab ipſis ſacramentis cauſantur præter gratiam: ſiquidem tria ſacramenta, ſcilicet, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo imprimunt characterem, cætera verò non. Et character eſt qualitas quædam, ſeu ſignum ſpirituale inhærens animæ, quo fideles diſtinguntur inter ſe, & per quod determinantur, ſeu deputantur ad certum obſequium in Eccleſia Dei. Vnde baptizatus per characterem deputatur ad recipienda ſacramenta: confirmatus ad deferendam fidem in fidelibus: ordinatus ad miniſterium ſacramentorum: quia congruum eſt, quòd illi, qui deputantur ad militiam Dei ſpiritualem, ſignentur aliquo ſigno ſpirituali, ſicut ſignantur ſigno materiali ✠ albæ, vel rubeæ qui deputantur in familia Regis ad militiam corporalem. Ita diffinitur in cap. maiores. de Baptiſ. & in



& in Concil. Floren. 16 Huiuſmodi autẽ character permanet indelebiliter in anima poſt peccatum: & etiam poſt mortem 17. Nam non datur aliquod contrarium, à quo corrumpi poſſit, ſicut dantur reſpectu aliorum donorum ſpiritualium non permanentium. Similiter ſeptem ſacramenta 18 nouæ legis, videlicet, Baptiſmus, Confirmatio,

16 Ex quibus colligitur cõpleta definitio characteris. Eſt enim potentia ſpiritualis paſſiua, aut actiua recipiẽdi, ſeu adminiſtrandi ſacramenta, quæ non eſt ens rationis, ſed qualitas abſoluta. Quia character imprimitur in receptione ſacramentorum, & impreſſio eſt actio realis, & per conſequẽs effectus realis. Et cũ ſit qualitas ſpiritualis, debet inhærere animæ. Non tamen ex hoc ſequitur, æqualiter perficere omnes eius potentias, cùm perficiat primò, & principaliter potentiam volitiuam: ſiquidem voluntas inclinatur ad actus ſacramentales, qui ſunt actus Religionis, & iuſtitiæ.

17 Nec de charactere cenſendum eſt, quòd de ſcientia infuſa, ſeu alijs donis non permanentibus, quia eſt potentia indelebilis, vt dicitur in c. maiores. de Baptiſ. Cũ enim character dicatur character Chriſti (deſt, poteſtas ſimilis poteſtati Chriſti quam habuit, vt homo, & ſacerdos) & cum hæc poteſtas in Chriſto ſit permanens, ſimiliter erit in nobis. Nõ enim corrumpitur accidens, niſi per corruptionem ſubiecti, aut per defectum conſeruantis, ſeu per contrarium actũ. Et nullo horum modorum eſt corruptibilis character, quia anima, cui inhæret eſt incorruptibilis, & Deus non poteſt deficere in cõſeruando charactere, à quo immediatè dependet: nec contrariatur ei aliquis actus, ſiue ſtatus.

18 De numero ſacramentorum vide D. Tho. 3. p. q. 65.

19 Nota,

19 Nota, quomodo ſacramenta ſeptẽ Eccleſiæ diſtinguantur ex parte effectus inter ſe. Nam in vno quoque ſacramento præter gratiam, & characterem, datur ſpeciale quoddam auxilium ad ſalutẽ animæ maximè neceſſarium.

Pœnitentia, Euchariſtia, Ordo, Matrimonium, & Extrema vnctio diſtinguntur inter ſe per peculiaria auxilia, quæ tribuuntur in ſeptem ſacramentis præter gratiam ſanctificãtem, & characterem, quę auxilia ſunt maximè neceſſaria ad ſalutem hominis viatoris [19]. Nam, licèt gratia ſacramentalis non diſtinguatur à gratia gratum faciente, ſortitur tamen gratia ſacramentalis peculiarem effectũ in recipientibus: nam aliter fruſtra multiplicarentur ſacramenta. Vnde in ſacramẽto Baptiſmi datur peculiare auxilium ad dignè ſuſcipiendum cætera ſacramenta: in Confirmatione ad fidei defenſionem: in Pœnitentia ad vitanda noua peccata: in Euchariſtia, vt fortiter, & laudabiliter poſsit operari opera meritoria: in Ordine datur contra ſomnitiem, & torporem, quæ ſolent adhærere miniſtris: in Matrimonio ad ſuperandam illicitam concupiſcentiam: in Extrema vnctione datur auxilium cõtra ſuggeſtionem malignorum ſpirituum, qui concutiunt morientes. Ex his ſeptem ſacramentis duo (ſcilicet, Baptiſmus, & Pœnitentia) ſunt ſimpliciter neceſſària, quia de lege ſine his in re, vel in voto [20], non poſſunt remitti peccata, quorũ remiſsio eſt neceſſaria ad ſalutem. Cætera verò ſacramenta, licèt non ſint ita neceſſaria, ſunt tamen conuenientia ad ſalutem, & obligant, ne aliquis per contemptum illa prætermittat ſub reatu peccati mortalis. Si verò defectu Miniſtri, aut alia de cauſa illa non recipit, manet liber à culpa, &, licèt moriatur abſque illis, ſaluabitur: diſcedet tamen abſque illa gratia, quam potuit habere, ſi huiuſmodi ſacramenta reciperet. Quod eſt valde notandum, vt non denegentur infirmis huiuſmodi ſacramẽta abſq; ingentiſsima cauſa, vel grandi impedimento.



20 Hoc eſt, niſi actu illa recipiat, vel habeat propoſitum, ſeu deſiderium recipiendi illud tempore debito (ideſt, ſic tunc temporis obligat) ſi adeſſet miniſter ad illud adminiſtrandum. Nam contritio cum propoſito cõfitendi tempore, quo tenetur, iuſtificat: vel ſi tunc obligat, quia eſt in articulo mortis, vel vrget neceſsitas celebrandi, confiteretur, ſi haberet legitimum miniſtrum. Et ſimiliter poſſumus dicere de Baptiſmo. Nam, qui habet notitiam Baptiſmi, ſi cõteratur de ſuis peccatis, & proponat recipere Baptiſmum tempore opportuno, vel adueniente miniſtro conſequetur remiſsionem omnium peccatorum, & gratiam in ordine ad ſacramentum futurum.

Ad hæc ſacramenta adminiſtranda requiritur perſona miniſtri [21] ( vt ſupra diximus ) cuius ſanctitas, licèt nihil agat reſpectu effectus ſacramentalis ex opere operato, ſicut nec malitia aliquid impedit [22]: benè tamen ſanctitas miniſtri, ſiue eius preces impetrant ſuſcipienti ſacramentum, auxilium diuinum ad benè vtendum gratia ſacramentali, & libero arbitrio. Peccant nihilominùs miniſtri ſacramenta in peccato mortali miniſtrantes, quia abutuntur gratia ſacramentali, quam receperunt ad benè operandum, ſeu adminiſtrãdum ſacramenta [23]. Et, licèt ſanctitas miniſtri non ſit neceſſaria ad veritatem ſacramenti: requiritur nihilominus eius intentio, ſcilicet, vt intendat facere, quod Chriſtus

ſtus



inſtituit faciendum per ſacramentum, hoc eſt, baptizare, aut cõſecrare: vel quòd intendat facere, quod præcipit Eccleſia. Non enim neceſſaria eſt intentio explicita, ſicut nec actualis: ſiquidem virtualis ſufficit, ſi in principio actus habuerit intentionem miniſtrandi, quanuis tempore prolationis verborum ſit diſtractus: verũ enim tunc conficit ſacramentum.

21 De miniſtris ſacramentorum lege D.Thom. 3.p.q. 64. per totam. licèt Deus ſit cauſa principalis gratiæ, quæ datur in ſacramentis, & actiones Chriſti R. N. ſunt cauſæ meritoriæ, & ſacramenta ſunt inſtrumenta: neceſſaria eſt cauſa miniſterialis, prout ſupra dictum eſt, iuxta diffinitionem Conci. Floren. ſub Eugenio IIII. Nam miniſter eſt, qui mouet, ſeu cauſat motum in ſacramentis, quo mediante cauſant gratiam inſtrumẽtaliter, quã in ſeipſis continent virtualiter.

22 Cũ habeát efficaciam à paſsione Chriſti, & ex opere operato cauſent gratiam, nulla habita ratione ad deuotionem Miniſtri, ſiue recipientis.

23 Et hinc eſt, ꝙ peccat mortaliter, qui petit ſacramentum à ſacerdote excommunicato, aut exiſtente in peccato mortali, cùm cooperetur peccato illius: niſi ſit proprius eius ſacerdos, quanuis ſit excommunicatus, dummodo non ſit denũtiatus, quia vtitur iure ſuo, prout dicitur in cap. cùm in Eccleſia vulterana. de elect. In mortis autem articulo à quocunque ſacerdote licèt petere ſacramentum, quanuis ſit apoſtata à fide, dummodo non adſit alius ſacerdos fidelis, aut non excommunicatus: quia concurrentibus duobus præceptis, illud eſt obſeruandum, cuius tranſgreſsio magis nocet, ideſt, obſeruandum magis obligatorium.

# TRACTATVS III.
# De ſacramento Baptiſmi.

## Quid ſit Baptiſmus & quotuplex. Caput primum.

PRIMVM ſacramẽtum inſtitutũ à Chriſto fuit Baptiſmus [1], quod inſtituit Chriſtus, quando fuit baptizatus: quia tunc recepit virtutem producendi ſuũ effectum. Ioan. 1. dixit Baptiſta. Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & permanentem: ipſe eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Et baptizare in Spiritu ſancto nihil aliud eſt, quam conferre Baptiſmo virtutem regeneratiuam [2]. Promulgatum fuit in die Pentecoſtes ſolenniter prædicatione & miraculis: & ſic

1 De inſtitutione Baptiſmi, & eius obligatione vide D. Tho. 3. par. quæſt. 66. per totam quæſtionem. Doctores ſcholaſt. in. 4. diſt.

2 Et hinc eſt ꝙ Apoſtoli Chriſti ante eius mortem baptizabant, vt dicitur Ioan. 4. quia ante Chriſti mortem habuit virtutem ſanandi, non autem obligandi: quia nõ fuit impoſitum præceptũ Baptiſmi niſi poſt mortem, quando Chriſtus, Marci vltim. dixit diſcipulis ſuis; Qui crediderit & baptizatus fuerit: ſaluus erit. Non enim fuit impoſitum præceptũ,



ſic tunc cœpit obligare Hieroſolymis, & in tota eius diœceſi, & poſtea in alijs locis, in quibus Euangelium ſolenniter promulgabatur. Nã ex illo tempore manebat reuocata circũciſio. Et lex prohibens aliquam factionem, aut illam præcipiens, nihil obligat, niſi poſt ſolennem, & ſufficientem promulgationem in ciuitate metropolitana factam. Et dicitur ſolennis, quando ſit cum quadam ſolennitate publicè ex citatione principalium perſonarum [3]. Fuit nihilominus poſt promulgationem Baptiſmi circunciſio licita poſt aliquantulũ temporis (quanuis non neceſſaria, aut fructifera [4]) vt ſynagoga cum honore ſepeliretur.

Baptiſmus eſt triplex, ſcilicet, flaminis, ſanguinis, &

quando dixit Nicodemo Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit &c. Tunc enim ſolùm explicauit Nicodemo conditionem legis Euangelicæ: non tamen ſtatim in omni loco cœpit obligare, ſed vbi & quando promulgabatur ſolenniter prædicatione & miraculis.

3 Non tamen eadem eſt ratio de lege irritante aliquẽ contractum, quia tunc facta ſolenni promulgatione in curia Principis, obligat in toto regno, quanuis excuſentur ignorantia ab eius obſeruantia, vt dicitur in cap. veniens. de iureiur. vbi diffinitur quod in omni iuramento intelligitur ius ſuperioris exceptum: ſi illud non irritauerit.

4 In illa diœceſi vbi fuerat promulgatum Euãgelium: habi-

fluminis. Flaminis eſt contritio cum deſiderio Baptiſmi. Sanguinis eſt martyrium quia per contritionem, ſeu martyrium, conſequitur homo effectum Baptiſmi fluminis, ſcilicet, remiſsionem omnium peccatorum originalis, videlicet, & actualis. Tertius baptiſmus eſt fluminis [5], & ſolus iſte eſt verum ſacramentum quia ſolus ille cõfert gratiam ex opere operato [6], cuius diffinitio eſt. Baptiſmus eſt ablutio [7] exterior corporis facta ſub certa forma, & præſcripta verborum. Datur hæc diffinitio

habitantibus verò vbi nondum fuerat promulgatum, circumciſio erat vtilis & neceſſaria, quia nondum erat euacuata: modo verò quomodocũq; fiat: erit mortifera.

5 De quidditate Baptiſmi vide D. Tho. 3. par. q. 66. Et quia omne æquiuocum prius eſt diuidendum quã diffiniendum, præſumitur hæc diuiſio Baptiſmi, iuxta doctrinam D. Auguſt. cap. Baptiſmus. diſtin. 4. de conſecr. De baptiſmo flaminis conſtat Iſai. 1. Si abluerit Dominus ſordes &c. vſque in ſpiritu iudicij & in ſpiritu ardoris, per quem intelligit perfectam contritionem. De baptiſmo ſanguinis patet ex Apocal. 2. capite. Hi ſunt qui venerunt, &c.

6 Quia ſolus iſte recenſetur inter ſacramenta nouæ legis, & de ſolo iſto baptiſmo accipitur hæc vox Baptiſmus abſolutè prolata: quia iſtum primò ſignificat, de alijs dicitur analogicè, per ſimilitudinem.

7 Baptiſmus enim eſt dictio Græca ſignificans lotionẽ corporis. Et licet in baptiſmo requiratur ablutio actiua (nullus



per ablutionem, quia Baptiſmus non eſt aqua ipſa, ſed aquæ vſus, ſcilicet, ablutio: quia iſta eſt, quæ ſignificat, ſeu repræſentat ablutionem animæ. Vnde Paul. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

lus enim poteſt ſeipſum baptizare) magis tamen de ratione ſacramẽti eſt paſsiua: ſiquidẽ ex multiplicatione ſuſcipiẽtiũ baptiſmũ, ſequitur multiplicatio ſacramenti, non tamẽ ex multiplicatione miniſtrorum.

## De eius materia & forma. Cap. II.

MATERIA huius ſacramenti eſt aqua naturalis [8] fluida abſque aliqua mixtione, ſi mixtum ſufficiat ad immutandam naturam, ſeu formam ſubſtantialem aquæ [9]. Non enim poteſt fieri Baptiſmus in gelu, aut grandine, ſiue niue, ante liquefactionem, neque in vino lymphato: bene tamen in liquido iure abſque groſsitie, ſiue pinguedine, nam adhuc manet aqua fluida, & in ſua virtute natu-

8 Dicitur Ioã. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. & nomen analogũ ſtat pro famoſiori ſignificato: qualis eſt aqua naturalis.

9 Tunc variatur materia Baptiſmi, quãdo mutatur eius forma ſubſtantialis: taliter quòd non ſit aqua naturalis, aut fluida.

naturali,ita,quòd corpus poſsit ablui: quia deficiente ablutione non eſt ſacramentum. Vnde non manet paruulus baptizatus, ſi miniſter ſimul cum verbis proijciat illum in puteum, ne moriatur ante baptiſmum receptum, cum nō habeat vnde poſsit haurire aquam, & paruulus ſtet in certiſsimo periculo mortis:quia potius eſt ſuffocatio, quàm ablutio. Bene tamen per aſperſionem aquæ mediante aliquo hyſſopo (quia hæc aſperſio fit per modum ablutionis)ſicut baptizabantur Mauri in regno Granatæ conuerſi ad fidem,& in primitiua Eccleſia, quando.2.Act.&.4. vno die tria millia, & alio quinque millia baptizati ſunt. Hoc intellige, dummodo forma, aut aliqua pars formæ concomitetur ipſam aſperſionē, & aliqua pars aquæ cadat ſuper partem principalem,veluti ſuper tergū, ſeu caput. Si autem ſuper minus principalem, veluti ſuper manum ſiue pedem, ſub conditione eſt reiterandus [10]: quia baptiſmus non eſt ablutio, niſi reſpectu principalioris partis corporis,vt capi-

10 Ita tenet D. Tho.3.p.q 68. art. 11. ad. 4. & magis probabiliter, cuius opinio eſt amplectēda quàm contraria, quia quando eſt varietas opinionum: amplectendum eſt quod eſt ſecurius.





tis, vbi vigent omnes ſenſus. Si tamen aqua cecidit ſuper capillos tantum non attingens carnem aut cutē, ſimpliciter eſt reiterandus: quia capilli non ſunt partes integrales corporis, nec vigent vita ſenſitiua, & rationali: & ſimile erit iudicium ſi cecidit ſuper veſtes. Dixi, baptiſmum eſſe iterandum ſub conditione (dicendo, Si tu es baptizatus non te rebaptizo: &, ſi nō es baptizatus, ego te baptizo) & non abſolutè, quia baptiſmus non eſt iterabilis:& contrarium ſentire eſt hæreticū. Ita confitetur in ſymbolo Niceno: Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum [11]. Vnde ſcientes rebaptizantes, aut qui ſcienter rebaptizantur, ſunt hæretici, & puniuntur ab Eccleſia pœna excommunicationis, & irregularitatis,vt dicitur in cap.Eos quos.de conſec.diſt. 4. [12]. Si vero ignorātia inuincibili hoc faciāt:non incurrūt aliquam pœnam [13]. Si verò

11 Ita diffinitum eſt in Concil. Vienēſi & Floren. Nec obſtat diffinitio Cōcil. Carthaginenſis tempore S. Cypriani celebrati, in oppoſitum: quia illud non fuit generale legitimè congregatū, ſed Prouinciale reuocatum à Cornelio Papa: vt refert Euſebius lib.7. Eccleſiaſt.hiſtoriæ.

12 Et in cap. ex literis. de apoſtatis.

13 Licet in capit quanuis. de conſec. diſt.4. dicatur, qui (quanuis ignorāter) rebaptizati ſunt,ordinari non poſſunt.

Nam iuxta doctrinam Scoti diſtin. 6. quarti. ille textus non eſt Summi Pontif. ſed cuiuſdã Doctoris. Vel intelligitur de ignorantia culpabili, quæ non excuſat à culpa, & per conſequens incidit in omnem pœnam poſitam, ſcilicet excommunicationem, & irregularitatem.

ex ignorantia culpabili, non excuſantur à culpa, nec à pœna: veluti ſi curatus nulla facta inquiſitione, an fuerit in domo patris paruulus baptizatus, illum rebaptizet, etiam ſub conditione. Tamen ſi facta ſufficiente inquiſitione, fuerit dubius, an paruulus fuerit baptizatus, necne, bene poterit illum ſub conditione baptizare. Quod eſt maximè aduertendum contra Curatos contrarium, vt in plurimum, facientes, quia manent irregulares. Et hoc præceptum de non rebaptizando abſolutè intelligendum eſt, quanuis paruulus baptizatus ſit ab hæretico, ſeu Pagano, ſi conſtat, illum ſeruaſſe omnia requiſita ad baptiſmum: vt diffinitur in cap. quodam. de conſec. diſtin. 4. & in cap. de Arrianis. eadem diſtin. Dicitur in diffinitione (ſub certa, & præſcripta forma verborũ) quia de eſſentia huius ſacramenti eſt, quòd ſeruetur forma inſtituta à Chriſto, quæ eſt: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vt conſtat Marci vltimo. Non tamen variatur



tur forma per quamcunq; additionẽ, vel ſubtractionem, tranſpoſitionẽ ſeu corruptionem verborũ, dummodo maneat idẽ ſenſus apud omnes. Vnde non eſt inconueniens dicere: Ego te abluo, lauo, aſpergo in nomine Patris omnipotentis, Filij ſapientis, & Spiritus ſancti inflãmantis, ſiue, in nomine Spiritus, Filij, & Patris, ſiue in nomine Patria & Filia, &c. quacunq; cauſa ſacerdos hoc faciat: dummodo non habeat animũ inducendi errorem, & habeat animum cõficiendi per hanc. Nam ſi habuit animũ inducendi, ſcilicet, ꝙ Spiritus ſanctus fuit origine Patre, aut ꝙ Pater habuit filiam, tũc ſacramentum eſt nullum, vt dicitur in cap. retulerunt. de conſec. diſt. 4. Quando variatur ſenſus verborum, tunc forma eſt inſufficiens. Et tunc variatur quando mutatur ſignificatio terminorum, veluti ſi loco filij ponatur Chriſti: aut dicatur in nominibus inſinuando pluralitatem virtutum in diuinis, cum vna ſit virtus tantum: aut loco Patris qui connotat relationem, ponatur Genitoris qui dicit actionem: aut loco Patris dicatur matris: aut addatur in nomine ſanctiſsimæ Virginis ad inſinuandum, virtutem effectiuam ſacramentorum dependere ex virtute ſanctiſsi-

ctiſsimæ Virginis. Secus autem ſi imploretur tantum interceſsio ſanctiſsimæ Virginis ad dignè recipiendum ſacramentum. Semper enim in forma ſufficienti debet explicari trinitas perſonarum, actus baptizandi, perſona baptizantis, & miniſtri. Vnde hæc forma: Ego te baptizo in nomine Chriſti aut Ieſu, licet tempore Apoſtolorum ex diuina diſpenſatione fuerit ſufficiens, modò tamen nō eſt ſufficiens. Tempore Apoſtolorum diſpenſatum fuit à Deo ex diuina reuelatione, vt videntes homines, tantum bonum conferri nomine Chriſti Ieſu, facilè conuerterentur ad amorem, & fidem Ieſu Chriſti. Requiritur expreſsio actus, quia tunc verba non poſſent dici forma, cum de ratione formæ ſit reſtringere materiam ad certam, & determinatā ablutionem. Requiritur expreſsio perſonæ baptizatæ, quia determinata ablutio vendicat ſibi determinatum ſubiectum, in quo recipiatur. Non tamen intelligas, errorem perſonæ variare ſacramentum: nam ſufficit ſacerdotem habuiſſe virtualem intentionem baptizandi illum hominem, quem præſentem habet, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina. Requiritur expreſsio perſonæ Miniſtri, vel expreſsè vt in iſta:



iſta: Ego te baptizo: vel ſubintellectè, vt in forma Græcorum: Baptizetur ſeruus Chriſti, &c. quæ facit hunc ſenſum: Baptizeris à me. Quòd ſit neceſſaria expreſsio miniſtri, conſtat, nam aliter perſona determinati miniſtri non eſſet neceſſaria: quod eſt falſum, quia baptiſmus non poteſt miniſtrari à pluribus miniſtris particulariter, ita quòd, vnus proferat verba, & alius perfundat aquam. Bene tamen poſſunt plures eundem baptizare ſimul, dummodo ſimul quilibet proferat verba, & infundat aquam dicendo: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti [14]. Et non intelligas per legitimum miniſtrum: ſolum ſacerdotem. Nam licet ſacerdos [15], & in eius abſentia diaconus, vrgente neceſsitate, poſsint baptizare ſolenniter: quicunque homo cuiuſcunque con

14 Si verò conficiatur ſacramentum quando quilibet dicit, nos te baptizamus & non ego te baptizo, ſub iudice eſt, ſi quilibet habuit intentionem faciendi quod Eccleſia inſtituit. Certū tamen eſt, non eſſe ſacramentum, ſi quilibet illis verbis inſinuauit non habere intentionem baptizādi abſque alio, in quo abſolute reſpondet S. Thom. quod baptiſmus eſt nullus. 3. par. q. 67. vbi agit de miniſtris Baptiſmi.

15 Solenniter baptizare tantum competit ex officio ſacerdoti, vt dicitur in cap. quoſdam. de conſec. 93. diſtin. & diaco-

ditionis ſit, vel ſexus, poteſt baptizare paruulum abſque ſolennitate 16: vt diffinitur in cap. diaconus. & cap. ſuper his. 30. quæſt. 3.

diacono abſente ſacerdote imminente neceſsitate. Ita in cap. diaconos. eod. tit. & diſt.

16 Si ſacerdos aut diaconus nō poteſt vocari abſque periculo certiſsimo baptizandi, quicunq; homo cuiuſcunq; conditionis ſit, aut ſexus, poteſt licitè baptizare paruulum, mulier quando non poteſt vocari vir: infidelis, quando non poteſt haberi aliquis fidelis: ſiue ſit vir ſiue mulier. Si tamen de facto mulier baptizet præſente viro, aut infidelis præſente fideli, ſi ſeruauit formam & intentionem Eccleſiæ: baptiſmus tenet.

## De intentione ex parte baptizati 17. Capit. III.

SI baptizatus fuerit adultus, debet habere tempore, quo baptizatur actualem, ſeu virtualem intentionē recipiendi baptiſmū, vt conferatur verū ſacramentum: & imprimatur character. Quia cū hoc ſacramentum ſit inſtitutum in remedium contra peccatū, & peccata non poſsint remitti niſi per voluntatem acceptantis remedium, & ad conſequendam gratiam 18: vltra intentionem baptizan-

di:

17 De ſuſcipientibus Baptiſmum vide D.Thom. 3.par. quæſtione. 68. per totam.



di, debet habere fidē mediatoris Chriſti 19. Et, ſi recordatur alicuius peccati mortalis, illius debet habere ſaltim attritionem 20. Quia, ſi alicuius peccati habuerit complacentiam, licet recipiat verum ſacramentum, & imprimatur character, non tamen recipit gratiam ſacramentalem: recipiet tamen recedente fictione per dolorem, hoc eſt, ſupplendo defectum attritionis: quia hoc ſacramentum eſt initerabile. Si autem

18 Ita diffinitur in cap. maiores. de Baptiſ. ab Innocen. III. vbi dicitur. Baptiſmus collatus amentibus ſeu dormientibus non imprimit characterē, ſi priuſquā in amentiam incurrerēt, aut dormirent, non ſtetiſſent catechumeni: & habuiſſent propoſitum baptizandi. Ex quo ſequitur volitionem neutralem non ſufficere: qualem habent qui nihil audierunt de Baptiſmo, & baptizantur abſque contradictione. Nihil enim volitum quin præcognitum. Ita baptizantur multi infideles apud Indos.

19 Quia nullus poteſt ſaluari abſque fide explicita Chriſti R. N. vt conſtat ex Paulo ad Roman. 10. Si confitearis, &c. & ex ſymbolo Athanaſij. Nam implicita fides Chriſti ſemper fuit neceſſaria ad iuſtitiam. Siquidem in lege naturali nullus poterat iuſtificari præter obſeruationem decem præceptorum, niſi crederet quendam eſſe futurum mediatorem inter Deum & homines, & eſſe vnum Deum creatorem omnium, remuneratorem bonorum, & punitorem malorum.

20 Quanuis ad hoc vt baptizatus adultus recipiat ſacramentum, ſufficit intentio ſeu volitio recipiendi Baptiſmum, ad conſequendum tamen principalem effectum baptiſmi,

ptiſmi,

ptiſmi, ſcilicet gratiam, requiritur ſaltim attritio peccatorum, quorum recordatur, cũ gratia non ſit compoſsibilis cũ cõplacẽtia peccati.

baptizatus fuerit paruulus ante vſum rationis, ſufficit aliena intentio, ſcilicet, Eccleſiæ, ſiue ſuorum parentum: quando ſunt fideles. Nã ſicut aliena voluntas, ſcilicet, Adæ, nocuit paruulis ad peccandum: ita aliena voluntas debet eis prodeſſe ad remedium cõtra peccatum originale contractum tantùm per voluntatem interpretatiuam. Voluntas enim Curatorum aut Tutorum cenſetur voluntas paruulorum: & Eccleſia eſt tutrix omnium paruulorum fidelium. Ex quo ſatis conſtat, paruulos poſſe baptizari ante vſum rationis: & ſimiliter poſſe baptizari paruulos fidelium, ſiue hæreticorum, aut mancipiorum, etiam inuitis parentibus: ſecus autem paruulos infideliũ, niſi mater ſit fidelis, quanuis pater infidelis contradicat, prout colligitur ex cap. Iudæi [21]. 28. quæſt. 1. Et ſicut paruuli poſſunt baptizari ante





ante vſum rationis, ita ſimiliter perpetuo amentes, & furioſi, illi videlicet qui ſunt à natiuitate: ſecus tamen ſi habuerint lucidum interuallũ, & tunc noluit præſtare aſſenſum, vt poſſet baptizari: vt colligitur apertè ex capitulo ægrotantes [22]. de conſecrat. diſtin. 4.

21 Quia partus ſequitur conditionẽ ventris, licet de lege naturali filij ſint ſub poteſtate patris & non matris, vt dicitur Inſtituta, de patria poteſtate. §. 1. Si enim infidelis vellet occidere filium morte corporali, eſſet expoliandus patria poteſtate, ergò multo magis ſi velit eum interimere morte ſpirituali, inſtruendo eum in infidelitate. Quæ limitatio ſeruanda eſt tantum reſpectu infidelium qui nobis nunquam nocuerunt, ſiue ſint ſubditi principibus Chriſtianis, ſiue nõ: nam paruuli infidelium eorum qui nobiſcum bellum gerunt, cum poſsint Chriſtiani expoliare illos proprijs bonis & filijs: non eſt dubium poſſe illos baptizare inuitis parentibus: ſicut nõ eſt dubium de paruulis hæreticorum, cum ſint de iuriſdictione Eccleſiæ, nec de paruulis mancipiorum, cum liceat dominis illos vendere ante vſum rationis: & emptores poſsint eos baptizare.

22 Adultus non poteſt compelli ad recipiendum baptiſmum, morte corporali aut terroribus vt dicitur in cap. Iudæi. bene tamen morte ciuili, ſcilicet, exilio, vt fecerunt Reges Catholici per. l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & fide cath. Fidelis catechumenus (cum Baptiſmus ſit de neceſsitate ſalutis) tenetur baptiſmum recipere, quando ei fuerit iuſſum ab Eccleſia, cui promiſit antequã catechizaretur illum recipere: & non differre vſque ad finem vitæ.

## De effectu Baptiſmi. Cap. IIII.

ADVLTI recipientes hoc ſacramentũ cum debita diſpoſitione recipiunt gratiam, & charitatem, & ſimul cum charitate infundun-

funduntur omnes aliæ virtutes, ſcilicet, fides, ſpes, charitas, & remittuntur eis omnia peccata, originale videlicet, & actualia, & omnis pœna debita peccatis. Ita, quòd ſi aliquis poſt baptiſmum moreretur, volaret ad cælum, quantumcunque antea fuerit peccator, iuxta illud Pauli ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti: quẽ effudit in nos abundè. Non enim eſſet abundè, ſi non remitteretur omnis pœna & culpa, & infunderetur gratia, & ſimul cum gratia omnes aliæ virtutes 23. Et gratia, quæ datur in hoc ſacramento ex vi baptiſmi, ſcilicet ex opere operato, datur omnibus ſecundùm eandem æqualitatem 24: ex vi tamen propriæ deuotionis, ſi eſt adul-

23 Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſs. 6. cap. 7. iuxta doctrinam Pauli, aliter non infunderetur abundè Spiritus ſanctus, ſiquidẽ inter dona Spiritus ſancti recenſentur huiuſmodi virtutes, ſcilicet, fides, ſpes, charitas. Aliæ verò virtutes morales quanuis non infundantur formaliter, infunduntur tamen eminenter, quia in virtute charitatis cõtinentur. 1. Cor. 13. Charitas patiẽs eſt, benigna eſt, &c. vide D. Thom. 3. p. q. 69. per totam.

24 Cum proprius effectus baptiſmi ſit remittere culpam & pœnam, & hæc ſint impedimenta, quominus homines poſſint ingredi regnũ cælorum: hinc eſt, quod cõmuniter dicitur eſſe peculiarẽ effectũ baptiſmi aperire regnũ cælorũ.



adultus baptizatus, vnus recipiet maiorẽ, quàm alius 25. Et, licet per Baptiſmum remittatur omnis pœna infligenda in alia vita propter peccata, non tamen tollitur in hac vita temporalis pœna quæ oritur ex peccato originali, vt mors temporalis, & calamitates huius vitæ: quod factum eſt propter eruditionem, ſeu maius meritum hominum: ſicut remanſerunt Chananæi in medio terræ promiſsionis propter exercitium filiorum Iſrael. Baptiſmus Ioannis non erat verum baptiſma, ſiue ſacramentum,

25 Adultus recipiens baptiſmum abſque debita diſpoſitione (videlicet impœnitens) quanuis recipiat baptiſmũ, ſcilicet, characterẽ: non tamen recipit gratiam, ſeu virtutes infuſas, recipiet tamen recedente fictione ſiue impœnitentia per attritionem ſeu contritionem, quia tunc iuſtificabitur in virtute contritionis, vt dicitur in cap. maiores. de Baptiſ. quia contritio non iuſtificat aut remittit peccatum, niſi in ordine ad claues: & peccata commiſſa ante baptiſmum & peccatum originale non ſunt materia ſacramenti confeſsionis, ergo in ordine ad baptiſmum præteritum, cum baptiſmus ſit initerabilis. Non erat baptiſmus Ioannis ſufficiens ad gratiam cauſandam ex opere operato, ſed tantum erat figura baptiſmi, & ad eundẽ baptiſmum Chriſti diſpoſitio. Hoc inſinuauit Ioannes quando dixit: Ego baptizo in aqua, &c. Similiter Circuncisio fuit figura baptiſmi Chriſti, vt Paul. ad Epheſ. 2. ait. Quæ licet fuerit inſtituta tempore Abrahæ in ſignum, quo poſſent diſtingui fideles ab infidelibus (quorum fidelium Abraham

ſed tantum per ipſum diſponebat homines ad pœnitendum, & recipiendum verum baptiſma. Baptizandi prius ſunt catechizandi [26] ſi fuerint adulti: ſi vero paruuli, parentes carnales, & ſpirituales ſtatim poſt vſum rationis tenentur illos inſtruere, & omnes, tam adulti, quàm paruuli, ſunt exorcizandi ſecundũ inſtitutum Eccleſiæ. Et concedit Deus per exorciſmos baptizandis auxilium ad expellendum dæmones, ne impediant receptionem baptiſmi, & per illud ſputum quo liniuntur aures, & oculi, promittit eis auxilium ſpeciale ad intelligendam, & audiendam legem Euangelicam. Et nares liniuntur ad currendũ in odorem vnguentorũ Dei. Hi enim ſenſus ſunt obtuſi per peccatum, & ſic aptantur per

erat pater) & data in præceptum tantum deſcẽdentibus ex familia Abrahæ: omnibus tamen fidelibus erat vtilis, ad remiſsioné peccati originalis, & neceſſaria, vt conſtat Exodi. 12. quando renouatum fuit præceptum circunciſionis, quæ non poterat celebrari ante octauum diem, bene tamen poſt, vt dicit Gloſſ. Prou. 4. & cauſabat gratiá ſicut modo Baptiſmus: prout ſupra in præcedenti tract. dictum eſt nu. 15. vide D. Thom. 3. par. quæſt. 70.

26 Nam per catechiſmum diſponũtur & præparantur baptizandi, vt dignè ad baptiſmum accedant: ſicut diſponebantur per baptiſmum Ioan. ad pœnitẽdum, & proteſtabantur ſi déven turi: quę fides ſimul



per exorciſmos. Ex quo ſequitur, eſſe exorcizandũ in Eccleſia, qui fuit baptizatus in propria domo abſque ſolennitate, propter eminens periculum mortis: aliter careret baptizatus huiuſmodi auxilijs maximè neceſſarijs, vt promptè & expeditè poſsit homo ambulare in via Dei: & ſeruare promiſſa in Baptiſmo.

cum dolore de peccatis plurimum referebat ad recipiendum baptiſmum. Vide D. Thom. 3. par. quæſt. 71.

# TRACTATVS IIII. De ſacramento Confirmationis.

## De eius inſtitutione. Cap. I.

SAcramentum ſecundum nouæ legis eſt Confirmatio: quod ſic diffinitur. Confirmatio eſt vnctio facta in fronte in figura crucis à miniſtro idoneo cum chriſmate ſancto, certa verba proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutione diuina vnctionem animæ per gratiam roborantem ad confitendum cum cõſtantia fidem Chriſti.

Chriſti. Primum quod colligitur ex hac diffinitione eſt, eſſe ſacramentum inſtitutũ à Chriſto propter communem rationem aſsignatam in capit. 2. de ſacramentis in communi [1]. Ita diffinitur in cap. Firmiter. de ſumma Trinita. & fide cathol. Quo vſi ſunt Apoſtoli quãdo Act. 8. dicitur, quòd imponentibus illis manus ſuper iam baptizatos: accipiebant Spiritum ſanctum [2]. Et, licet non conſtet ex ſacris literis, vſos fuiſſe chriſmate Apoſtolos, habetur tamen hoc traditione Apoſtolorum, ſicut multa alia, vt dicitur in cap. literis. de conſecr. diſt. 5. [3] Hoc ſacramentum fuit inſtitutum nocte cœnæ, prout ibi dicitur 4, quia tunc poſt lotionem pedum, ſanctificauit chriſma materiam huius ſacramenti: & promiſit Spiritum ſanctum. Niſi ego abiero (dicebat Chriſtus

1 Quia ſolus De9 poteſt inſtituere ſacramentum; & hoc eſt vnum de ſacramentis nouæ legis. Ita diffinitur in capit. manus. de conſec. diſt. 5. D. Tho. 3. par. quæſt. 72.

2 Per hanc impoſitionẽ manus: intelligitur Cõfirmatio.

3 Qui text. eſt B. Cypriani Papę martyris: qui fuit ducentis & quinquaginta annis à Paſsione Chriſti, prout refert Platina de vitis Põtificum, & ipſemet affirmat in dicto capitulo, quòd eius prædeceſſores acceperunt hoc ab Apoſtolis.

4 Ab eodẽ S. Cypriano martyre.



ſtus Ioan. 16. Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos: his enim verbis promiſit virtutem Spiritus ſancti qui eſt effectus huius ſacramenti.

## De materia huius ſacramenti, & eius forma. Cap. II.

SECVNDVM quod colligitur ex diffinitione, eſt, ſacramenta hoc eſſe vnctionem, ſicut dictum eſt de Baptiſmo eſſe ablutionem, ſcilicet, vſum materiæ: quia hæc vnctio propriſsimè ſignificat effectum huius ſacramenti, ſcilicet, corroborationem animæ. Sicut enim corpus corroboratur vnctione olei & balſami, ita vnctione Spiritus ſancti quæ communicatur per hoc ſacramentum corroboratur anima; & ita ſignatur in fronte ſigno crucis ✠, quia gratia quæ datur in hoc ſacramento, expellit omnem ruborem & metum in confeſsione Chriſti crucifixi.

Tertia particula, quæ ponitur in diffinitione, eſt, chriſma, quia materia huius ſacramenti debet eſſe oleum conſecratum mixtum balſamo vero, aut artificiali: prout diffinitur in Con-

cil. Floren.[5] Balſamum adulterinum ſeu artificiale eſt, iſte ſuccus qui communiter defertur ad nos, quia verum eſt pretioſius, & ſic non poteſt commodè haberi, quòd tantùm producebatur ab vna arbore terræ promiſsionis, quæ ſecundùm aliquos dicebatur vinea Engaddi[6]. Hoc vnguentum de neceſsitate ſacramenti debet eſſe benedictum, quod nullus præter Epiſcopum poteſt conſecrare, prout dicitur in prædicto Concil. Florent.[7] Poterit tamen ſummus Pontifex diſpenſare cùm ſacerdote ſimplici, vt ipſum benedicat: vt affirmat Scotus. Quia, ſi ex diſpenſatione Papæ poteſt ſacramentum adminiſtrare: multo magis benedicere materiam. Hæc benedictio facienda eſt ſingulis annis in die Cœnæ Domini: ita quod non licet vti chriſmate duorum annorum, ſed vnius tantùm anni, vt affirmat Cyprianus in dicto capit. literis.

Quarta particula diffinitionis inſinuat formam, quæ eſt hæc: Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis: in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ita diffinitur in Concil. Florent. & conſtat ex traditione Eccleſiæ, quæ ſemper à temporibus Apoſtolorum vſa eſt hac forma. Hæc enim proprijſsimè ſignificat effectum huius ſacramenti, ſcilicet, impreſsionem characteris, illis verbis: Signo te, &c. & corroborationem animæ illis verbis: confirmo te: & ita determinatur vnctio per hanc formã ad ſtandum pro corroboratione, & non pro ſanitate: vt dictum eſt de forma Baptiſmi. Et ſimile erit iudicium de variatione formæ huius, quod de forma baptiſmi, & alijs formis explicatum[8] eſt.

5 Et idem diffinit Innoc. in. c. vnico. & idem affirmat B. Dionyſius diſcipulus B. Pauli libro. 4. Eccleſ. hierarchiæ, vbi ait. Eſt quædam perfectiua operatio (& intelligit vnctionem) quam Duces noſtri (ideſt, Apoſtoli) chriſmatis hoſtiã nominant.

6 Talis arbor erat ſimilis viti potius quã myrtho, vt ait Plinius de naturali hiſtoria: quẽ refert Ambroſius Calepinus. Non enim eſt credendum, Chriſtũ inſtituiſſe ſacramentum conficiendum ſub tali forma, cum non poſſet deferri ad ſingulas partes mundi. Bene tamen eſt de neceſsitate ſacramẽti vnguẽtum confectum ex oleo oliuarũ & balſamo vero, ſiue adulterino.

7 Et in cap. literis. de conſe. diſt. 3.

8 Tunc enim variatur forma per additionem, mutationem, vel ſubtractionem, quando variatur ſenſus verborum ſeu ſignificatio terminorum: quando vero, ſeruatur idem ſenſus & dictionum ſignificatio eſt ſufficiẽs: quacunque additione, ſubtractione, vel mutatione facta.

## De effectu huius ſacramenti: & eiuſdem ſacramenti miniſtro. Cap. III.

HOC ſacramentum imprimit characterem indelebilem, per quem deputatur homo ad aliquod munus in Eccleſia, ſcilicet, ad deferendam fidem infidelibus: prout diffinitur in Concil. Florent. 9 & præter characterem in iſto ſacramento datur gratia ex opere operato: ſicut in omnibus alijs. Et, cum non det primam gratiam, ſed potius augmentum, præſupponit ipſum confirmandum in gratia, vt recipiat ſuũ effectũ 10, niſi excuſetur aliqua ignorantia: prout ſecundo tractatu dictum eſt 11.

Miniſter ordinarius huius ſacramenti eſt Epiſcopus, vt patet ex Concil. Trident. & Florent. ita, quòd, ſi miniſtretur à ſimplici ſacerdote, ſacramentum erit irritum, vt diffinitur in can. Manus. de conſec. diſt. 4. ex diſpenſatione tamen, ſimplex ſacerdos poteſt illud miniſtrare: vt patet per Concil. Florent. 12

Et quanuis ſit verum ſacramentum, quando confertur pueris ante vſum rationis, ſiue amentibus, vt diffinitur in cap. Spiritu ſancto. diſt. 5. de conſec. non tamen debet dari pueris ante vſum rationis, ſicut neque amentibus, quia datur propugnatoribus fidei, quales non ſunt amentes, neque pueri ante vſum rationis. Et, licet hoc ſacramentũ non ſit ſub præcepto diuino, aut Eccleſiæ: peccat tamen mortaliter, qui ſacramentum hoc prætermiſerit ex contemptu.

Et debet miniſtrari in fronte de neceſsitate ſacramenti, vt dicitur in Concil. Floren. 13 Debet etiam intereſſe aliquis Patrinus, per capit. nec dum. de cognat. ſpirituali, qui contrahit duplicem

9 Confirmatus enim ex officio tenetur deferre fidem, & nõ anteà: vt patet de Apoſtolis Act. 1. & 2. qui ante aduentum Spiritus ſancti non prædicauerũt, ſed erant perſeuerantes in oratione & ieiunio. Poſt eius tamen aduẽtum, ſtatim prædicauerunt, iuxta illud; Manete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Luc. 24.

10 Aliter recipiet ſacramentum & characterem: non tamẽ gratiam.

11 Pagina. 15. numero. 15.

12 Et per Grego. Papam can. peruenit. 95. diſt. nec ſufficit dicere ibi per presbyteros intelligere Epiſcopos, cũ omnes eſſent Epiſcopi: quia tempore Gregorij, iam per 500. annos præceſſerat primitiua Eccleſia: & tunc iam erat diſtinctio inter Epiſcopos & preſbyteros. Nec eſt audiendus Durandus, dicens Summũ Pontificem erraſſe in tali diſpenſatione: cũ ipſam approbauerit Conc. Floren.

13 Et in. c. presbyteris. de conſec. d. 4.

plicem cognationẽ, ſcilicet, filiationem cum cõfirmato, & cõpaternitatem cum matre eiuſdem:non tamen confraternitatis. Modo poſt Concil. Trid. [14] ſi fuerint plures Patrini, nullam contrahunt inter ſeipſos cognationẽ [15].

14 Concil. Trid. Seſs 14. cap. 4.

15 Prout dicitur in cap. quanuis. de cognat. ſpirituali. libro. 6. Hoc ſacramẽtum ex inſtitutione Eccleſiæ debet miniſtrari ieiuno miniſtro & cõfirmato, vt traditur in. c. Epiſcopi. & in. c. vt ieiunij. Conſuetudo tamen eſt contraria quia frequentiſsimè miniſtratur à prandio. Quæ conſuetudo cum toleretur ab Eccleſia, non eſt damnanda.

# TRACTATVS V. De ſacramento Euchariſtiæ.

## De inſtitutione & neceſsitate huius ſacramenti. Cap. I.

1 De inſtitutione & neceſsitate ſacramenti Euchariſtiæ, diſputat D. Thom. 3. par. q. 73. & Scholaſtici diſt. 8. quarti.

EVchariſtia eſt vnũ de ſeptem ſacramentis nouæ legis [1], prout diffinitur in Concil. Triden. & Floren. inſtitutum à Chriſto tempore Cœnæ, quando ipſe poſt conſecrationem ſui corporis

poris



poris, & ſanguinis dixit: Hæc quotieſcunque feceritis: in mei memoriam facietis. Quod ſacramentũ ſic diffinitur. Euchariſtia, eſt ſacramentum corporis & ſanguinis veraciter contenti ſub ſpeciebus panis & vini, poſt conſecrationẽ factam à ſacerdote ſub verbis certis: cum debita intentione prolatis. Ex hac diffinitione colligitur, rationem huius ſacramenti potius conſiſtere in ſpeciebus ſacramentalibus conſecratis quàm in verbis conſecrationis, aut in ſumptione: quia hoc ſacramentum habet eſſe permanens, forma autem eius ſiue ſumptio, habent eſſe in fieri. Sacramentum enim Euchariſtiæ eſt illud quod adoratur, & defertur infirmis, & eſt ſignum ſenſibile effectus gratuiti, quæ omnia conueniunt tantùm ſpeciebus conſecratis. Et idem colligitur ex Concil. Trid. Seſs. 13. cap. 3. vbi ſpecies cõſecratæ vocantur ſacramentum [2]. Et quan

2 Ipſæ tantũ ſpecies ſunt ſignum ſenſibile effectus gratuiti, ſcilicet, corporis Chriſti & refectionis ſpiritualis ſignificatæ per ſpecies panis. Vnde hoc nomen Euchariſtia, præſupponit pro ſpeciebus panis, ſecundariò verò pro corpore Chriſti contento ſub illis. Hoc totum confirmatur per Concil. Trid. Seſsio. 13. c. 3. vbi dicitur, quòd in hoc ſacramento poſt conſecrationẽ eſt verum corpus Chriſti: ſub ſpeciebus panis.

3 Non

3 Non vnitate indiuiſibilitatis, quia ſunt duo indiuidua, & quælibet ſpecies ſit ſacramentum totum eſſentialiter, & continet corpus & ſanguiné, & quodlibet conferat gratiã, & ſignificet vnioné fidelium, quæ vnio eſt effectus huius ſacramenti. Inquit enim Paul. 1. Cor. 10. Panis benedictionis, &c. vſque participamus. Vnde S. Auguſt. Sicut vn⁹ panis ex multis granis conficitur, & vinum ex multis vuis confluit, ita ex multis fidelibus vna Eccleſia, charitate copulante, connectitur: eſt tamen vnum in vnitate integritatis, quia non quælibet ſpecies eſt ſacramentum integrum.

uis ſint diſtinctæ ſpecies, ſcilicet, panis, & vini: non ſunt plura ſacramenta, ſed vnũ 3. Nam, licet quælibet ſpecies ſit ſacramentum eſſentialiter continens corpus & ſanguinem Chriſti, cauſans gratiam ex opere operato non tamen quælibet ſpecies eſt ſacramentum integrale, ſed potius ex vtraque ſpecie conſtituitur vnum ſacramentum integrum, ſignificans perfectam refectionem animæ: ſicut nec integra refectio corporis integratur cibo aut potu tantùm: ſed vtroque ſimul. Effectus huius ſacramenti, ſcilicet, quòd aliquis efficiatur membrum Chriſti: eſt neceſſarius neceſsitate ſalutis, & cum ipſe poſſit haberi per propoſitum actuale ſeu interpretatiuum recipiendi Euchariſtiam, quando recipitur baptiſmus: eius receptio actualis ſimpli-



ſimpliciter non eſt neceſſaria 4: bene tamen eſt neceſſaria iure diuino neceſsitate præcepti in articulo mortis, & ſemel in anno tempore Reſurrectionis ex declaratione Eccleſiæ ſi poſsit haberi.

4 Quia per illa verba, Niſi manducaueritis carné, &c. Ioan. 6. non inſinuatur neceſsitas recipiendi ſacramétum, ſed ſocietatis Chriſti & fidelium. Non tamen ſic dicédum eſt de Baptiſmo: quia cum baptiſmus operetur per modum principij cuius ratio eſt per ſe operari: non poteſt haberi eius effectus niſi recipiatur: ſiue per actuale propoſitum illum recipiendi. Euchariſtia autem cũ ſit finis baptiſmi & pœnitentiæ: & proprium ſit finis, prius eſſe in intentione quàm in executione, poteſt eius effectus conſequi per voluntatem interpretatiuam: quæ eſt volitio mediorum in ordine ad finem, & inuenitur in omni recipiente Baptiſmum.

## De materia & forma huius ſacramenti. Cap. II.

MATERIA huius ſacramenti eſt panis triticeus & vinũ vitis. De pane conſtat ex Euangelio quia Chriſtus confecit in pane vſuali, & panis vſualis in Hieruſalem erat triticeus. Ita diffinitur in Concil. Trid. & Floren. 5. Et per panem triticeum non intelli-

5 Et in Concil. Carthaginenſi cap. In ſacramento. de conſec.

gas panem vnius ſpeciei, ſed cuiuſcunque ſpeciei ſit: quia panis eſt nomen genericum ad multas ſpecies tritici, ad ſiliginē, ſcilicet, candeal, ad farrem, ſcilicet, eſcanda: ad tiſam aut bletam, ſcilicet, centeno, ad robum, ſcilicet, rubion: ſeu ad ſpeltam apud Italos. Et, licet conſecratio poſsit fieri in pane fermentato (vt fit apud Græcos) non licet conſecrare niſi in azymo: quia hoc vſus eſt Chriſtus in Cœna 6. Nec poteſt fieri conſecratio in paſta, hoc eſt, in maſſa cruda: quia non eſt panis manducabilis ad refectionem corporis. ¶ Alia materia eſt vinum vitis: quia iſto vſus eſt Chriſtus in Cœna 7. Poteſt nihilominus fieri conſecratio in muſto, nam eſt vinum, & habet effectum vini, quanuis imperfectum, vt diffinitur in cap. cum omne. de conſec. diſtin. 2. Non tamen poteſt fieri conſecratio in aceto, neque in agreſta, hoc eſt, en agraz:

conſecr. diſtin. 4. Si enim eſſet panis ordeaceus, non diceret Euangelium abſolutè, accepit Ieſus panem & benedixit, &c. De materia ſacramenti Euchariſtiæ lege S. Thom. 3. par. q. 74.

6 Vt cōſtat Matthæi. 26. vbi dicitur, Prima autē die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, &c. Non enim poterat manducari agnus Paſchalis, niſi cum lactucis agreſtibus & panibus azymis.

7 Vt patet Matthæi. 26. Marc. 14. & Lucæ. 22.



en agraz: quia non ſunt vinum. Primum enim eſt vinum corruptum, ſecundum, materia ex qua fit vinum: habent enim diſtinctas qualitates à vino. Nec poteſt fieri conſecratio in vuis nondum expreſsis, quia non ſe habent per modum potus, vt conſtat ex cap. dicimus. de conſecrat. diſtin. 2. Nec poteſt fieri conſecratio in lora, en aguapie, neque in vino lymphato, ſi tanta eſt aqua quòd conuertat in ſe ſubſtātiam vini. Et quanuis permixtio aquæ ſit neceſſaria, ad ſignificandum effectum huius ſacramenti, ſcilicet vnionem Chriſti & fidelium, vt dicitur in cap. ad omnes. de conſecrat. diſt. 2. non tamen eſt neceſſaria neceſsitare ſacramenti 8, cum abſque tali permixtione poſsit fieri conſecratio: incipit tamen eſſe ſanguis ſine nobis, prout ibidem dicitur. Et licet ſacerdos poſsit conſecrare panem in quacunque quantitate, non tamen in quacunque diſtantia: quia de ratione conſecrationis eſt, quòd materia conſecranda ſit præſens ſacerdoti. Et tunc erit præſens, quando abſque mutatione loci poteſt percipi aliquo ſenſu, viſu videlicet aut

8 Tempore enim conſecrationis aqua iam eſt conuerſa in vinum: & Græci cōficiunt abſque mixtione aquæ.

tactu: nam aliter forma conſecrationis, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum, eſſet falſa. Nam illud pronomen (hoc) ex ſua natura demonſtrat rem præſentem & non abſentem [9].

Eſt enim præciſa forma conſecrationis panis, Hoc eſt corpus meum, vt diffinit Cõcil. Trid. & Floren. [10] quia hæc forma ſignificat quod efficit, qua ipſe Chriſtus conuerſus fuit panem in ſuũ corpus [11]. Et, licet ſit de fide, hanc eſſe formam, nõ tamen eſt de fide, Chriſtum illa cõſecraſſe. Nam Innocentius Papa de myſterio Miſſæ capit. 4. tenet quòd nullis verbis conſecrauit, ſed per poteſtatem excellentiæ, quæ non eſt alligata ſacramentis, &

9 De forma ſacramenti Euchariſtiæ, vide D. Tho. 3. par. quæſt. 78. per totã. Doctores alios ſcholaſt. diſt. 8. quarti.

10 Et cõſtat Matthæi. 26. Lucæ. 22. Marc. 14. & 1. Cor. 11. prout declarat Eccleſia in cap. Cũ marthe.

11 Vt colligitur ex communi conſenſu Eccleſiæ quæ hactenus ſic interpretata eſt locũ Euãgeliſtarũ. Nec ſufficit dicere quod Chriſtus conſecrauit quando benedixit, & cùm priùs benedixerit quam proferret verba: nõ conſecraſſe verbis poſtea prolatis, ſcilicet, Hoc eſt corpus meum: quia illa benedictio non fuit conſecratio, ſed gratiarum actio (vt dicit Lucas) & quanuis ſtaret pro benedictione, non tamen ſequitur non conſecraſſe illis verbis, quia non prius benedixit, & poſtea protulit verba, ſed ſimul tempore benedixit, fregit proferens



eius opinio non eſt damnata ab Eccleſia [12]. Forma vero conſecrationis ſanguinis ſunt hæc verba: Hic eſt ſanguis meus, quia iſtis tantùm verbis ſignificatur conuerſio vini in ſanguinem Chriſti. Omnia autem alia verba quę hęc præcedunt, ſubſequuntur, & concomitantur, non ſunt de neceſsitate conſecrationis: nã etiam ſi ſacerdos illa omitteret, conſecraret verè: peccaret tamen mortaliter illa omittendo, & non conſecraret, ſi haberet intentionem actualem non aliter conſecrare quàm proferendo omnia illa verba, quæ ponuntur ad ſanguinem conſecrandum, vel illa, quæ præcedunt, vt hæc, Qui pridie quam pateretur, &c. quia de eſſentia cõſecrationis, eſt intentio ſacerdotis, quam non habet, niſi impleta conditione proferendi om-

ferens verba: Hoc eſt corpus meum.

12 Quia licet Cõciliũ Florenti. (ſub iſtis verbis, ſcilicet, forma huius ſacramenti ſunt verba Saluatoris, quibus hoc confecit ſacramentum) videatur diffinire oppoſitũ, non tamen expreſſè colligitur quod ly, conficit, non eſt verbum præteriti temporis ſed præſentis: quo inſinuatur Chriſtum modo principaliter conſecrare, nobis miniſterialiter conſecrantibus, vel modo ſacerdotes illis verbis à Chriſto in cœna prolatis. Illa tamen verba, Qui pridie quam pateretur, &c. nõ proferũtur de neceſsitate cõſecrationis, q̃a illis tantũ ſignificatur res geſta.

nia verba illa:& non aliter vult conſecrare. Sacerdoti tamen ſufficit habere intentionem conſecrandi per illa verba,ſub quibus Chriſtus inſtituit cõſecrandum eſſe 13. Non tamen intelligas ineſſe iſtis verbis aliquã virtutem ſupernaturalem creatam à Deo, conuertendi panem & vinum in corpus, & ſanguinem: ſed potius inſtrumentaliter cauſare huiuſmodi conuerſionẽ per virtutem Dei, qui principaliter operatur. Pronomen(hoc)in forma cõſecrationis corporis, & (hic) in forma conſecrationis ſanguinis, non demonſtrat panem, aut vinum, nec corpus Chriſti ſub ratione corporis, nec ſanguinem ſub ratione ſanguinis. Nam in prima demonſtratione facit ſenſum hæreticum, cum in vltima prolatione verborum, quando conſecratio eſt facta, & oratio complet ſuum ſignificatum: ibi iam non eſt panis aut vinum. In ſecunda

13 Peccaret tamen mortaliter, & eſſet graue ſacrilegium, ſacerdos ex intentione reticens alia verba, quia conſtitueret ſe in periculo non conſecrandi, vt inquit Scot. diſtinctione. 8. quarti. quæſtione. 2. articulo. 2. Fortaſsis enim opinio D.Th. 3. par. quæſtio. 78. articulo. 3. aſſerentis oppoſitum, eſt vera: & in re tam graui tutior opinio eſt eligenda: qualis eſt opinio Diui Thomæ, quãuis contraria ſeu probabilior.



cũda verò faciat ſenſum identicum, qui nihil ſignificat: ſed demonſtrat(hoc) corpus ſub ratione entis, & ſimiliter (hic) ſanguinem ſub ratione entis: ita quod faciat hunc ſenſum: Hoc ens aut hoc indiuiduum factum ex pane, quodcunque illud ſit, eſt corpus meum. Idem dicendum eſt de alia forma 14. Non enim ſacerdos profert verba conſecrationis nomine proprio (vt in alijs ſacramentis) ſed in nomine Chriſti cuius eſt miniſter, cum Chriſtus ipſe ſit principalis ſacerdos qui ſimul cum ipſo cõſecrat

14 Sicut in hac propoſitione hic eſt Petrus, ly hic, non demonſtrat Petrum ſub ratione Petri, quia tunc de nouo nihil ſignificaret, ſed ſub ratione hominis. Demonſtrant eñ huiuſmodi pronomina non ſingularia determinata propter rationẽ dictam: nec ſubſtantiam indifferentem (vt dicit Soto) cum ſint pronomina demonſtratiua, & vniuerſale non ſit digito demõſtrabile: ſed tantum demonſtrãt ſingularia vaga de prædicamento ſubſtantiæ. Nec ſufficit dicere, tunc hanc propoſitionẽ, Hoc eſt corpus meum, demonſtrata ſubſtantia ſingulari æquiualere huic, corpus meum, eſt corpus meum cum illa ſubſtantia ſingularis quæ demonſtratur tempore, quo propoſitio ſignificat (ideſt, poſt vltimum inſtans prolationis verborũ) ſit corpus Chriſti, quia quanuis hoc ſit verum in conſequendo, non tamen in ſignificando, vt patet in propoſitionibus conuertibilibus in his propoſitionibus, homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis, quanuis prædicata præſupponant pro eodem, non tamen idem ſignificant: rẽ enim diſtinctam repræſen-

præſentat intellectui rationalis à riſibili.

15 Quanuis ſimul tempore hæc oratio, hoc eſt corpus meum, ſit vera, & fiat conuerſio, non tamen prius eſt vera quam fiat conuerſio, quia cum ſit oratio practica verè & efficaciter ſignificans : veritas ꝓpoſitionis eſt cauſa conuerſionis. Nō ſic contingit in propoſitionibus ſpeculatiuis: quarum veritas pendet ex exiſtentia rei.

& conficit ſacramentum, & offert ſacrificium Miſſæ : vt diffinitur in Concil. Triden. Seſsi.22. c.2. & ita perfectum faciunt ſenſum verba conſecrationis iuxta interpretationē dictam [15]. Et quanuis ſacerdos nō poſsit cōſecrare panem abſque conſecratione vini ſine graui ſacrilegio, prout diffinitur in capit. comperimus. de conſecra. diſtinctione. 2. veritas, ſeu efficacia primæ formæ non pendet ex efficientia ſecundæ, neque èconuerſo, quia quælibet per ſe verè, & efficaciter ſignificat. Sacerdos verò ſi præpoſtero ordine conſecrauerit: verè conſecrauit. Nam, licet iſtæ formæ ſint vna forma vnitate integritatis ( quia cōſtituunt vnum integrum ſacramentum ) ſunt tamen duæ formæ diſtinctæ partiales, quia quælibet conficit vnum perfectum ſacramentum, ideſt, quælibet conſecrat corpus & ſanguinem Chriſti: quanuis diuerſis reſpectibus.

De



# De conuerſione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti [16]. Cap. III.

CORPVS Chriſti poſt conſecrationē continetur ſub ſpeciebus panis, & vini realiter, & non metaphoricè, vt conſtat ex Euangelio, & diffinitur in Concil. Florent. & Trident. Seſsi. 13. cap. 4. Et conuertitur panis in corpus, & vinū in ſanguinē Chriſti per tranſubſtantiationem, quia deſinit eſſe ibi ſubſtantia panis, & vini, & loco illorum ſuccedunt corpus & ſanguis Chriſti [17]. Et quanuis non maneat aliquid de ſubſtantia panis, aut vini, manent tamen omnia accidentia abſque ſubiecto mediato, quod eſt ſubſtantia, non tamen abſque immediato, vt eſt quantitas reſpectu aliorum accidentium : ſola enim quātitas manet abſque aliquo ſubiecto, in quo

16 De conuerſione panis & vini, in corpus & ſanguinē Chriſti: vide D. Th. 3. par. quæſt. 75. per totam.

17 Nō enim annihilatur ſubſtātia panis & vini, nam corpus Chriſti ſuccedit loco ſubſtantiæ panis, & ſanguis loco ſubſtātiæ vini, quod eſt contra naturam annihilationis. Ita colligitur ex Conc. Trid. & ex cap. Ad abolendam. de hæreticis.

principaliter conſiſtit miraculum. Hæc conuerſio panis in corpus Chriſti, aut vini in ſanguinem, fit in vltimo inſtanti prolationis verborum, quia ante illud inſtans, propoſitio non ſignificat continentiam corporis aut ſanguinis Chriſti [18]. Chriſti corpus continetur ſub ſpeciebus panis virtute conſecrationis, & ſanguis per concomitantiam: ſicut in calice continetur ſanguis virtute conſecrationis, & ex vi verborum, & corpus per concomitantiam [19]: quia non datur aliquod corpus viuum ſine ſanguine: nec ſanguis corporis viui abſque ſuo corpore. Et propter eandem rationem

18 Et Chriſti corpus & ſanguis continetur ſub ſpeciebus panis & vini, virtute ſignificationis verborum. Vnde proprius modus loquẽdi in iſto ſacramento eſt dicere ex pane fit corpus Chriſti, vel de pane fit corpus Chriſti, ſiue panis tranſit, conuertitur vel tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti. Iſtæ tamen propoſitiones ſunt falſæ. Panis eſt corpus Chriſti, & panis mutatur in corpus Chriſti: nam prima ſignificat vnionem extremorũ, quod eſt falſum, quia ibi non eſt panis. Secunda ſignificat mutationem, aliquo remanẽte ſubiecto: quod ſimiliter eſt falſum quia ibi non manet materia panis, ſiquidem totus panis quo ad materiam & formam conuertitur in corpus Chriſti, & ſimili modo dicendum eſt de vino.

19 De modo exiſtendi corpus Chriſti in hoc ſacramento, vide S.Thom.3.par.quæſt.76.





ibi exiſtit anima Chriſti: & eius diuinitas [20]. Per illud autem tempus, quo Chriſtus mortuus fuit in ſepulchro, ſiue eius corpus, ſi aliquis Apoſtolorum conſecraſſet; tunc ſub ſpeciebus panis eſſet corpus abſque ſanguine, & anima, quia ſic erat in ſepulchro: & ſub ſpeciebus vini tantum ſanguis abſque corpore, quia tunc ſanguis exiſtebat extra ſuum proprium corpus. Seruatis autem huiuſmodi ſpeciebus conſecratis vſque in diem Reſurrectionis, ab illo ſacratiſſimo die contineret corpus & ſanguinem vtraque ſpecies: ſicut modo continet. Et cum corpus ſuccedat ſub ſpeciebus loco ſubſtantiæ panis, & ſanguis loco ſubſtantiæ vini: bene ſequitur, corpus, & ſanguinem Chriſti exiſtere per modum ſubſtantiæ, ita quòd totum corpus ſit in tota hoſtia, & totum in qualibet parte hoſtiæ.

20 Quanuis corpus Chriſti quantum & animatum, & diuinitati vnitũ, cõtineatur ſub vtraque ſpecie, non tamen eodem modo: nam ſolum corpus Chriſti prout componitur ex materia & forma corporeitatis, exiſtit in hoſtia ex vi verborũ: in calice vero ſanguis prout componitur ex materia & forma ſanguinis: cætera verò exiſtunt per concomitantiam, quia corpus Chriſti & ſanguis ſunt ſub ſpeciebus eodẽ modo quo exiſtunt ſub modo naturali.

Et ſimiliter totus ſãguis Chriſti exiſtit ſub totis ſpeciebus vini, & ſub qualibet guttula [21], ſicut contigit ſubſtantiæ, & apparet in anima rationali: quæ eſt forma ſubſtantialis hominis. Nam tota anima eſt in toto corpore: & tota in qualibet parte corporis. Quod intellige ante fractionem & poſt: quod poteſt exemplificari in ſpeculo [22]. Aduerte etiam, quòd licet corpus Chriſti ſuccedat loco ſubſtantiæ panis denuda-

21 Ita diffinitur in Concil. Floren. & Trid. Seſs. 13.

& licet Chriſti corpus ſit quantũ (quia eſt organicũ de cuius ratione eſt extẽſio organorum, & extenſio ſit propria paſsio quantitatis) non tamen occupat locum, quia non exiſtit ſub modo quantitatiuo: qui modus quantitatiuus eſt replere locum: quod poteſt Deus facere (quanuis proprium ſit quantitatis replere locum) ſicut poteſt facere ꝙ ſubſtantia, ſcilicet, humanitas Chriſti) ſit in alio: & accidens (ſcilicet, quantitas in hoc ſacramento) ſit per ſe, & hac ratione negatur, corpus Chriſti exiſtere circunſcriptiuè (non enim extenditur ad extenſionem loci) bene tamen præſentialiter (ſcilicet, in aliquando determinato loco) & ſacramentaliter, hoc eſt, modo ſupernaturali virtute conſecrationis ſub illis ſpeciebus.

22 Corpus Chriſti in hoſtia mouetur concomitanter, ad omnem formam abſolutam, ad quam mouetur idem corpus exiſtens ſub modo naturali, quia forma abſoluta non variatur multiplicato loco, non tamen ad omnem reſpectiuam, hoc eſt, ſi corpus Chriſti moueatur in cælo localiter: quia ibi mouetur circunſcriptiuè, qui motus repugnat modo exiſtendi corporis Chriſti ſacramentaliter, mouetur tamen

men



tæ ab omnibus accidentibus, non tamen ibi exiſtit corpus Chriſti: abſque ſuis accidentibus. Habet enim omnia accidentia corporalia vt eſt quantitas, figura, color, & ordo inter ipſa organa, & debita diſtantia, ſicut eſt in cælo, & conuerſatus fuit in terris: aliter non eſſet verum corpus. Idem debes intelligere de ſanguine. Quando verò hoſtia per nouum miraculum, apparet ſanguinea, aut ſub forma carnis, ibi tantum facta eſt mutatio coloris, ſeu accidentium panis: propter confirmandam fidem [23]. Si verò appareat aliquis puer, aut ſanguis in maiori quanti-

men ſecundum locum per accidens corpus Chriſti quãdo mouetur hoſtia: quia quicunque mouet continens per accidens mouet cõtentum, à Deo tamen mouetur per ſe: quia Deus mouet voluntate ſuum corpus ad motum hoſtiæ; non tamen mouetur motu alterationis. Nõ enim caleſit Chriſti corpus calefacta hoſtia, quia forma extenſa & ſenſibilis, non mouet niſi ſubiectum ſenſibile, & extenſum, & propter eandem rationem prout eſt in hoſtia non ſentit. Non enim poteſt operari aliqua potentia ſenſitiua ſeu organo corporeo, nam agens phyſicum agit per contactum & corpus Chriſti prout eſt in hoſtia eſt intangibile: bene tamen prout eſt in verbo videt & audit omnia.

23 Quia indecens eſt, ſanguinem Chriſti exiſtere in terra extra ſuum corpus. Exemplum eſt in Corporalibus Darochiæ.

24 Et

24 Et Christi corpus eſt ſub modo ſacramentali. Si autẽ fiat per mutationẽ hoſtiæ, non manet Christus ſub illis ſpeciebus modo ſacramẽtali, quia ſub tali quantitate non poterat conſeruari ſubſtantia panis, & per conſequens ibi non exiſtit loco ſubſtantiæ, & corruptis accidentibus, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti: ſed tunc erit ibi Chriſtus ſub modo naturali tantùm.

tate, quàm vinum conſecratum erat, hoc fit per mutationem ſenſuum, ſcilicet, per ſpecies cauſatas à ſolo Deo impreſſas potentiæ ſenſitiuæ noſtræ 24. Hoc intellige quando apparet puer aut iuuenis: nam ſi mutatio fiat accidentium vini, & appareat magna quantitas ſanguinis talis, quòd ſub illis dimenſionibus non poſsit conſeruari ſubſtantia vini, non exiſtet ſub modo naturali, aut ſacramentali; non ſub modo naturali, quia ſanguis Chriſti non eſt extra ſuum corpus naturaliter: nec ſub modo ſacramentali: quia corruptis accidentibus vini, deſinit ibi eſſe ſanguis Chriſti.

## De effectibus huius ſacramenti, & de diſpoſitione, quam debent habere, ad ipſum accedentes. Cap. IIII.

25 Quia primam gratiam cõferre cõpetit tãtum baptiſmo, & pœnitentiæ, niſi per accidens illam conferat, veluti ſi aliquis accedat cum ignorantia alicuius peccati patrati, & hac ratione non pœniteat ante communionẽ vel accedat cum ſola attritione exiſtimata contritione inuincibiliter, quia tunc conſequetur gratiam: quã Deus non negat facienti quod in ſe eſt.

PRIMVS effectus huius ſacramenti eſt conferre gratiam, non primam, ſed ſecundam 25 (prout ſupra



pra dictum eſt) quam confert tempore, quo ſpecies ſacramentales deſcendunt in ſtomachum: quia iuxta verba Chriſti R. N. Ioannis. 6. videlicet: qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, gratia (qua homo adoptatur ad vitam æternam) datur in hoc ſacramento per manducationem, & potum. Et tunc propriè manducatur, quando per guttur deſcendit in ſtomachum, & non tempore maſticationis: quia tunc tantùm præparatur ad ſumptionem. Neque quando corrumpuntur ſpecies in ſtomacho (vt inquit Caieta.) quia tunc ſequeretur, quòd ſi aliquis conſcius alicuius peccati mortalis reciperet ſacramentum, animo pœnitendi ante corruptionem ſpecierum, non peccaret: quod eſt contra D. Paul. 26 Ad hanc gratiam conſequendam, pri-

26 1. Corin. 13. Probet autem ſeipſum homo, &c. ſcilicet per confeſsionem: vt diffinit Cõcil. Trident. Seſsio. 13. aut deficiente confeſſore per contritionem, ſi vrgeat neceſsitas celebrandi, aut communicandi.

27 Non

27 Non enim requiritur ſemper actualis deuotio, cũ nullus obligetur ad impoſsibile,& tunc iam non conferret gratiam ex opere operato ſed operantis, quanuis Caieta. affirmet contrariũ.

28 Vt probat D. Tho. 2.2.quæſt.82. ex etymologia vocabuli.

mò requiritur actualis, ſeu virtualis deuotio [27]. Et per deuotionem non intelligas triſtitiam, aut gaudium, ſiue teneritudinem, qua homo, auditis verbis diuinis, effudit lachrymas, cum huiuſmodi actus pertineant ad potentiã ſenſitiuam,& non ſint in poteſtate hominis; ſed potius per deuotionem debes intelligere actum voluntatis elicitum, quo proponit homo efficaciter & expeditè facere quicquid ad ſeruitium Dei pertinet [28]. Dicitur enim deuotio à deuouere, quod eſt promittere, aut offerre ſe alicui: vt in omnibus ei obtemperet. Non tamen exiſtimes, hanc gratiam conferri per ſolam deuotionem, veluti ſi aliquis propter timorem vomitus, ſe abſtineat ab hoc ſacramento: illud tamen adorat. Quia, licet virtute huius deuotionis conſequatur gratiam ex opere operantis, non tamen ex opere operato, ideſt, virtute ſacramenti, cum ſit proprium inſtrumenti (quale eſt ſacramentum) operari per contactum. Bene tamẽ conſequitur alium effectum,



effectum, ſcilicet, vnionem per fidem: de quo effectu intelligitur authoritas S. Auguſt. dicentis: quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti [29]. Nullum tamen effectum conſequitur ille qui conſcius alicuius peccati mortalis, communicat non præuia confeſsione ſi ſacerdos haberi poteſt [30]. Si autem non adeſt copia ſacerdotis,& vrget neceſsitas celebrandi, ſeu communicandi, videlicet quando non poteſt ſe abſtinere, abſq; graui ſcandalo, ſufficiet ſola contritio, aut attritio exiſtimata contritio, & poſtea debet confiteri

29 Qui etiam effectus (vt ſupra dictum eſt) conſequitur per receptionem baptiſmi, quia cum ſit hoc ſacramentum finis baptiſmi, recipiens baptiſmum, habet ſimul intẽtionem illud recipiendi: & finalis cauſa ſimul operatur cum efficienti.

30 Licet accedẽs ad hoc ſacramentum indignè non conſequatur ſuum effectum, ſi eſt fidelis ſumit illud ſacramentaliter, ſi verò infidelis illud ſumat, vel brutum illud deuoret, tantum ſumit ſacramentum. A fideli vero exiſtente in gratia ſumitur ſacramentaliter & ſpiritualiter: infirmus autem illud adorãs, non tamen recipiens timore vomitus, tantum ſumit illud ſpiritualiter. Debita diſpoſitio non eſt tantum contritio (vt aſſerit Caiet.) ſed ſimul confeſsio peccatorum quorum eſt contritus, vt diffinitur in Concil. Triden. Seſsio. 13. cap. 7. peccaret enim mortaliter, qui abſque confeſsione (quanuis contritus) accederet ad hoc ſacramentum.

peccata [31], quàm citius potuerit. Si verò abſque aliqua contritione accedat, vel cum attritione cognita, iudicium ſibi manducat [32] (vt inquit Paul.) ſibi enim damnationem æternam acquirit, & plerunque infirmitatem corporalem, niſi excuſatur ignorantia inuincibili ſuæ culpæ, ſicut excuſatur quando ignorat ſuam attritionem: nam facienti quod in ſe eſt, Deus nõ denegat gratiam. In hoc enim caſu Euchariſtia confert primam gratiam, & remittit peccatum mortale: quod ſolùm eſt baptiſmi & pœniten-

31 Vrget neceſſitas communicandi etiam ceſſante ſcandalo, quando aliquis cum tenetur in articulo mortis communicare ex præcepto diuino, habet copiam miniſtri quĩ ei poſsit deferre Euchariſtiam: non tamẽ qui poſſit audire confeſſionem quia miniſter eſt omnino ſurdus & mutus, non tamen eadem eſt ratio, de præcepto communicandi in die Paſchatis, quia tantum eſt Eccleſiaſticum: & præceptum de præuia cõfeſsione eſt diuinũ.

32 Secularis ſeu quilibet alius qui recordatur alicuius peccati obliti in confeſsione, tempore quo eſt iam communicaturus, non peccat communicando non præuia confeſſione, tenetur tamen ſtatim poſt communionem confiteri illud peccatum, iuxta doctrinam Concil. Trid. Hoc intellige niſi ipſe ſacerdos adminiſtrans communionem ſit confeſſor, quia tunc tenetur illi confiteri ſuum peccatum, ſiquidem in hoc caſu non deficit copia confeſſoris, & hoc vltimum eſt contra Sotum.

33 Quan-



tiæ prout ſupra dictũ fuit [33]. Et non ſolum hoc ſacramentum confert gratiam, & vnit communicantem cum Chriſto per fidem: ſed etiam remittit peccata venialia quoad culpam. Quia ſi gratia habitualis, quæ hic datur, eſt ſufficiens ad remiſsionem mortalium, multo magis ad remiſsionem venialium. Et ſimiliter communicans conſequitur remiſsionem alicuius pœnæ luendæ in purgatorio: & hoc non tantum, quatenus ſacrificium, quod eſt oblatio pro pœna in purgatorio luenda: ſed etiam quatenus ſacramẽtum. Quia cum detur per hoc ſacramentum augmentum gratiæ, conſentaneum eſt rationi, quandocunque fit nouum amicitiæ augmentum, quòd remittatur ab amico

33 Quanuis in rigore loquendo, qui culpabiliter fuit pollutus, peracta pœnitentia nõ peccet mortaliter eodem die communicando: erit tamen actus magnæ irreuerentiæ, & ſaltim graue peccatum veniale: iuxta ſententiam Diui Gregorij prout refertur à Diuo Thoma. Nam Leuit. 13. & Deuteronom. 23. qui nocturno ſomno erat pollutus, eijciebatur extra caſtra vſque ad veſperam, & prius debebat lauari aqua, & tantum propter figuram huius ſacramenti, & in cap. Omnis. de conſecrat. diſtinctio. 2. conſulit Concilium omnibus coniugatis, vt per quatuor dies ante communionem ſe abſtineant ab vxoribus, niſi fuerit pollutus abſque culpa ſua,

 vel

vel cauſa ſolutionis debiti, vt dicitur. 33. quæſtione quarta. quia tunc non eſt repellendus à communione.

aliqua pœna: vnde hoc per accidens conuenit.

# De ætate & qualitate communicantium. Cap. V.

34 Iuxta diffinitionem Concil. Lateran. in cap. omnis vtriuſque ſexus, &c. nec paruulis nec amētibus perpetuis, eſt miniſtranda Euchariſtia. Non tamē dicitur amens qui habet debilem rationis vſum, cum huiuſmodi aliqualem poſsit habere deuotionem. Dicitur perpetuò amentibus, quia phrænecticis, ſiue habētibus lucida interualla ſi in ſanitate petierunt Euchariſtiam, vel eſtò quòd nō petierint, ſi præbuerunt ſigna pœnitentiæ: miniſtranda eſt. Ita diffinitur in Concilio Carthag. 4. & ponitur in capit. is qui, 26. q. 6. Quia cum hoc ſacramentum conferat gratiam ex opere operato, non requirit actualē deuotionem in ſuſcipiente tempore receptionis: ſicut poteſt aliquis baptizari inter dormiendum, aut in amentia, ſi ante ſomniū, aut amentiam petijt baptiſmum.

35 Prout dicitur in c. Omnis vtriuſque ſexus.

Ex omnibus dictis ſequitur, quod non eſt hoc ſacramentum miniſtrandum non vtentibus ratione 34, ſcilicet, ratione amentiæ, ſiue infirmitatis, ſiue defectu ætatis: quia non poſſunt habere illam deuotionem: quæ requiritur ad hoc ſacramētum recipiendum. Expectanda enim eſt diſcrétio in paruulis, & non ſolum illa, quę ſufficit ad confitendum peccata ſua (qua ſolum diſcernit inter bonum, & malum) ſed maior: videlicet quod ſciant dijudicare corpus Domini ab alijs corporibus, ſiue cibū hunc



hunc ſpiritualem ab alijs cibis. Et quo ad hoc non eſt expectanda ætas quatuordecim annorum, ſi pueri ante hanc ætatem habuerint hanc deuotionē. Et ſimiliter hoc ſacramentum eſt denegandum publicè excommunicato, vel publico peccatori, ne ſacerdos cooperetur peccato illius: non tamen peccatori occulto, aut occultè excommunicato publicè petenti, cum teneatur vitare infamiā proximi præcepto naturali, & ipſum infamet ſi publicè denegetur. Communicans tamen debet ſe abſtinere ab hoc ſacramento, quando ipſe ſacerdos ſiue confeſſor, duxerit abſtinendum 35. Non enim debent ſeculares, ſeu non ſacerdotes frequentare hoc ſacramentum, niſi iuxta iudicium, & æſtimationem ſui confeſſoris. Nam, quanuis liceat ſacerdoti quotidie communicare, offerendo ſacrificium pro animabus purgatorij: non tamen ſeculari, niſi tanto amore flagraret, quòd experiretur in ſe, in dies

dies per communionem roborari & proficere in charitate [36]. Sufficit enim ſeculari, ſiue non ſacerdoti, ſemel in quindecim diebus, & in præcipuis feſtiuitatibus communicare. Nam, vt ait S. Auguſt. in cap. quotidie. de conſecra. diſtin. 2. quotidie communicare nec laudo, nec vitupero: quia non eſt minus laudãdus, qui abſtinet ſe propter timorem, quàm qui accedit propter amorem. Laudatur Zachæus Luc. 19. quia gaudens recepit Chriſtum in domo ſua: & Cẽturio Matth. 8. quia dixit, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Ille tamen magis laudandus eſt, qui amore ad hoc ſacramentum accedit, quia charitas includit in ſe timorem & reuerentiam: & eſt præſtantior virtus. In primi-

36 Ait D. Aug. & refertur à Diuo Thoma. 3. parte. q. 80. in qua diſputat de ætate & qualitate communicantiũ. Accipe quod tibi proficit, & ſic viue quòd quotidie merearis accipere. Vnde ſi non experitur in ſe augmentum diuini amoris per cõmunionem, abſtinẽdus eſt à nimia frequentatione, ad hoc tantum, vt probando ſeipſum nouo conſcientiæ examine, ſi forſan eſt maculatus aliqua culpa quæ oculos diuinæ maieſtatis offendat, nouo feruore accedat ad communionem, propter cõſequendam plenariam peccatorum remiſsionẽ. Ait enim D. Amb. lib. 4. de ſacramentalibus cap. 6. Si quotieſcunque effunditur ſanguis Chriſti in remiſsionẽ peccatorũ effun-



primitiua Eccleſia, erat præceptum Eccleſiaſticum de quotidie communicãdo [37], poſtmodum vero propter remiſſam in Chriſtianis deuotionem, ſtatutum fuit diuerſis temporibus, vt rarius ſeculares cõmunicarent, primò diebus Dominicis, poſtea ter in anno, ſcilicet, in Paſchate Reſurrectionis, Pentecoſt. & Domini natali, & in Cœna Domini [38]. Vltimo vero refrigeſcente charitate multorum in Concil. Lateranenſi decretum eſt, vt tantum teneantur communicare in feſto Reſurrectionis. Quod præceptum iam eſt extenſum à Dominica in Ramis: vſque ad Dominicam

ditur, debeo illum ſemper accipere, vt mihi peccata dimittantur: qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam. Et D. Chryſoſt. in epiſtola Pauli ad Timoth. hom. 5. ait. Qui interuallo temporis longiore cõſtare meritum putant, ſummamq; arbitrantur reuerẽtiam eſſe, non ſæpius illam adire mẽſam cum tempeſtiuum acceſſum, ſola conſcientiæ integritas faciat. Et D. Bonauent. libro. 2. de profectu religioſorum cap. 27. ait. Licet quandoque tepidè, tamen confidens de miſericordia Dei fiducialiter accedat: ex quibus colligitur qua deuotione & frequentia debeamus ad hoc ſacramentum accedere. ¶ 37 Vt conſtat ex capit. Peracta. de conſec. diſt. 2.

38 Ex Decreto Fabiani Papæ, & ex Decreto Sotheris Papæ: & habetur in Decreto de conſec. diſt. 2.

in Albis [39]. Quod præceptum dicitur diuinum [40] declaratum per Eccleſiã. Quæ ſpecificatio fuit commiſſa à Chriſto R. N. Obligat tamẽ communio ex præcepto tantum diuino in articulo mortis naturalis, aut violentæ. Dicitur naturalis, quando iudicio medicorum imminet periculum mortis, ſiue iudicio prudentis alterius viri. Violentâ verò dicitur quãdo certo timet aliquod certiſsimũ periculum mortis, videlicet quando ingreditur in nauim ad nauigandum prolixâ nauigatione: vel quando ingreditur ad debellandum. Nam conſtituit ſe tunc in certiſsimo periculo tranſgrediendi hoc præceptum, ſcilicet, non communicandi ante mortem. Et ſimilis erit ratio quando aliquis timet ſe non habi-

turum

39 Cõſtat ex Extrauagãn. Eugenij IIII. quam citat Caiet. in ſum. verbo, communio.

40 Vt colligitur Luc. 22. &. 1. Cor. 11. vbi poſt ſacramenti inſtitutionẽ, dixit: Hoc facite in meam commemorationem: & Ioan. 6. Niſi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: quæ verba intelliguntur de manducatione ſpirituali, vt inquit Concil. Trident. Seſsio. 21. c. 2. Cum enim ſint verba comminatoria, clarum eſt inducere præceptum, relinquitur tamẽ hoc præceptum determinandum ab Eccleſia ſicut præceptum confeſsionis. Vnde communicantes ſingulis annis, adimplent præceptum diuinum quantum ad



turum copiam ſacerdotis ad communicandum ſeu confitendum peccata ſua, tempore quo tenetur communicare, ſeu confiteri peccata propter prolixam nauigationem ſeu lõgam peregrinationem: tenetur enim tunc præuenire confeſsionem & communionem: aliter eſſet reus præcepti. Damnatis ad mortem, de iure miniſtranda eſt Euchariſtia, vt expreſsè diffinitur in capit. quæſitum. 15. quæſt. 2. & ſic modo fit in noſtra Hiſpania. Et licet ſacerdotes tempore quo celebrant, debeant communicare ſub vtraque ſpecie [41], quia hanc formam Chriſtus ſeruauit in Cœna, & ſic tantùm repræſentatur paſsio Chriſti, in qua ſanguis fuit ſeparatus à corpore: non tamen laicis eſt miniſtrandum, niſi ſub vna

actum, & Eccleſiaſticum quantum ad tempus: non tamen poterit Eccleſia diffinire, homines non teneri recipere Euchariſtiam per totam vitam, cum ſit præceptum diuinũ adimplendum ante mortem: & ſic ratione præcepti diuini potiuſquam ex præcepto Eccleſiæ, tenetur homo in articulo mortis communicare, quod præceptum explicatũ eſt ex cõſuetudine Eccleſiæ: à temporibus Apoſtolorum ſeruata.

41 Vt diffinitur in cap. Cõperimus. de conſec. diſtin. 2. & colligitur ex verbis Chriſti R. N. Lucæ. 22. dicentis Apoſtolis ſuis poſt conſecrationẽ, Hoc facite in meã commemorationẽ, id eſt, facite totum quod me videris facere, in meam commemora

F 4 tionem,

tantum, prout dicitur in Concil. Conſtantienſi & Tridentino 42, & hoc propter periculum effuſionis, ſiquidem per concomitantiam recipiunt etiam ſanguinem: recipiendo tantum hoſtiam conſecratam. Et propter eandem rationem poteſt probabiliter dici quòd recipiunt eundem effectum, ſcilicet, æqualem gratiam, ac ſi communicarent ſub vtraque ſpecie: & ſic nulla eis fit iniuria, maximè quia Chriſtus (prout conſtat ex Euangelio) poſt ſuam Reſurrectionem multoties miniſtrauit hoc ſacramentum ſub ſpeciebus panis

tionem, ideſt, meæ paſsionis. Sacrificium enim oblatum in ✠, non ſolum refertur in ſumptione hoſtiæ, ſed ſanguinis, ſiquidem in paſsione ſanguis fuit ſeparatus à corpore.

42 In Conſtant. Seſsione. 13. & in Concil. Ramenſi celebrato tẽpore Leonis Papæ: anno à Chriſto nato. 813. prout refertur in c. peruenit. de conſec. diſt. 2. celebrato per 200. ferè annos ante complementum primi milliarij poſt Chriſti paſsionem, & in Concilio Carthaginenſi. 3. quod fuit celebratum per 500. ante complementũ primi milliarij, & refertur in c. præſente. diſt. 93. & modo in Concil. Triden. Seſsio. 21. capit. 2. canone. 1. Nec ſufficit dicere, quod Chriſtus eiſdem verbis quibus Ioannis 6. præcepit communionem ſub ſpecie panis præcepit ſub ſpecie vini, quia tantùm præcepit manducare corpus & ſanguinem: & vtrunq; recipit, qui ſub vna ſpecie tantum panis communicat: quia ibi eſt ſanguis per concomitantiam.





tantùm 43. Et ex eo quod ſanguis recipitur per concomitantiam, quando communicamus ſub ſpecie tantum panis: adimplemus præceptum diuinum de ſumendo ſanguinem. Nam, licet de eſſentia cõmunicantis ſit ſumptio ſanguinis, non tamen modus ſumptionis, ſcilicet, per modum potus imò hoc eſt accidentale 44. Non poteſt aliquis recipere hoc ſa-

43 Vt Lucæ. 26. quando fuit cum diſcipulis ſuis: verſus caſtellũ Emaus. Dicitur enim q; accepit panem, benedixit, & fregit, & porrigebat eis. Et cognouerunt eũ in fractione panis. Et per hanc fractionem intelligunt Auguſtin. Chryſoſto. Beda, & Theophylactus cõſecrationem ſui corporis, non tamen legimus cõſecraſſe vinum. Similiter Act. 2. dicitur, quòd ad fidem conuerſi erant perſeuerantes in fractione panis, non tamen dicitur quòd communicabant potu ſanguinis. Ita reſpondet ad argumentum Concilium Conſtantienſe Seſs. 13. & Concil. Triden. Seſsio. 21. cap. 2. Et ita multæ ſunt authoritates, quibus præcipitur ſola manducatio panis. Dicitur Ioan. 6. Qui manducauerit ex hoc pane: viuet in æternum. Et cum loca ſacræ Scripturæ, non poſsint eſſe inuicem contraria, bene ſequitur adimpleri præceptum de receptione ſanguinis: ſola manducatione panis.

44 Non tamen eſt contra ius diuinum communicare ſub vtraque ſpecie, quia ita fiebat in primitiua Eccleſia, vt conſtat. 1. Cor. 2. Imo tempore Leonis Papæ decretum eſt, omnes ſub vtraque ſpecie cõmunicare, propter Manichæos aſſerentes Chriſtum habuiſſe corpus phantaſticum abſque ſanguine. Tempore autem Neſtorij: quia fuit alius error, videlicet quòd non continebatur Chriſtus ſub qualibet ſpecie

cie, ſed ſub ſpecie panis corpus exangue, & ſub ſpecie vini ſanguis abſque corpore, ideo decretum eſt ad extirpandum hunc errorem, vt populus communicaret tantùm ſub vna ſpecie panis: ex quo non poteſt miniſtrari fidelib⁹ ſub vtraque ſpecie, ſub reatu peccati mortalis, & ſolo iure eccleſiaſtico. Et nunc eſt magis expediens Eccleſiæ propter certiſsimum periculum effuſionis, cum cateruatim accedant laici ad hoc ſacramentum, & maximè ſi eſſet deferendum infirmis, quod non poſsit diu reſeruari in cuſtodia, & in multis prouincijs eſt tanta raritas vini, quod eſſet difficillimum inueniri, vt pluribus miniſtraretur, & multæ mulieres præ ſtomachi debilitate prouocarentur ad vomitum, maximè quia probabiliter poteſt dici quod non datur maior gratia ſumenti vtranque ſpeciem, quàm alteram tantum: quia vtriuſque eſt vnica perceptio, ſicut non datur maior gratia ſumenti plures hoſtias quam vnam tantum. Vtraque enim ſpecies eſt vnicum ſacramentum, & per conſequens vtraque cauſat eundem effectum: quia ab vna cauſa non niſi vnicus effectus producitur. Ita D. Thom. quæſt. 80. art. vlt. Et licet aliquo gradu gratiæ defraudaretur populus, debet patienter ſuſtinere propter dicta inconuenientia & alia maiora.

cramentũ ſoluto ieiunio iuxta diffinitionem Concil. Cõſtantienſis 45, niſi in duobus caſibus. Primus eſt quando recepturus eſt in periculo mortis 46. Secundus, quando ſacerdos poſt conſecrationem ſoluit ieiunium, veluti ſi errore ſeductus, ſolam infudit in calicem aquam, quam non ſenſit, niſi poſt ſumptionem, quia tunc tenetur conſecrare ſanguinem, & illum ſumere: ſiquidẽ tenetur præcepto diuino communicare ſub vtraque ſpecie 47, & præceptum de non communicando ſoluto ieiunio, eſt tantùm Eccleſiaſticum: & cõcurrentibus duobus præceptis incompoſsibilibus, illud tantùm eſt obſeruandum: cuius tranſgreſsio magis nocet. Et eadem eſt ratio, ſi ſacerdos poſt conſecrationem recordatur quòd non eſt ieiunus: vel ante conſecrationem, ſi ex receſſu ab altari ſequitur aliquod ſcandalum. Et idem dicendum eſt de illo, qui non poteſt non incipere miſſam abſque graui ſcandalo: veluti ſi in aliquo oppido eſſet vnus ſacerdos, qui in die Natalis Domini poſt mediam noctem ſoluiſſet ieiuniũ, nec poſſet inuenire alium clericum, aut in alio ſimili caſu. Et quanuis debet communicare ſeculares, antequam ſumat lotionem iuxta Ordinarium miſſæ: ſi tamen ſumpta lotione inueniat aliquas reliquias in patena, poteſt illas ſumere: quia præceptum Eccleſiæ de nõ ſumenda

45. Seſsione. 13. & ab Innocen. in capit. ſacramenta. de conſecrat. diſtinct. 1.

46 Iuxta diffinitionem Concil. Conſtant. & in capit. presbyter. de conſec. diſt. 2.

47 Aliter ſacramentum non eſſet integrũ, prout diffinitur in cap. comperimus. de conſecra. diſt. 2. & in canone relatum. ead. diſt.

da Euchariſtia, ſoluto ieiunio, ſolum obligat quo ad priorem ſumptionem, ſicut non agit contra præceptum, qui ſumpto ſanguine, ſumit priorem lotionem vini in qua ſumit reliquias ſanguinis non ieiunus, cum non corrumpantur à vino non conſecrato: & in die Veneris ſancti, cum ſit clarum, prius deſcendere in ſtomachum aquam quàm particulam. Et eadem erit ratio de hoſtia integra, quæ de reliquijs, quando commodè non poſſet ſeruari in cuſtodia: veluti ſi celebrata miſſa in campo diſtante ab Eccleſia, remaneat aliqua hoſtia conſecrata ignorante ſacerdote adminiſtrata iam communione ſecularium & ſumpta lotione.

## De miniſtris huius ſacramenti. Cap. VI.

CVM ſolis Apoſtolis Chriſtus dixerit, Hoc facite in meam cõmemorationem (quibus verbis inſtituit eos ſacerdotes, & dedit eis poteſtatem conſecrandi, & adminiſtrandi hoc ſacramentum) bene ſequitur, non omnes Chriſtianos poſſe conſecrare (vt inquit peſſimus Lutherus) ſed ſolos ſacerdotes, vt diffinitur

tur



tur in Cõcil. Vienenſi, & Trident. 48 Et, cum veri, & legitimi ſacerdotes in ſua ordinatione recipiant characterem indelebilem (qui eſt poteſtas conſecrandi) bene infertur, ſacerdotem propter peccatum non amittere hanc poteſtatem, imo verè cõſecrat, quanuis ſit degradatus, excommunicatus aut hæreticus, dummodo habeat intentionem cõſecrandi, ſeu faciẽdi quod Deus inſtituit faciẽdum per verba conſecrationis, prout diffinitur in Concil. Triden. Seſsio. 7. & 8. Et, licet iure diuino (vt ſupra dictum eſt) ſolis ſacerdotibus cõueniat miniſtrare Euchariſtiã ſub ſpeciebus panis: miniſtrare ſanguinem ſacerdoti conuenit diacono, vt patet ex legenda Sancti Laurentij. Dicebat enim Sixto: Experire vtrum

48 Sub Paulo. 3. & expreſsè colligitur ex ſacris literis. Ait enim Paulus ad Tit. 1. Hac de cauſa reliqui te Cretæ vt conſtituas per ciuitates presbyteros, &c, ergo non omnes iure diuino ſunt ſacerdotes, nec ſufficit dicere quod ibi per presbyteros intelligit ſeniores, cũ conſtituantur ſacerdotes (vt ibi annotatur) per impoſitionem manuum: & ſenio ſiue longa ætas non poteſt prouenire per impoſitionẽ manuum: maxime cum Tim. eſſet ſacerdos, non tamen erat ſenex ſed iuuenis, prout conſtat ex verbis Pauli: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Et apertiſsimè confirmat authoritas Anacleti (prout refert Caſtro, verbo Epiſcopus, hereſi. 1. qui fuit tertius à Beato

Petro,

Petro, & eum & reliquos vidit Apoſtolos.

49 Quæſtio. 82. vbi de miniſtris huius ſacramenti diſputat artic. 2. ad. 3. quia ſi ex officio poteſt miniſtrare ſanguinem ſacerdoti celebranti aut communicantibus: multo melius ex diſpenſatione poterit infirmis in caſu neceſsitatis miniſtrare corpus.

idoneum miniſtrũ elegeris: cui cõmiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationẽ. Et Durandus refert, ꝙ quando Papa communicat Cardinales, præbet illis Euchariſtiã ſub vtraque ſpecie, & tamen Diaconus Cardinalis miniſtrat tunc ſanguinem. Et ſimiliter, vrgente neceſsitate, poteſt diaconus deferre hoc ſacramentum infirmis, vt affirmat Diuus Thomas 49. Sacerdos religioſus poterit ex priuilegio miniſtrare Euchariſtiam omnibus ſecularibus præter in die Paſchatis Reſurrectionis: quia ad hoc non habent priuilegium. Et, ſecluſis priuilegijs, eſt prohibitum religioſis miniſtrare ſecularibus Euchariſtiam, abſque expreſſa facultate prælati, prout diffinitur in Clem. 1. de priuilegijs. & idem diffinitur de miniſtro extremæ vnctionis & matrimonij. Laico verô in nullo caſu licebit miniſtrare hoc ſacramentum 50, licebit tamen

50. Prout affirmat D. Tho. in. 4. diſt. 13. quæſt. 1. artic. 3. & Sylueſt. verbo Euchariſt. §. 4. quia hoc nunquam fuit auditum, nec hoc ſacramẽtum eſt tãtæ neceſsitatis ſicut baptiſmus, vt comprobatur exemplo Ozæ. 2. Reg. 6. qui fuit mortuus eo quòd fuit auſus tangere arcam Domini, quæ erat huius ſacramenti figura. Ex quo ſequitur ꝙ non licet infirmis ore tangere hoſtiã: quando eã nõ poſſunt recipere. Concedit tamẽ D. Tho. licere ſeculari eleuare hoſtiam de terra, quando deficit ſacerdos, vel in aliquo alio caſu neceſsitatis.



laico leuare hoſtiam de terra quando deficit ſacerdos, vel in aliquo alio neceſsitatis caſu. Et non ſolum vnus ſacerdos poteſt vnã, aut plures hoſtias conſecrare, ſed etiam plures ſacerdotes poſſunt eandem hoſtiam conſecrare, ſi omnes ſimul tempore proferant verba conſecrationis. Quod probatur in cõſecratione Epiſcopi, in qua ſecundùm Romanum Pontificale, Epiſcopus conſecrãs, & conſecratus debent conficere eandem hoſtiam: in cuius conſecratione mutuo ſe expectant 51. Sacerdos licet non ſit Curatus ratione ſcandali vitandi, ſiue ratione præcepti audiendi miſſam: aut communicandi tenetur celebrare ſub reatu peccati mortalis, quia in his tribus caſibus habet præceptum: in

51 Ratio iſtius eſt, quia cum ſit debita materia & forma ex parte vtriuſque, non eſt quare vnus conſecret & non alius: ſuppoſito quòd hoſtia manet conſecrata. Licet enim à diuerſis cauſis totalibus principalibus non poſsit depen-

dependere idem effectus, bene à pluribus cauſis inſtrumentalibus: ſiquidem omnes differũt actiones vnius cauſæ principalis (ſcilicet, Chriſti ad paſſum (ſcilicet, hoſtiã) ſi vero non mutuo ſe expectauerint: ille tantum conſecrauit: qui prius protulit verba.

omni alio euentu nullum eſt peccatũ abſtinere ſe à celebratione, ſi hoc faciat præ nimia reuerentia: cũ ei non ſit impoſitũ præceptum: nõ enim facit contra charitatem Dei, nec proximi, quia nulli irrogatur iniuria, ſiquidem non tenetur ex officio celebrare pro aliquo vt Curatus. Nec impoſuit illis Dominus præceptum celebrandi, quãdo dixit, Hoc facite in meam cõmemorationem: ſed potius impoſuit eis præceptum offerendi ſacrificium eo modo quo ipſe obtulit in cœna, ſcilicet, ſub vtraque ſpecie. Et ita interpretanda ſunt verba Concil. Trid. Seſs. 21. c. 1. Verùm tamen eſt, ꝙ ſi ſacerdos abſtineat ſe à celebratione propter torporem & negligentiam, peccaret venialiter. Et, ſi hac ratione ſe abſtineat per totam vitam, peccaret mortaliter: cũ poteſtas celebrandi detur propter exercitium, dicente Paulo ad Corint. Hortamur vos: ne in vacuum gratiam Dei recipiatis 52.

52 Hæc eſt communis ſententia: ſecurius tamen eſt dicere, ſacerdotes omnes teneri ratione

officij



officij aliquibus diebus feſtiuis celebrare. Nam illis verbis Chriſti. R. N. Hoc facite in meam commemorationem, &c. non tantùm præcepit eis ſeruare modum in offerendo ſacrificium; quem ipſe Chriſtus tunc ſeruauit, ſed ſimul impoſuit eis præceptum ſacrificandi, nam illud pronomen, Hoc, demonſtrat totum quod Chriſtus tunc fecit; qui obtulit ſacrificium ſuiipſius modo incruento ſub ſpeciebus panis & vini conſecratis, continentibus eiuſdem Chriſti corpus & ſanguinem. Hoc (ſalua aliorum ſententia) eſt diffinitum in Concil. Triden. Seſsio 22. c. 1. iſtis verbis. Chriſtum ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, ſe in æternum conſtitutum declarans, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri obtulit, & ſub earundem rerum ſymbolis Apoſtolis: quos tunc noui teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, vt ſumerent tradidit, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus vt offerrent præcepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem: vt ſemper catholica Eccleſia intellexit & docuit. Ex quibus verbis apertè colligitur, non ſolùm ſacerdotes obligari ad communicandum, ſicut omnes alij fideles, ſed quòd tenentur offerre hoc ſacrificium ratione ſui ſtatus, prout habetur ex traditione Eccleſiæ. Et, cum huiuſmodi præceptum ſicuti omnia alia debeat adimpleri ante mortem, bene infertur, quòd ſacerdotes tenentur celebrare aliquibus diebus, & quòd non poſſunt ſe abſtinere à celebratione per totam vitam, abſque labe peccati mortalis. Eſt enim præceptum affirmatiuum, & per conſequens obligat quantum ad actum & exercitium aliquibus temporibus. Verum tamen eſt, quòd non fuit determinatum hoc præceptum à Chriſto R. N. quantum ad tempus, ſcilicet, quando ſacerdotes debeant celebrare: relinquitur tamen determinationi Eccleſiæ, ſicut dictum eſt de præcepto communicandi. Vnde, quanuis ex traditione Eccleſiæ habeatur iuxta doctrinam omnium Sanctorum Doctorum, Eccleſiæ ſacerdotes, debere offerre hoc ſacrificium Dominicis diebus, & in præcipuis feſtiuitatibus, modo tamẽ Concil. Trid.

G Seſs. 23.

Seſs. 23. cap. 14. hoc idem inſinuauit dicens. Curet Epiſcopus, vt ij ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ſolennibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter vt ſuo muneri ſatisfaciant, miſſas celebrent. Quibus verbis Chriſtus conſtituitur exequutor huius præcepti inſinuati ab Eccleſia. Si enim Epiſcopus poteſt eos compellere ad celebrandum in virtute obedientiæ, & ipſi tenentur eidem prælato in hoc obedire (vt compertum eſt) certiſsimum eſt, ſacerdotes omnes teneri præcepto diuino offerre ſacrificium aliquibus diebus ratione ſui ſtatus, aliter (etiam habita ratione ad votum obedientiæ ſolenne emiſſum in ſua conſecratione) non poſſet Epiſcopus eos compellere neque Eccleſia, ſiquidem prælatus ratione voti obedientiæ, non poteſt præcipere ſuis ſubditis aliquid, niſi intra limites ſuæ Regulæ ſiue ſtatus, vt aſſerit D. Tho. 2. 2. quæſt. 186. art. 9. Nec ſufficit dicere, Chriſtum R. N. illis verbis tantùm imponere præceptum celebrandi ſacerdotibus Curatis, & non alijs: nam tunc quando dictum fuit Apoſtolis, Hoc facite in meam commemorationem, Apoſtoli nullam habebant iuriſdictionem ſeu poteſtatem abſoluendi, cum huiuſmodi poteſtas, ſiue iuriſdictio fuerit eis tradita à Chriſto in die ſancto ſuæ ſacratiſsimæ Reſurrectionis, quando ingreſſus fuit ad illos ianuis clauſis, & dixit eis, Accipite Spiritum ſanctum, quæcunque ligaueritis, &c. Ioan. 20. prout expreſsè diffinitur in Concil. Triden. Seſsio. 14. cap. 5. & can. 3. & per conſequẽs in nocte Cœnæ erant tantum ſimplices ſacerdotes, & eiſdẽ & ſuccedentibus in eorum ſacerdotio impoſuit præceptum celebrandi, prout dictum eſt iuxta diffinitionem Concilij, & ſatis eſt ad credendum hoc eſſe ſub præcepto, cùm nullus vir literatus religioſus & ſanæ mentis audeat ſe abſtinere per totam vitam à celebratione miſſarum, ſi non eſt impedtus aliqua infirmitate, ſeu aliqua alia vrgente cauſa populo manifeſta & nota, aliter non liberaretur à graui ſcandalo proximi ſaltim paſsiuo, quod non poteſt dici paruulorum: nam quilibet homo ſanæ mentis ſi videat ſacerdotem per totam vitam abſtinere ſe à celebratione Miſſarum poterit iudicare vnum de duobus, vel talem ſacerdotem eſſe in ſtatu damnationis, & in continuo peccato mortali, vel paruipendere dignitatem & poteſtatem receptam in ſua conſecratione, & parum curare de gloria Dei, & vtilitate totiùs Eccleſiæ, & animarum exiſtentium in purgatorio: cum ad omnia iſta ſe extendat virtus ſacrificij, in quo Deus laudatur & glorificatur, nam in Miſſa recolitur memoria Paſsionis eius, & proteſtatur ſupremum dominium Dei per altiſsimum ſacrificium holocauſtomatis. Manifeſtum ergo eſt, quòd non ſe poteſt excuſare à peccato mortali ſi ſemper ſe abſtineat à celebratione, maxime quia in rẹ grauiſsima tutior pars eſt ſemper eligenda iuxta doctrinam Sanctorum Doctorum.



## De ſacrificio Miſſæ & eius valore. Cap. VII.

CVM ſacrificare ſit offerre Deo aliquod obſequium in proteſtatione ſupremi dominij, & hac ratione omne obſequium Deo exhibitum, ſit ſacrificium communiter ſumptum 53: Sacrificium proprio modo ſumptum, eſt oblatio facta ſoli Deo, circa quam ſacerdos ex inſtitutione diuina

53 De quo loquitur Dauid in Pſal. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. Et rurſus. Sacrificiũ Deo ſpiritus contribulatus. Et Paul. ad Roma. 12. Fratres, obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c. Vnde Auguſt. 10. de ciuitate Dei. cap 6. Sacrificiũ eſt omne quod



agimus

agimus, vt ſancta ſocietate inhæreamus, relatum ad illum finem quo beati eſſe poſsimus. Non tamen ſic operantes offerũt ſacrificium propriè modo ſumptum: ſed tantum ſacerdotes.

54 Ita docet D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. art. 4.

exercet aliquam ſacram cæremoniam. Tria tunc requiruntur. Primùm, quòd offerat aliquod munus exterius, quod ſit victima: vt in lege veteri offerebãtur animalia. Secundum, quòd ſacerdos hoc munus offerat ſub certa cæremonia, defectu cuius oblationes, quæ modo offeruntur animalium in templo, panis & vini, nõ ſunt ſacrificium. Tertiò requiritur, quod iſta cæremonia non ſit ex arbitrio ſacerdotis aut Eccleſiæ: ſed ex inſtitutione diuina [54]. Huiuſmodi erant ſacrificia in lege veteri, & modò eſt Miſſa: quæ propriè dicitur ſacrificium. Et, quia in lege veteri erant ſacrificia in triplici differentia, ſcilicet, hoſtiæ placabiles, vt oblationes oblatæ pro luenda pœna contracta ex tranſgreſsione legis, & holocauſta, vt erant ſacrificia oblata in proteſtatione ſupremi dominij Dei, de cuius ratione erat, quòd tota res oblata combureretur igne, & hoſtiæ pacificæ, vt oblationes oblatæ in gratiarum actiones. Hoc ſacrificium Miſſæ eſt ſumma omnium illorũ ſacri-



ſacrificiorum. Primò dicitur hoſtia pacifica, offertur enim in gratiarum actionem, quatenus eſt memoriale paſsionis Chriſti. Dicit enim Paulus. 1. Corinth. 11. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat. In hoc enim ſacrificio, quanuis Chriſtus vere immolatur: non tamen occiditur occiſione cruenta, ſed incruenta, quia repræſentatur eius occiſio per ſumptionem; & conſecrationem ſub vtraque ſpecie: & ſic debet ſacerdos vtramq; ſpeciem conſecrare, & ſumere: aliter committeret graue ſacrilegium, & nõ perfectum, & integrum offerret ſacrificium, vt diffinitur in cap. relatum. eſt enim de ratione ſacrificij: vt eius partem capiat ſacerdos ſacrificans. Si vero ſacerdos inueniat venenum permixtum in calice, aut ibi eſſe figuram ſanguinis (vt ſupra dictum eſt) debet ab illo abſtinere, & aliud vinum conſecrare: & illud ſumere: quia in hoc euentu abſoluitur à præcepto, dummodo ſuppleatur per aliud. Dicitur etiã hoc ſacrificium Miſſæ holocauſtum, quia eſt oblatio facta in proteſtatione ſupremi dominij Dei: & hoſtia deſinit eſſe per ſumptionem.

Dicitur etiam hoſtia placabilis, ſiquidem virtute huius ſacrificij remittitur aliqua pars luendæ pœnæ in purgatorio pro peccatis dimiſsis quo ad culpam ijs, pro quibus offertur 55, & hoc ſola habita ratione ad paſsionem Chriſti ex eiuſdem Chriſti inſtitutione, qui eſt proprius effectus huius ſacrificij: ſicut ſacramẽtorum conferre aliquam gratiam. Nam in hoc ſacrificio applicantur merita Chriſti cum limitatione, ſicut in omnibus ſacramẽtis cõtingit 56. Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſsio. 22. cap. 2. Hoſtia

55 Hoc poteſt probari aliquibus locis ſacræ Scripturæ Matthæi 28. & Paulus referũt Chriſtum dixiſſe, Hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur, & loco, effundetur eſt in Græco effunditur, & ſtatim ſubdit, Hoc facite in meam commemorationem. Paulus ad Hebr. 5. Omnis nanque pōtifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt apud Deum vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, ideſt, pro remiſsione peccatorum non, pro remiſsione peccatorũ quo ad culpam (quia ſic per pœnitentiam debent remitti) ergo quoad pœnam. Ita diffinitur in Concil. Triden. Seſs. 22. cap. 2. vbi dicitur, quòd virtute paſsionis Chriſti, ſeu oblationis cruentæ percipitur ſiue applicatur in hoc incruenta: quod ſacrificium offertur non ſolum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis & ſatisfactionibus: ſed etiam defunctorum exiſtentium in Purgatorio.

56 Merita paſsionis Chriſti, quæ eſt cauſa vniuerſalis noſtrorum meritorum, non applicantur nobis niſi ad mo-





dum cauſæ naturalis ſuperioris, quæ non operatur nec applicatur paſſo, niſi mediantibus cauſis ſecundis inferioribus: & huiuſmodi cauſæ reſpectu meriti & ſatisfactionis, ſiue impetrationis propter merita Chriſti R. N. ſunt opera noſtra, quia reddet Deus (vt inquit Paulus) vnicuique iuxta opera ſua, & tunc habetur ratio ad noſtram deuotionem ſeu affectum charitatis: nam iuxta doctrinam Diui Gregorij, in oblationibus potius conſiderat Deus affectum, quàm cenſum. Et non ſolum mediantibus operibus noſtris applicatur nobis paſsio Chriſti, ſed etiam mediantibus ſacramentis, & mediante hoc ſacrificio altaris, quæ ſunt veluti vehiculum quo defertur ad nos paſsio Chriſti: ita colligitur ex D. Paulo. 1. Cor. 4. vbi ait: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti: & diſpenſatores myſteriorum Dei. Myſterium Dei eſt virtus paſsionis Chriſti, & cum ſacerdotibus, de quibus loquitur Apoſtolus, conueniat miniſtrare ſacramenta, & offerre ſacrificia, bene ſequitur, per ipſa applicari nobis merita Chriſti. Vnde, ſicut cauſa naturalis non operatur ſecundum omnem ſuam virtutem, ſcilicet, modo infinito, ſed iuxta diſpoſitionem ſacramentorum ſeu ſacrificij: quæ diſpoſitio ſeu virtus ſacramentorum, & ſacrificij, nihil aliud eſt niſi Chriſti inſtitutio, qui ſtatuit, certam & determinatam gratiam dari in omnibus ſacramentis, aliter fruſtra multiplicarentur, & ſimiliter certam & determinatam pœnam remitti virtute huius ſacrificij, ſola habita ratione ad eius paſsionem, nam aliter fruſtra multiplicarentur, tot ſacrificia quotidie: ſi modo infinito applicaretur paſsio Chriſti in Miſſa, virtute ſacrificij, nulla habita ratione ad noſtram deuotionem: & per conſequens non eſſent neceſſaria opera noſtra (vt affirmant Lutherani) & ſimiliter ſequeretur, omnes ſanctos potiri æquali gloria, ſtultitia manifeſta contra D. Paul. ad Rom. 2. Reddet vnicuique iuxta opera ſua. Et. 1. Corinth. 15. Sicut ſtella differt ab ſtella in claritate, ſic & Reſurrectio mortuorum. Verum tamen eſt, quòd ſicuti in ſacramentis præter

quæ offertur in hoc ſacrificio, eſt Chriſtus R. N. contentus ſub illis ſpeciebus 57. Quæ oblatio præcipuè fit poſt conſecrationem, calice depoſito, quando dicimus: Vnde & memores Domine, &c. & proſequentes orationes vſque ad ſecundum Memento, quæ orationes ſumma cum deuotione & attentione recitari debent. Cōplet ſacerdos ſacrificium ſumptione, aut conſumptione hoſtiæ: quæ hoſtia oblata cum non ſit mactabilis quodāmodo mactatur, cùm deſinat eſſe ſub illis ſpeciebus per ſumptionem: quod ſufficit ad rationem ſacrificij, vt conſtat de ſacrificio Melchiſedech. Si enim eſſet ſub modo corporali: deberet

gratiam quæ datur ex opere operato, datur alia gratia iuxta deuotionē recipiētis, ſic in iſto ſacrificio præter pœnam quæ remittitur ratione ſacrificij, quæ eſt taxata. Relaxatur etiā iuxta deuotionem offerentiū aliqua alia pars pœnæ: nam ſi habeatur ratio ad noſtram deuotioné, paſsio Chriſti R.N. abſque limitatione aliqua applicatur.

57 De ratione huius ſacrificij eſt hoſtia offerenda, ſcilicet, Chriſtus contentus ſub ſpeciebus, non tamen conſecratio, ſicut nec ſanguinis, quamuis ſit de eius integritate, & ita intelligitur citatum cap. comperimus. quia in feria ſexta maioris hebdomadæ verū peragitur ſacrificium, & tamen ſacerdos nec conſecrat, nec conſumit Chriſti ſanguinem.

58 Vnde



occidi 58. Et ita fuit Chriſtus occiſus in ſacrificio cruēto oblato à Chriſto in cruce: & ita verum dicitur ſacrificium holocauſtomatis. Miniſter verò principalis ſacrificij Miſſæ, eſt Chriſtus, qui eſt ſimul ſacerdos offerens, & hoſtia, prout diffinitur in Concil. Trident. vbi ſupra. Alter verò miniſter eſt tantùm miniſterialis, quia nō conſecrat in perſona ſua, ſed Chriſti: non enim dicit, hoc eſt corpus Chriſti, ſed meum. Offert tamen ſacrificium in perſona Chriſti, Eccleſiæ & propria: ait enim, offerimus præclaræ maieſtati tuæ, &c. id eſt, tota Eccleſia (cuius ego miniſter ſum) tibi offert. Ex dictis ſequitur, quòd ſacrificium oblatum à Chriſto in cruce, & oblatum in Cœna, aut modo in miſſa tantùm differunt in modo offerēdi, quia in cruce cruentè hic autē incruentè: vt diffinitur expreſsè è Concil. Triden. vbi ſupra 59. Vnde cum

58 Vnde quando ſacratiſsima Virgo obtulit ſuum filium Deo in altari in die Purificationis, non illum ſacrificauit, quia non fuit occiſus: fuit tamen immolatus in cruce.

59 Chriſtus in Cœna non ſolum inſtituit hoc ſacrificium & ſacramentum, conſecrando panem & vinum, ſed etiám obtulit ſeipſum Patri, per ſacrificium incruentum in remiſsionem peccatorum: vt conſtat Lucæ. 22. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur.

tur. Et ſi in Matthæo & Paulo ponitur verbum de futuro, hoc eſt errore ſcriptorum factum, vel diligentia alicuius ſcioli qui volens corrigere Euangelium, illud corrupit: non tamen fuit factum negligentia interpretis, cum ipſe non fuit Græcæ linguæ ignarus, & in Græco idiomate, loco futuri temporis ponitur verbum præſens, vt aſſerunt omnes Doctores Græci, maximè Eraſmus in annotationibus ſuper teſtamentum nouum; quod apertiſsimè confirmatur ex eo quòd Chriſtus fuit ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, ideſt, ſecundùm ritum, vt dicitur in Pſalmo, & affirmat D. Paul. ad Hebr. 7. Et eſſe ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech nihil aliud eſt, quàm ſacrificaſſe inſtar Melchiſedech, qui Geneſ. 14. panem & vinum obtulit. Et, ſi Chriſtus in Cœna non verum obtulit ſacrificium ſui corporis, ſub ſpeciebus panis & vini, non poſſet verificari eius ſacerdotium, ſiquidem in Cruce non ſeruauit hunc ordinem, & ritum. Ita diffinitur expreſsè in Concil. Trident. Seſsione. 22. cap. 5. ſub his verbis. Chriſtum ſacerdotem, &c. Ex his omnibus colligitur contra Lutheranos, Miſſam eſſe verum ſacrificium, aliter non eſſet ſacrificium oblatum à Chriſto in cruce, verum ſacrificium, ſiquidem ſacrificium oblatum à ſacerdote in Miſſa eſt vnum & idem cum ſacrificio oblato à Chriſto in Cœna. Hæc doctrina fuit olim omnium Sanctorum: prout refert D. Thom. 3. par. quæſt. 83. artic. 1. ad primum. & Caſtro diſſoluens argumentum Caluini, refert Aymon Doctorem antiquiſsimum, fuiſſe huius ſententiæ. Vnde, vt Miſſa ſit ſacrificium, non eſt conſideranda tantum prout memoriale paſsionis Chriſti, ſed prout eſt eadem oblatio cum ea, quam fecit Chriſtus in Cœna, & in Cruce, iuxta diffinitionem Concil. Trident. prout annotat D. Thom. vbi ſupra. Vtrumque enim facit ſacerdos, & vtrunque præcepit Chriſtus Apoſtolis, quando eis dixit, Hoc facite in meam commemorationem: nam illud pronomen, Hoc, omnia quæ tunc Chriſtus fecit, demonſtrat, cum non ſit maior ratio de vno quàm de alio.

60 Ita



ſacrificium oblatum in cruce eſſet meritorium, impetratorium & ſatisfactoriũ: ſimiliter ſacrificiũ Miſſæ erit [60]. Eſt enim meritorium iuxta deuotionem offerentis ſacerdotis, & Eccleſiæ quæ offert ſimul hoc ſacrificiũ, & commendantis Miſſam habentibus deuotionem actualem, ſeu virtualem, vel habitualem tempore quo ſacrificiũ offertur. Nullus enim poteſt alteri mereri, dempto Chriſto, qui habuit gratiam capitis, ad merendum ſibi & alijs. Et ſic meritum huius ſacrificij tantum applicatur offerentibus, non tamen illis pro quibus offertur [61]. Similiter erit impetratorium iuxta deuo-

60 Ita diffinitur expreſsè in Concil. Triden. Seſsio. 22. capit. 2. cuius verba ſunt. Docet ſancta Synodus, ſacrificiũ verè eſſe propitiatorium, per ipſumque fieri, vt miſericordiam cõſequamur, & gratiam inueniamus in tẽpore opportuno. Ecce quomodo eſt impetratorium. Et paulò inferius. Hoc ſacrificiũ non ſolùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, ſed etiam ꝓ defunctis in Chriſto, nondum ad plenum purgatis, rite iuxta Apoſtolorum traditionem offertur. Eſt etiam meritorium, quia cum ſit opus bonum relatum in Deum, tam offerens quàm ille pro quo offertur, ſi ſunt in gratia merebuntur.

61 Eſt maximum diſcrimen inter meritum, impetrationem, & ſatisfactionem, quia meritum correſpondet propriæ deuotioni merentis, ſiquidem mereri eſt actus perſonalis, ex quo ſequitur quòd ſicut non poteſt aliquis alteri gratiam

promis-

tionem offerentium. Et ſacerdos, etiā peccator, quatenus offert nomine Eccleſiæ, poteſt impetrare illis pro quibus offertur, bona aliqua ſpiritualia, ſiue temporalia, aut auxilium ad pœnitendum, ſiue perſeuerādum in gratia. Non tamen proficit Miſſa oblata à ſacerdote peccatore, ſi illam offert nomine proprio, ad impetrādum illi pro quo offertur: cū ſit extra gratiam. Non ſic contingit, quando nomine Eccleſiæ offert: quia tunc ſacrificium offert nomine iuſtorum[62]. Quatenus verò eſt ſatisfactoriū[63],



tantùm prodeſt miſſa oblata à ſacerdote peccatore, quantùm à iuſto, reſpectu taxati effectus, ſcilicet, remiſſionis tantæ pœnæ luendæ in purgatorio, cum hæc pœna remittatur ex opere operato, ideſt, ex ſola diuina inſtitutione, & virtute ſacrificij: ſicut dictum eſt de gratia ſacramentali. Datur nihilominus in iſto ſacrificio ſecundarius effectus (ſicuti in ſacramentis) qui eſt aliqua remiſſio pœnæ iuxta deuotionem offerentium. Et quantum ad iſtum ſecundarium effectum, non tantum prodeſt miſſa mali ſacerdotis, quantum & boni, cum eius deuotio non ſit accepta à Deo. Ait Paulus. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodeſt. Et cum quilibet iuſtus poſſit ſuum bonū opus quatenus ſatisfactorium, alteri applicare: prout inſinuat

promeritā dare, ita nec mereri propter opus alienum. Impetratio verò correſpondet fidei impetrantis, iuxta illud Matth. 9. Videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico &c. Satisfactio verò reſpondet muneribus oblatis, vt ſunt eleemoſyna, ieiunium, oratio, & ſimul deuotioni offerentis. Omne enim opus ſatisfactorium, eſt meritorium licet nō è contra: ſicut nec impetratorium ſemper eſt meritorium, aut ſatisfactorium: prout ex dictis colligitur.

62 Tanta erit impetratio, quanta fuerit fides ſeu deuotio illius qui mandauit Miſſam, Eccleſiæ & ſacerdotis. Et cum quilibet poſſit impetrare per alienas orationes bona temporalia & ſpiritualia, præter gratiam & gloriam, bene ſequitur quòd commendans Miſſam, quanuis tempore celebrationis ſit diſtractus, impetrabit aliqua, per oblationem factam à ſacerdote nomine Eccleſiæ, ſcilicet, iuſtorum, aut proprio ſi fuerit in gratia.

63 Eſt enim ſacrificium Miſſæ ex vi ſacrificij ſatisfactorium illi pro quo ſpecialiter offertur, hoc eſt, ex inſtitutione diuina remittitur illi pro quo offertur (dūmodo ſit in gratia) certa & determinata pœna infligenda in purgatorio ꝓ peccatis iam dimiſſis quoad culpam: & hoc habita ratione ad ſolam paſſionem Chriſti, & non ad deuotionem ſacerdotis offerentis, aut Eccleſiæ, nec mandantis miſſam, ſiue illius, pro quo ſpecialiter offertur: vt conceditur de ſacramentis conferentibus ex inſtitutione diuina, certum & determinatum gradum gratiæ: ſola habita ratione ad paſſionē Chriſti prout ſupra num. 55. dictum eſt.

inſinuat Eccleſia quãdo concedit indulgentias [64] ſacerdos offerens nomine Eccleſiæ, poterit applicare hoc ſacrificium quatenus ſatisfactorium illi, pro quo offert [65]. Et cum ſatisfactio ſit iuxta limitationem diuinam, certa & determinata (veluti ſi eſſet taxatio decem annorum indulgentiarũ, quæ ſoli Deo eſt nota, ſicut gratia quæ datur in ſacramentis ex opere operato:) bene infertur non tantum prodeſſe hoc ſacrificium oblatum pro pluribus, ac ſi pro vno tantùm offera-

64 Vbi condonat nobis opera ſanctorum quatenus ſatisfactoria, quarum ſatisfactione non indiguerunt, vt per ipſa poſsimus ſatisfacere Deo pro pœnis correſpondentibus noſtris peccatis (dimiſsis quoad culpam) luendis in purgatorio.

65 Debet ſacerdos applicare ſacrificium & habere intentionem ſacrificãdi, ſeu offerendi ſacrificium in particulari pro illo qui ei mandauit miſſam, à quo recepit ſtipendium, & pro omnibus circunſtãtibus, & pro tota Eccleſia quia virtus paſsionis Chriſti quæ applicatur per miniſteriũ ſacerdotale, non prodeſt alicui, niſi ſacerdos habeat intentionem conferendi illi tale ſacramentum, & offerendi pro illo tale ſacrificium: quia vt diffinitur in Concil. Florent. & Trident. de ratione ſacramenti, ſeu ſacrificij eſt miniſter ſeu ſacerdos. Et cum ſacerdos ſit agens liberum: non operatur niſi ex intentione libera. Ex quo ſequitur quòd ſi ſacerdos conficeret hoc ſacrificium abſque actuali ſeu virtuali intentione applicandi illud, nulli prodeſſet quo ad ſatisfactioné, & eſſet tantùm acceptum Deo, ad gratiarum actionem: ſi verò



tur: nam effectus ille taxatus per diuiſionem minuitur [66]: bene tamen reſpectu ſecundarij effectus, ſi illi, pro quibus offertur, ſunt ſimul offerentes: dicitur enim in Canone, Pro quibus tibi offerimus, vel, qui tibi offerunt. Nã talis ſatisfactio, reſpondet deuotioni, & feruori charitatis, quæ non minuitur ex eo ꝙ pro pluribus offeratur: non enim deuotio vnius impedit deuotionem alterius. Sacerdos recipiens ſtipendiũ pro vna miſſa offerenda, debet

verò recitet Canó, vbi dicitur, Et omnium circunſtantium, &c. quanuis tempore oblationis ſit diſtractus, & hac ratione non habeat actualem intentionem applicandi illud, habuit tamen virtualem, quæ intentio ſufficit, vt ſupra dictum eſt, reſpectu adminiſtrationis ſacramentorum. Sunt enim ſacerdotes diſpenſatores myſteriorũ Dei iuxta doctrinã Pauli) ideſt, paſsionis Chriſti quæ nobis applicantur mediãtibus ſacramentis, ſiue mediante hoc ſacrificio. Vnde ſicut ſola intentione miniſtri abſque propria deuotione recipientis, ſiue miniſtri datur certus gradus gratiæ per ſacramenta, ita pari ratione dicendum eſt, quòd virtute ſacrificij condonetur illi, pro quo offertur certus gradus ſatisfactionis ſola intentione miniſtri applicantis hoc ſacrificium, cum ſit etiam diſpenſator paſsionis Chriſti, mediante iſto ſacrificio. Non enim dicitur diſpenſator reſpectu effectus, quem cauſat ſacramentum ſeu ſacrificium ex opere operantis, quia hunc effectum non diſpenſat ſacerdos: ſed deuotio recipientis.

66 Quia iſte effectus, ſcilicet, ſatisfactio, verbi gratia, quatuor annorum pœnæ luendæ in purgatorio, eſt finitus (vt pro-

applicare illi, à quo recepit ſtipendium, præcipuum, & integrum effectum ſatisfactorium huius ſacrificij: aliter peccaret mortaliter. Et quando mandatur Miſſa ad impetrandum aliquod bonũ temporale, aut ſpirituale, debet orare pro tali intentione, & applicare illi effectum impetratorium 67, qui datur, &

vt probatum eſt) ſiquidem paſsio Chriſti finito modo applicatur, et ſi diuidatur in plures, minus quilibet eorum recipiet, quàm ſi diuidatur inter pauciores. Ex quo ſequitur quòd obligatus ad celebrandum pro duobus quorum quilibet cõtulit ſufficiens ſtipendium, non ſatiſfacit offerendo pro vtroque vnam miſſam. Et ſufficiens ſtipendium eſt æſtimatum ab Eccleſia, ſcilicet, vnum argenteum. Si enim quilibet offerat dimidium, pro vtroque poterit vnam Miſſam celebrare, ſeu offerre (vt inquit Scot. diſtin. 13. quarti. quæſt. 2. artic. 5.) quia mandans Miſſam tenetur paſcere miniſtrum iuxta æſtimationem Eccleſiæ, niſi ipſe ſacerdos cedat iuri ſuo, & pro dimidio argenteo promittat offerre ſacrificium: quia tunc ratione promiſsionis & contractus, teneretur ſub reatu peccati mortalis integrum ſacrificium offerre. Nec intelligas accipere ſtipendium pro ſacrificio, vel pro labore annexo ſacrificio, cùm vtrunque ſit ſimoniacum, ſed potius recipit vt ſacrificet: nam mandans miſſam iure naturali & diuino (iuxta doctrinam Pauli ad Rom. 15. & Chriſti, Lucæ 10.) tenetur ſuſtentare miniſtrum, & dare ei ſtipendium, vt poſsit ſuſtentari, ſiue aliquam obligationem redimit, porrigendo ei pretium ſeu ſtipendium taxatum ab Eccleſia, vel quando non eſt taxatum, iuxta pactum ſeu conuenientiam factam cùm ipſo ſacerdote.

67 Huiuſmodi enim effectus eſt etiam proprius huius ſacri-



conceditur, quatenus offertur nomine Eccleſiæ tale ſacrificium, vt conſtat 68.

ſacrificij (prout ſupra dictum eſt) correſpondens huic ſacrificio habita ratione ad merita Chriſti, & ad fidem offerentis, ſcilicet, miniſtri non quatenus nomine proprio offert, ſed nomine Eccleſiæ, & Chriſti, cuius eſt miniſter, quia ſic, licet ſit ſacerdos in peccato mortali, ſacrificium erit nihilominus vtile quo ad impetrandum, ſicut dictum eſt de effectu ſatiſfactorio, & hoc nulla habita ratione ad deuotionem illius pro quo offertur. Vnde quando quis mandauit Miſſam pro intentione ad aliquam rem temporalem ſeu ſpiritualem impetrandum, & ſacerdos acceptat Miſſam cum tali conditione, debet ei applicare effectum impetratorium, & orare pro tali intentione, ſaltim nomine Eccleſiæ, aliter faceret contra iuſtitiam, & contra contractum. Non tamen ſic contingit quando Miſſa mandatur pro defunctis, quia tantum exigitur effectus ſatiſfactorius.

68 Veritas ergo & efficacia iſtius ſacrificij (præter rationes adductas) colligitur ex Diuo Paulo. 1. Corinth. 10. vbi ait, Fratres, fugite idololatriam, &c. vſque & menſæ dæmoniorum, quibus verbis Paulus conabatur deterrere conuerſos ex gentibus, ne comederent carnes immolatas idolis, & vtitur ſecundi exemplo, quia ſicut Iſraelitæ dicebantur ex religione Iudæorum, quia participabant ex hoſtijs Iudæorum, & modo Chriſtiani participantes ex corpore & ſanguine Chriſti, ita ipſi dicerentur idololatræ, participãtes ex hoſtijs immolatis idolis. Ex quo colligitur miſſam eſſe ſacrificium, aliter argumentum Pauli non concluderet. Nec obſtant verba Pauli ad Hebr. 10. dicentis, vnam pro peccatis offerens hoſtiam, &c. nam ibi hoſtia accipitur pro re oblata, quæ eſt vna tantum, ſcilicet, Chriſtus R. N. & non plures vt in lege veteri. Neque illud cap. 7. vbi dicit, vnum tantum eſſe ſacerdotem in lege Euangelica, nam intelligitur de principali, poſſunt tamen eſſe plures miniſteriales, &

minus principales,iuxta diffinitionem cap.Firmiter,nec illud etiam capit. 10. ſcilicet, voluntariè nobis peccantibus poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur hoſtia,pro peccatis, Chriſtus vna oblatione conſummauit ſanctificatos, nã intelligitur de oblatione cruenta, quia ſemel pro peccatis mortuus eſt, non tamen de incruenta quæ offertur quotidie, &c.

## De los altiſsimos myſterios que ſe nos repreſentan en la Miſſa. Cap. VIII.

CERCA deſte tratado es de aduertir, que el ſacrificio de la Miſſa fue inſtituydo de Chriſto R. N. para que por virtud del pudieſſemos ſatisfazer al Padre eterno por nueſtros peccados, y nos fueſſe aqui concedida gracia, por la qual tuuieſſemos action a la bienauenturança de la gloria, y para que nos ſiruieſſe de memorial y repreſentacion al viuo de la paſſion de Chriſto, y ſacrificio cruento offrecido por el miſmo Redemptor nueſtro Ieſu Chriſto en el arbol de la Cruz, y que por virtud del ſacrificio de la Miſſa, podamos ſatisfazer por nueſtros peccados, y alcançar gracia y gloria



gloria, eſta claro, pues nõ ſe differencia del ſacrificio offrecido por Chriſto en la cruz, ſino en la manera de ſacrificar, que en la cena offrecio a ſi miſmo ſin derramar ſangre, y en la cruz con derramamiento della. Porque el miſmo ſacerdote que offrecio el ſacrificio en la cruz, eſſe miſmo es el ſacerdote principal en el altar, y la miſma hoſtia que ſe offrecio en la cruz, eſſa miſma ſe offrece en la Miſſa, conuiene ſaber Chriſto N. R. Aſsi lo declara el Concilio de Trento Seſs. 22. cap. 2. diziendo. Vna eademque eſt hoſtia, idemque offerens: ſola offerendi ratione diuerſa. Y que ſea inſtituydo para memoria de la paſsion de Chriſto N. R. dixolo el miſmo Señor luego que acabo de conſagrar la noche de la Cena el pan en ſu verdadero cuerpo, en aquellas palabras, Hæc quotieſcunque feceritis: in mei memoriam facietis. Lo qual todo confirma la Igleſia en vna Antiphona que canta el dia de Corpus Chriſti diziendo: O ſacrum cõuiuium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur

Conci Tri. dent. Seſsi. 22. cap. 2.

tur memoria paſsionis eius, mens imple tur gratia: & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

Pues en eſte tratado ſolo tratare los myſterios de la Miſſa, en quanto repreſenta la Paſsion de Chriſto, conforme a las ceremonias que vſa la Igleſia. Y para eſto deue ſe aduertir, que la paſsion de Chriſto ſe eſtiende deſde el dia que Chriſto encarno en las entrañas puriſsimas de la Virgen nueſtra Señora, haſta la hora en que dio el ſpiritu al Padre en la ✠ pues en todo eſte tiempo padeſcio trabajos, y penalidades por nueſtro amor, en ſatisfaction de nueſtros peccados. Y qualquiera de las lagrymas que Chriſto derramo la noche de ſu naſcimiento, fue de infinito valor: y por qual quiera de ſus obras, y penalidades pudo ſatisfazer por los peccados de todo el mundo, ſegun que ſe dize en la Extrauagante Vnam ſanctam. de maiorit. &c. Eſto nos dio a entender Sant Pablo ad Hebr. 10. el qual hablando de Chriſto dize eſtas palabras: Ingrediens mũdum dicit:

Ad Hebr. cap. 10.



dicit: hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem adaptaſti mihi. Holocauſto mata, & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi, ecce venio: in qua voluntate ſanctificati fuimus per oblationem ſui corporis. Quiere dezir. En el primer inſtante que Dios encarno, hablando con ſu Padre dixo: Padre eterno, pues los ſacrificios de la vieja ley no han ſido baſtantes para aplacar vueſtra ira, yo me offrezco a padeſcer por el hombre trabajos y penalidades, haſta morir en la Cruz. Tened por bien de los recebir a vueſtra amiſtad. Accepto el Padre eterno eſta voluntad, y en virtud deſta offrenda fuymos recebidos a ſu amor. De donde ſe infiere, auer Chriſto N. R. començado a hazer officio de Redemptor, deſde el primer inſtante de ſu Encarnacion, al qual dio fin, y remate, quando en la Cruz dio el ſpiritu al Padre, pues deſde aquel punto, ni pudo mas padecer ni merecer. Y aſsi en el ſacrificio del altar que fue inſtituydo en memoria de ſu paſsion, ſe nos repreſenta todo el diſcurſo

ſcurſo de la vida y muerte de nueſtro Redemptor, deſde el dia de ſu Encarnacion, haſta la hora que fue pueſto en el ſepulchro. Y los fieles que aſsiſten a eſte ſacrificio repreſentan el eſtado de la Igleſia, deſde el punto que cayeron de la gracia de Dios, haſta la vltima y poſtrera edad, que es el dia del juyzio, en el qual recibiendo los buenos la bendicion de ſu Padre eterno y ſummo ſacerdote, entraran en el deſcanſo y gozo de ſu Señor. Auiẽdo pues prometido Dios al hombre, luego que pecco, de venir hecho hombre, para deſterrar al peccado, por aquellas palabras que dixo a la ſerpiente, Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum. Dilato Dios eſta venida por mas de cinco mil años, ſolo porque el hombre conocieſſe la neceſsidad que tenia de Dios, y que ſus fuerças naturales no baſtauan para ſalir del pielago del peccado, y aſsi neceſſitado el amaſſe a Dios pidiendo le fauor, y lo ſupieſſe eſtimar, quando le fueſſe concedido. Por lo qual viendo Dios



Dios los clamores de los fieles Prophetas, como de vn Iſaias que dezia: O cielos, ſi nos arrojaſſedes aca eſſe rocio que es el hijo de Dios, para que preñada la Virgen ſin manzilla, nos dieſſe el fructo bendito de ſu vientre. Y de Dauid que dezia: O quien me hizieſſe tan venturoſo, que pudieſſe yo coger vn jarro de agua de la ciſterna de Bethleem. Y de toda la Igleſia que dezia: O ſi vieſſemos a nueſtro eſpoſo hecho hombre, colgado de los pechos de mi madre. Viendo pues Dios eſtos clamores, tuuo por biẽ de hazerſe hõbre, recibiendo carne en las entrañas de la Virgen nueſtra Señora. Repreſentan nos pues eſtos clamores de los ſanctos Prophetas: el canto del choro, aſsi el de las horas que ſe dizen antes de la Miſſa, como del Introito. Y en el interim el ſacerdote, que repreſenta la perſona del hijo de Dios, entra en la ſacriſtia, y ſe viſte de las veſtiduras ſacerdotales para ſalir a celebrar, aſsi como Dios ſe viſtio en el vientre de la Virgen nueſtra Señora de nueſtra humanidad,

dad, para poder padeſcer trabajos, offreciendo ſacrificio de ſi miſmo al Padre por la ſalud de los hombres. Y porque Dios encubrio ſu diuinidad con la humanidad, el ſacerdote cubre primero ſu cabeça (que repreſenta la diuinidad de Dios) con el amicto figura de la naturaleza humana. Y porque entendamos que Dios ſe hizo hombre verdadero, ayuntando todo el ſer diuino a la humanidad, en vnidad de perſona, y no ſegun parte, ſe viſte el ſacerdote de pies a cabeça, de nueuas y differentes veſtiduras. Y para ſignificarnos que la humanidad que Dios recibio para poder padeſcer era limpia de todo peccado original, y actual, la primera ropa que ſe echa encima el ſacerdote, es vn Alba limpiſsima y muy blanca. Deſpues ſe viſte de las demas inſignias, figura de los denueſtos y affrentas que recibio de los Iudios, ſegun los quales parecia peccador manchado de culpas, aunque ſegun verdad carecia dellas. Pone ſe el manipulo, que es dar a entender fueron atadas ſus diuinas

Amicto.

Alua.

Manipulo.



nas manos, con cruel y apretada ſoga. Y la ſtola para memoria de que fue pueſta vna cadena o ſoga en ſu diuina garganta, como malhechor. Y la caſulla ſignifica la veſtidura de purpura vieja q̃ le fue veſtida para affrenta y denueſto de ſu perſona. Y juntamente nos repreſenta la peſada Cruz que le fue cargada ſobre ſus hõbros, en la qual fue deſpues enclauado. Veſtido pues el hijo de Dios de nueſtra humanidad, en el vientre de la Virgen nueſtra Señora, llegada la hora de ſu naſcimiento tuuo por bien de manifeſtarſe a los ojos de ſu eſpoſa la Igleſia, la qual con tan ardientes deſſeos le eſperaua, y con tan continuos gemidos y oraciones le ſupplicaua, tuuieſſe por bien de venir al mundo. Y aſsi naſciendo en el portal de Bethleem, proceſsit tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Lo qual repreſenta el ſacerdote, quando ſaliendo de la ſacriſtia, donde eſtaua encerrado y encubierto, ſube al altar mayor a viſta de todo el pueblo. Y porque antes que Dios vinieſſe,

Stola.

Caſulla.

Salir de la ſacriſtia a celebrar.

nieſſe, le precedieron muchos milagros en confirmacion de ſu mageſtad y miſericordia, lleua el ſacerdote delante de ſi los Acolytos con ſus cirios encendidos. Y ni mas ni menos fue predicada ſu venida en el teſtamento viejo, pero debaxo de figuras y ſacrificios, cuyos myſterios entendian pocos. Y aſsi va el ſubdiacono con el libro cerrado, figura del viejo teſtamento. Y lleua el libro cerrado, porque aun no auian acabado de entender los myſterios que eſtauan en la ſagrada ſcriptura encerrados, los quales auian de ſer declarados en la ley de gracia por los miniſtros del ſancto Euangelio, que auian de venir juntamẽte con el hijo de Dios, en ſignificacion de eſſa miſma ley vieja. Y eſto nos repreſenta el Diacono, el qual ſe ſigue deſpues del Subdiacono, y no lleua libro como el Subdiacono, porque la ley Euãgelica que Dios nos auia de dar, no la auiamos de recebir en tablas de piedra eſcriptas como la ley de Moyſen, ſino en nueſtros coraçones. Y aſsi fue, que viniendo

Acolytos.

Subdiacono.

Diacono.



niendo el Spiritu ſancto conſolador ſobre los Apoſtoles, les abrio los ojos del entendimiento, para que pudieſſen entender las ſcripturas, infundiendo les ſu altiſsima ſabiduria, para que fueſſen legitimos miniſtros del ſancto Euangelio, y pudieſſen declararnos los myſterios encerrados en el viejo teſtamento. Acompañado pues el ſacerdote de los Acolytos, Subdiacono, y Diacono (eſto es) authorizando Dios ſu venida al mundo con milagros, predicacion de Prophetas, y Apoſtoles, ſube al altar (eſto es) naſce en el portal de Bethleem, donde padeciendo frio, pobreza, y deſabrigo, y derramando muchas lagrymas, començo a offrecer ſacrificio de gran ſuauidad al Padre eterno por los peccados de los hombres, eſtando recoſtado ſu delicado cuerpo en el ara del ſancto peſebre. Y eſto nos enſeña el ſacerdote quando encienſa el altar luego en diziendo la confeſsion, antes que comience el officio de la miſſa: y enſeñando a orar al pueblo, dize la confeſsion, antes

Subida al altar.

Encẽſar el altar dicha la confeſſion.

Confeſsiõ.

antes que offrezca ſacrificio, porque aue mos de procurar primero limpiar nueſtras conſciencias de toda culpa, que lleguemos a pedir a Dios algunas mercedes extraordinarias, porque de otra ſuerte no ſeran nueſtros ſacrificios y offrendas acceptas a Dios. El altar donde ſe ha de celebrar la Miſſa, al qual tiene de ordinario buelto el roſtro el ſacerdote, ſignifica la Igleſia militante, cuyo ſer, y vida ſpiritual conſiſte, en que Dios ponga ſus ojos en ella, ſuſtentando la con ſu gracia. Eſta Igleſia eſtaua diuidida al tiẽpo que Dios naſcio en dos pueblos, que ſon el pueblo Iſraelitico ſignificado por el lado derecho del altar, y el Gentilico entendido por el lado ſinieſtro, para cuya vnion, y paz vino al mundo. Y aſsi luego que el ſacerdote llega al altar, ſe inclina, y beſa el medio del. Pero porque la promeſſa de la venida del hijo de Dios fue en eſpecial hecha al pueblo Iſraelitico, y a el ſe auia de manifeſtar primero, y del auia de començar la predicacion del ſancto Euangelio, luego

El altar.

Lados del altar.



go el ſacerdote ſe va derecho al lado derecho del altar, donde comiença a dezir juntamente con los miniſtros el officio de la Miſſa, porque ambas a dos leyes vieja y nueua auian de manifeſtar eſta venida, ayudando ſe la vna de la otra, y porque el negocio de nueſtra ſaluacion conſiſtia en reconocer al hijo de Dios por quien es, creyendo en el, y como no nos ſea poſsible creer ningun articulo de Fe, ſi el miſmo Dios no le predica a nueſtra alma, y la confirma en eſta verdad, ayudando a la flaqueza de nueſtro entendimiento, luego que naſcio tuuo por bien de ſe manifeſtar al mundo, y aſsi embio ſus Angeles para que hizieſſen officio de predicadores, los quales aparecierõ a los paſtores diziendo les: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator. Y combidando los a gozo extraordinario, por ſaber nueuas de tanta alegria, comiẽçan a cantar, Gloria in altiſsimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lo qual nos repreſenta el ſacerdote, quando

do acabados los Kyries comiença a cantar Gloria in excelſis Deo, la qual proſiguen con gran regozijo y muſica los que eſtan en el choro, y todo el pueblo ſe leuanta, que antes eſtaua ſentado, imitando en eſto a los paſtores, los quales oyendo el Cantico ſuauiſsimo de los Angeles, y las nueuas de tanto gozo, dexando ſu ganado en la montaña, caminaron con gran contento para Bethleem, y reconociendo al hijo de Dios, y adorando le por tal, ſe boluieron a ſus ganados glorificando y loando al Señor con canticos de alegria, predicando a todos los que lo querian oyr, el naſcimiento del hijo de Dios. Acabada la Gloria, luego el ſacerdote buelto al pueblo dize, Dominus vobiſcum: y combidando nos a la oracion dize, Oremus. Y tomando el la mano en nombre de todos, dize ſu oracion. Porque (como dize Sant Pablo ad Hebræos cap. 5.) filius Dei in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationesq; ad Dominum offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia

Gloria.

Oracion.

Ad Heb. 5.



tia. Quiere dezir. Todo el tiempo que el hijo de Dios anduuo en eſte mundo veſtido de nueſtra humanidad, hizo vna continua oracion a ſu Padre eterno, por la ſalud de los hombres, la qual començo luego como ſe vio veſtido de nueſtra carne, y dio fin a ella quando dixo en la Cruz cõſummatum eſt. Y porque conuiene que noſotros nos ayudemos, haziendo de nueſtra parte lo que en noſotros es, orando juntamente con el al padre eterno, todas las vezes que ha de orar el ſacerdote, nos deſpierta a la oracion con el Dominus vobiſcum, y Oremus. Porque la vida de Chriſto no ſolo fue vna continua oracion, y ſacrificio de nueſtros peccados, pero vn deſpertador y regla de vn bien viuir, la qual deuemos los Chriſtianos imitar, pues no ſolo vino al mũdo para ſer nueſtro Redemptor, ſino juntamente nos fue dado por vnico maeſtro, ſegũ aq̃llas palabras q̃ dixo el Padre eterno, quãdo ſu hijo benditiſsimo fue baptizado de S. Iuã, y el dia de ſu transfiguraciõ. Hic eſt filius

filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Oylde, que es vueſtro maeſtro, y ſeguid lo que el os enſeñare por vida y doctrina. Y aſsi lo primero que nos enſeña en naſciendo, es a padeſcer trabajos, y a orar a nueſtro Padre celeſtial. Y porque entendamos que nueſtros trabajos y oraciones ſon de poco fructo, ſino ſon ayudadas con los merecimientos y oraciones del hijo de Dios, porque (como dize el Padre eterno) in quo mihi bene complacui, ſolo el es, el que entre todos los hõbres merece ſer amado de Dios, y el ſolo por la limpieza y pureza de ſu gran ſanctidad, y por la mageſtad de ſu diuinidad merece ſer oydo, y ſolos ſus ſacrificios ſon acceptos a Dios: y ſi a los nueſtros arroſtra, es teniendo reſpecto a los de ſu hijo, y al amor que le tiene.

Da fin el ſacerdote a la oracion, con Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, porque (como dize S. Pablo. 1. ad Timoth. 2.) Dominus noſter Ieſus Chriſtus mediator eſt Dei, & homi- 1. ad Timoth. 2.



hominum, per quem, ſicut omnia nobis, à Patris plenitudine bona decurrũt, ita nos per eundem, omnes Patri referimus gloriam. Quiere dezir. Aſsi como por los merecimientos de Ieſu Chriſto N. R. nos haze el Padre eterno muchas mercedes temporales y ſpirituales: aſsi por virtud de eſſos miſmos merecimiẽtos, eſſe miſmo Padre eterno accepta la baxeza de nueſtras obras para ſu honra y gloria, y porque conuenia que eſte myſterio eſtuuieſſe algun tiempo encubierto, haſta q̃ llegaſſe el tiempo, en el qual el hijo de Dios por predicacion y milagros ſe auia de manifeſtar a todo el mundo, ſe baxa el ſacerdote del altar, aſſentandoſe en el eſtrado para eſto aparejado (conſequentemente. Aſsi como el hijo de Dios deſpues de ſu naſcimiento eſtuuo recogido en Nazareth obedeciendo y ſiruiendo a ſu bendita madre, y a Ioſeph, como ſi fuera puro hombre, ſin dar luz, ni claridad alguna de ſu diuinidad por algun milagro, o marauilla. Y en eſte interim el precurſor y prego- Sentar ſe en el eſtrado.

I nero

nero de Chriſto Sant Iuan Baptiſta, que auia eſtado recogido en el deſierto, ſalio a predicar al pueblo, combidandolo a penitencia, y diziendo les que eſtaua muy cerca el tiempo de la gracia, en el qual auian de ver al Saluador. Lo qual repreſenta el Subdiacono, quando lee la Epiſtola en boz alta, la qual el ſacerdete oye attentamente, aſsi como todo el pueblo. Porque Chriſto N. R. tambien deſcẽdio en compañia de otra mucha gente de Nazareth al Iordan donde eſtaua el Baptiſta: y como ſi fuera puro hombre oyo la predicacion de S. Iuan, y fue baptizado con los demas que alli llegaron juntamente con el. Y porque Sant Iuã era fin y remate de la vieja ley, y principio de la nueua, por tanto la Epiſtola que ſe canta en la Miſſa vnas vezes es del teſtamento viejo, y otras del nueuo. Y porque la predicacion de S. Iuan no fue confirmada con milagros, por quanto Sant Iuan ningun milagro hizo, la Epiſtola ſe canta de ordinario ſin eſtar delante acolytos con cirios encendi-

Epiſtola.



cendidos. Y para que entendamos quanta mas reuerencia ſe deue a la doctrina de Chriſto (el qual abriẽdo ſu boca nos enſeño el camino) que a la de los Prophetas, y de S. Iuan, que ſeruian de ſus pregoneros, y delegados, o menſajeros, eſtamonos ſentados al tiempo que ſe lee la Epiſtola, y en pie quando ſe canta el Euangelio. Y porq̃ fuerõ pocos los q̃ ſe conuirtieron por la predicacion de S. Iuan, en cõparacion de los que ſiguierõ la predicaciõ de Chriſto: acabada de cãtar la Epiſtola, ſolos dos o quatro ſe leuantã en el choro a cantar el Gradual, o Alleluia, el qual es canto algo aſpero y graue, figura de la penitencia o cõfeſsion de ſus culpas, q̃ algunos hizieron mouidos por la predicaciõ de S. Iuã, en cuya ſeñal recebiã del el baptiſmo, el qual ſeruia de aparejar los coraçones de los hõbres para recebir al Señor, quãdo tuuieſſe por bien de ſe manifeſtar. Llegãdoſe pues la hora, en la qual cõuenia q̃ el hijo de Dios ſalieſſe a predicar en publico (lo qual fue luego q̃ fue preſo S. Iuã) ſe reco-

El aſſentarſe a la Epiſtola.

Gradual, o Alleluia.

gio el hijo de Dios en el deſierto, por eſpacio de quarenta dias, ayunando dias y noches, para que aſsi como Moyſen por otros quarenta alcanço de Dios la ley ſcripta en tablas de piedra: aſsi el por eſte ayuno mereciesſe del Padre eterno, tuuieſſe por bien eſcriuir en los coraçones de los hombres ſu ley Euangelica, la qual ſalia a predicar, para que fundados en la Fe, pudieſſen gozar del fructo de ſu ſacratiſsima Paſsion. Por lo qual el ſacerdote dicha la Epiſtola, ſe leuanta de ſu aſsiento, y llegando al altar, antes que reze el Euangelio, ora inclinado en medio del altar, y aſsi miſmo el miniſtro antes que cante el Euangelio, pide la bendicion del ſacerdote, pues ſin la ayuda de Dios no puede el predicador hazer fructo en ſu officio. Aſsi como los Apoſtoles, antes que ſalieſſen a predicar, recibieron el Spiritu ſancto, el qual eſtuuieron eſperando deſde el dia de la Aſcenſion, perſeuerando en el ſancto Cenaculo en vigilias, oraciones, y ayunos. Y porque la predicacion Euangelica

Orar antes que diga el Euágelio.





gelica (pueſto que tuuo principio en el pueblo Iſraelitico) ſegun aquello que les dixo Sant Pedro, quando los Apoſtoles ſe deſpidieron de Iudea: vobis oportebat prædicari verbum Dei: ſed quia indignos vos feciſtis, conuertimur ad gentes: el miſſal que antes eſtaua pueſto en el lado derecho, figura del pueblo Iſraelitico, ſe muda, para cantar el Euangelio al lado ſinieſtro del altar, figura del pueblo Gentilico. Y por quanto auia mandado Chriſto N. R. a ſus diſcipulos que los embio a predicar, que en el lugar o caſa que entraſſen, les ſaludaſſen diziendo, Pax huic domui, combidando los con la paz ſpiritual, y que ſi moſtraſſen deſſeo de recebir eſta paz, mediante la predicacion del ſancto Euãgelio, ſe detuuieſſen alli y les predicaſſen, y que ſino fueſſen bien recebidos, paſſaſſen adelante: el Diacono en memoria y confirmacion deſta ſalutaciõ, antes que cante el ſancto Euangelio les ſaluda diziendo, Dominus vobiſcum, &c. combidandolos a que eſten atten-

Dia cono.

tos a lo q̃ les quiere dezir, q̃ es el ſancto Euangelio. Y porque no pienſen q̃ eſta predicacion eſta fundada en cõpoſtura de palabras, ni en razones philoſophicas y vanas, ſino en el myſterio de la cruz y paſsion de Chriſto, la qual deuen tomar ſobre ſus hombros, ſigna el Diacono el libro con la ſeñal de la Cruz, quando dize, Sequentia ſancti Euangelij, y ſigna ſe juntamente a ſi en la frente, boca y pecho, porque entiendan que los que pretendieren ſer Chriſtianos, no han de tener verguença de creer los myſterios de la Cruz y paſsion de Chriſto, ni de confeſſar los por la boca, ſujetando ſu cuerpo a eſte miſmo tormento quando fuere neceſſario, en confirmacion y confeſsion deſta verdad, la qual al tiempo q̃ ſe predico en todo el vniuerſo, fue confirmada con muchos milagros y grandes marauillas, los quales repreſentan los ciriales encendidos, que tienen los acolytos delante del Diacono, quando canta el Euangelio. Y juntamente fue confirmada eſta verdad con mucha

Ciriales encẽdidos al Euãgelio.

ſangre



ſangre de martyres, que padeſcieron crueles muertes por ſu confeſsion, los quales nos trae a la memoria el encienſo conque es encenſado el libro, y el Diacono, quando ſe comiença a cantar el Euangelio. Porque la muerte deſtos ſanctos martyres, fueron a Dios ſacrificio de gran ſuauidad, y olor. Y para que entendamos la deuocion con que recibio el pueblo Gentilico el ſancto Euangelio, y quan preſtos eſtauan para poner en execucion lo que alli ſe les mandaua ayudados del fauor diuino: eſta todo el pueblo en pie al tiempo que ſe canta, y luego que ſe acaba de cantar, beſa el libro el ſacerdote y los miniſtros, el qual ſolia tambien beſar el pueblo, en ſeñal que reciben el ſancto Euangelio, creyendo los myſterios en el contenidos. Y en confirmacion deſta Fe interior, lo confieſſan por la boca, diziendo el Credo, el qual comiença el ſacerdote que repreſenta la cabeça de la Igleſia, y luego el pueblo le proſigue. Porq̃ nueſtra Fe immediatamente

El encẽſar el libro el Diacono.

El eſtar todos en pie al Euangelio.

Beſar el Miſſal dicho el Euãgelio.

Credo.



eſta

eſta fundada en la confeſsion del ſummo ſacerdote de la Igleſia, que tiene el aſsiento de Sant Pedro, ſegun aquello que dixo Chriſto N. R. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiã meam. Quiero dezir, que ſi creemos los fieles que nueſtro Redemptor encarno, y otro qualquier articulo, es, porque el Summo Pontifice, que no puede errar, nos lo enſeña aſsi, y da por articulo de Fe. Y la confeſsion del Summo Pontifice eſta fundada ſobre Chriſto, que es el primer cimiento de la Igleſia. Eſto es, cree el Summo Pontifice los articulos de la Fe, porque aſsi le fue reuelado de Dios verdad infalible, que no puede mentir. Y aſsi en oyendo el ſacerdote cantar el Euangelio reuelado por Dios, confieſſa la Fe en boz alta, cantando el Credo, enſeñando a todos los demas fieles lo que deuen creer, los quales le ſiguen diziendo el Credo juntamente cõ el. Offreceſe encienſo al ſacerdote, eſto es, offrecele el fructo de ſu predicacion, que es olor de gran ſuauidad a Dios, attri-

El offrecer le encienſo al ſacerdote.



attribuyendo lo todo a ſu diuino fauor. Porque (como dize Sant Pablo) Neque, qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed, qui incrementum dat, Deus. Auiendo pues ya Chriſto N. R. plantado ſu Igleſia nueua Euangelica, eſto es, teniendo ya muchos fieles, que ſe auian declarado por ſus diſcipulos, los quales con el fauor del Spiritu ſancto, eran baſtantes para conquiſtar todo el mundo predicando el ſancto Euangelio por todo el vniuerſo, començo el hijo de Dios a tratar de ſu partida para el Padre, y del ſacrificio que auia de offrecer de ſi miſmo en el arbol de la Cruz por noſotros peccadores, tratando y communicando eſte negocio con ſus diſcipulos, quando les dixo: Ecce aſcendimus Hieroſolymã & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, dando a entender en eſtas palabras el ardiente deſſeo que tenia de padeſcer por noſotros, y que conuenia, que ſe apercibieſſen con vigilias y oraciones para reſiſtir a las tentaciones del enemigo, con que auian de ſer comba-

 tidos

tidos en aquel tiempo, lo qual les enſeñaua el hijo de Dios por obra, pues en aquellos dias proximos a la paſsion, ya que no ſe manifeſtaua al pueblo, q̃ tratauan de le prender, todo ſu exercicio era orar, y velar toda la noche en el monte ſolitario, tratando con el Padre eterno eſte negocio tan arduo y importante a nueſtra ſaluacion. Y aſsi el ſacerdote en la Miſſa acabado el Credo, combida al pueblo a orar diziendo: Dominus vobiſcum, y Oremus. Y luego con los miniſtros apareja la hoſtia, y el caliz, y offrece encienſo ſobre eſte ſacrificio, y hecho eſto, buelto con ſilencio al pueblo, dize las oraciones ſecretas, en lo qual nos repreſenta lo dicho. Pero llegado el dia de Ramos, en el qual conuenia manifeſtarſe al pueblo de Hieruſalem, para que todos de vna conformidad, como a verdadero cordero, le metieſſen dentro, para ſer offrecido de ay a cinco dias al Padre eterno en remiſsion de ſus peccados, aſsi como vſauã (ſegun la ley) lleuar a ſus caſas el cordero figuratiuo

Secreta.

cinco



cinco dias antes para le ſacrificar el Iueues en la tarde: Ieſu Chriſto N. R. que auia dias que eſtaua recogido, y encubierto, determino de ſe manifeſtar el dia de Ramos, y deſpertar los coraçones de todo el pueblo, para que le ſalieſſen a recebir con ramos en las manos diziendo. Benedictus qui venit in nomine Domini: y aſsi el ſacerdote, para repreſentar eſte ſubito aparecimiento, eſtando todo el pueblo ſentado, y muy ſuſpenſo, auiendo haſta alli guardado ſilencio, deſde la offrenda, a deſora con boz alta, y ſonoroſa, y bien entonada comiença el Prefacio diziendo, Per omnia ſecula ſeculorum: Surſum corda, &c. A cuya boz ſe leuanta luego el pueblo, y eſtando muy attentos al cantico del Prefacio, y hincando las rodillas al Gratias agamus, aſsi como los del pueblo de Hieruſalem hizieron gran reuerencia al hijo de Dios, quando ſe manifeſto el dia de Ramos, haſta tender ſus capas por el camino por do paſſaua la beſtia, donde

Prefacio.

venia

venia ſentado el hijo de Dios, luego que el ſacerdote da fin a ſu cantico, leuanta ſu boz todo el choro diziendo, Sanctus, &c. Benedictus qui venit in nomine Domini, que es el cantico con que recibieron los moçuelos al hijo de Dios, quando entro en Hieruſalem el dicho dia de Ramos. Y por quanto Chriſto N. R. pocas horas antes de ſu paſsiō en el huerto de Gethſemani ſe humillo a orar, offreciendo ſe a la muerte por la obediencia que deuia al Padre eterno, y el amor que tenia al genero humano, el ſacerdote, mientras el choro canta los Sanctus, ſe inclina a orar ſobre el altar, que es la prompta obediencia que Chriſto N. R. tuuo a ſu Padre eterno en eſta obra: y beſando el altar, nos trae a la memoria el amor que nos moſtro el hijo de Dios, en aceptar eſta muerte. Y porque tres vezes fueron las que oro en el huerto, y tantas ſe offrecio a la muerte, y conocio como coſa preſente, la grandeza de ſus tormentos, tanto que de ſentimiento, y congoxa, vino a ſudar ſangre por todo el



cuerpo: el ſacerdote haze tres cruzes ſobre toda la offrenda que tiene delante, eſto es, ſobre la hoſtia y el caliz.

Tres cruzes ſobre la hoſtia y el caliz.

Preſo pues el hijo de Dios y entregado a Pilato, fue pronunciada ſentencia contra el, que fueſſe crucificado, la qual acepto el hijo de Dios. Lo qual nos repreſenta el ſacerdote con las cinco ſeñales de la cruz que haze ſobre el ſacrificio. Y haze cinco, porque cinco auian de ſer las llagas principales que auia de recebir el hijo de Dios en la cruz. Llegando pues el hijo de Dios al lugar del ſacrificio, que era el monte Caluario, (ſignificado por la conſagracion de la hoſtia) y enclauado en la cruz con crudeliſsimos clauos, fue luego leuantada la cruz en alto, y fixa en ſu lugar, para que pudieſſe ſer viſto de todo el pueblo. Y aſsi el ſacerdote repreſentando eſta eleuacion del hijo de Dios, leuanta la hoſtia, la qual es adorada de todo el pueblo dando golpes en ſus pechos, aſsi como fue adorado en aquella hora el hijo de Dios de todos los fieles que ſe halla-

Porq̄ cinco cruzes.

La eleuacion de la hoſtia.

hallaron preſentes, con grandes llantos y ſentimientos de coraçon.

Pueſto pues el hijo de Dios en alto, y cargando ſu cuerpo ſobre los clauos, y deſgarrando ſe las aberturas de la carne por donde eſtaua enclauado, començaron a correr arroyos de ſangre, lo qual fue nueua materia de dolor, y ſentimiẽto a todos los fieles. Y aſsi con dolor de ſu alma, y derramamiento de lagrymas adoraron aquella ſangre benditiſsima derramada por nueſtro amor. Cuyo derramamiento nos declara el ſacerdote en la eleuacion del caliz. Y la adoracion de los fieles que alli ſe hallaron, imita el pueblo, quando adora el caliz, dando golpes en ſus pechos, en mueſtra del ſentimiento, y llanto, que los fieles hizieron en aquella hora que vieron brotar tanta ſangre del cuerpo del hijo de Dios. Y por quanto luego ſobreuinieron tinieblas en todo el mundo por eſpacio de tres horas tan eſcuras, y eſpeſſas, que no ſe pudo ver el cuerpo de Chriſto nueſtro Redemptor pendiente en

Eleuacion del caliz: y hirimiento de pechos.



la Cruz, haſta que lançadas las tinieblas por voluntad diuina, ſe torno a deſcubrir, y le pudierõ ver por poco eſpacio de tiẽpo, porque luego como eſpiro fue deſcendido de la Crüz: por tanto el ſacerdote en la Miſſa, no enſeña el cuerpo de Chriſto haſta la hoſtia poſtrera, la qual leuanta juntamente con el caliz, y por vn breue interualo, de ſuerte que no la vee todo el pueblo, porque quando las tinieblas ſe quitaron, poco fue el tiempo que vierõ al hijo de Dios pendiente en la cruz, corriendo del el precioſiſsimo liquor de ſu ſangre, lo qual vio poca gente, por quanto muchos ſe auian buelto a ſus caſas, luego que le vieron crucificado: y eſpecialmente viendo las tinieblas, y temblor, y quebrantamiento de piedras. Y en eſte interim que duraron las tinieblas, que fue lo mas del tiempo que eſtuuo Chriſto nueſtro Redemptor en la cruz, offrecio eſſe miſmo hijo de Dios a ſu Padre eterno, como ſummo ſacerdote, el ſuauiſsimo ſacrificio de ſu Paſsion, haziendo

ziendo vna prolixa y continua oracion por los peccados del mundo. Por lo qual el ſacerdote luego que leuanta el caliz, comiença a offrecer el ſacrificio de la Miſſa con las oraciones que en el Canon ſe ſiguen, en las quales eſta la fuerça de la Miſſa. Y luego al principio de la oracion haze cinco ſignos de la cruz ſobre el ſacrificio, poniendo delante al Padre eterno la multitud de llagas, y dolores, que el hijo de Dios padeſcio, ſignificadas por aquellos cinco ſignos, figura de las cinco llagas principales que Chriſto N. R. reſcibio en ſu cuerpo, ſegun que el miſmo hijo de Dios repreſento a ſu Padre eterno, para que ſe compadecieſſe del hombre. Y porque el fructo de eſta paſsion ſe eſtiende a los Sanctos, que eſtan en la gloria, pues por ſus merecimientos gozan de Dios, y a las animas que eſtan en el purgatorio, pues en ſu virtud ſatisfazen con las penas que alli padeſcen por las culpas cometidas, y tambien a los fieles que eſtan en la ygleſia militante, pues por virtud deſta paſſion

Otros cinco ſignos de cruz.

ſion



ſion aplicada en los ſacramentos recibẽ gracia, y remiſsion de peccados, y ſus obras ſon meritorias de gloria: por tanto el Sacerdote para ſignificar eſte fructo, al medio de las oraciones, antes del ſegundo Memẽto, haze tres cruzes, vna ſobre la hoſtia figura de los ſanctos de la gloria, y otra ſobre el caliz figura de los que reciben eſte fructo enel purgatorio, y otra ſobre ſi meſmo en ſeñal del fructo, que reciben los que biuẽ eneſte mundo. Y antes que haga eſtas tres cruzes, beſa el medio del altar en ſeñal de las pazes, que Chriſto. N. R. hizo entre Dios y los hombres, por virtud de ſu paſsiõ. Y porque hechas eſtas pazes, ya eſtauan las puertas del cielo abiertas, y podia el hijo de Dios hecho hombre prometer con abſoluto poder la gloria a todos los que hizieſſen digna penitencia de ſus peccados pidiendo a eſſe miſmo Señor (como medianero) fauor, y amparo, para poder hazer penitencia, tuuo por bien de dar ſu fauor a vno de los ladrones, que eſtauan colgados junto a

Significació de tres cruzes.

Significacion de beſar el altar.

K to a

to a el, para q̃ arrepintiendoſe de ſus peccados, le pidieſſe ayuda para poder eſcapar de las penas, diziendo: Memento mei Dñe: dum veneris in regnum tuũ. A lo qual reſpondio el hijo de Dios: Hodie mecum eris in paradiſo. A lo qual aludiendo el ſacerdote en la Miſſa deſpues del ſegundo Memento, ſe da vn golpe rezio en el pecho, y dize: Nobis quoque peccatoribus. Como ſi dixeſſe. Tened Señor, por bien de vſar cõ noſotros peccadores penitẽtes de la liberalidad, que vſaſtes con el buen ladron, al qual (por conocer ſu culpa) le concediſtes perdon de ſus peccados. Y aſsiento con los buenos de vueſtra gloria. Y para nos repreſentar la Igleſia las tres horas q̃ Chriſto N. R. eſtuuo biuo en la cruz, miẽtras las tinieblas duraron, haze el ſacerdote tres cruzes ſobre la hoſtia, y el caliz, eſtando todo cubierto con el corporal, ò hijuela. Y luego deſcubre el caliz y la hoſtia en ſeñal, que dentro de aquel tiẽpo ſe rompio el velo del templo de alto abaxo, el qual cubria el Sãcta ſanctorum: que fue dezir-

El golpe q̃ el ſacerdote ſe da en el pecho.

Tres cruzes ſobre la hoſtia y el caliz.



dezirnos, ya no auer figura, ni cubertura en la ley vieja, pues con eſte ſacrificio ya eſtaua cumplido en Chriſto nueſtro Redemptor todo lo figurado por los ſacrificios de los animales, y todas las demas ceremonias: lo qual ſignifica tambien la Patena que tiene el ſubdiacono cubierta con vn velo, la qual deſcubre entonces.

Patena.

Y porque Chriſto nueſtro Redemptor eſtuuo en la Cruz deſpues de quitadas las tinieblas, otras tres horas parte biuo y parte muerto: para nos ſignificar eſto, toma el ſacerdote la hoſtia, y dentro de la copa del caliz haze otras tres cruzes. Y porque en eſte interin fue abierto ſu diuino coſtado del qual ſalio ſangre, y agua figura de los dos principales ſacramẽtos de la Igleſia que ſon Baptiſmo y penitencia: para repreſentar la Igleſia eſte myſterio, haze el ſacerdote otras dos cruzes, deſde la parte exterior del labio del caliz a ſu pecho, y luego leuanta la hoſtia poſtrera, la qual adoran los fieles con golpes, que nos ſigni-

Tres cruzes con la hoſtia dentro de la copa del caliz.

Dos cruzes fuera del caliz.

ſignifican la adoracion, que hizierõ los fieles, que preſentes eſtauan, con llãtos, y gemidos, quando (deſterradas las tinieblas) tornaron a ver con ſus ojos corporales al hijo de Dios pendiente en la cruz. Y luego ala ſazõ, antes que paſſaſſe mucho tiempo, quando penſaua la gente que el hijo de Dios auia ſpirado, lanço de ſu diuino pecho vna voz ſobre natural, que puſo en admiracion a todos diziendo: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, cõ la qual voz ſpiro. Por lo qual el Sacerdote, pueſta la hoſtia enel altar, y adorandola, leuanta luego la voz diziendo: Per omnia ſecula ſeculorum: y reſponde el choro con boz lamentable, Amen: figura de las bozes, y alaridos, que leuantaron los fieles que eſtauan preſentes, quando vierõ al hijo de Dios dar el ſpiritu con eſta clamoroſa, y lamentable boz. La qual boz mouio el coraçon de muchos infieles, para que conociendo ſus peccados, y la mageſtad de Ieſus crucificado, hiriendo ſus pechos le pidieſſen perdon de las offen-

Per omnia ſecula ſeculorum leuãtada la hoſtia poſtrera.



offenſas cometidas, y glorificaſſen al Señor juntamẽte con los demas fieles. Lo qual nos da a entender la oracion del Paternoſter que canta el Sacerdote, ſiendo ayudado de todo el pueblo, el qual debaxo de ſilencio le deue juntamente dezir con el. Y porque muerto el hijo de Dios, quedo diuidida ſu humanidad en tres partes, aunque cada vna dellas junta con toda la diuinidad, el alma deſcendio al limbo, la ſangre q̃do derramada ſobre la tierra, y el cuerpo ſin ſangre pendiente en la Cruz, haze el Sacerdote dela hoſtia tres partes. Y porque entendamos, que fueron deſpues ayuntadas todas eſtas tres partes el dia de la Reſurrection por virtud de toda la ſanctiſsima Trinidad, hechas tres cruzes por el Sacerdote, con vna particula de la hoſtia dentro de la copa del caliz, la lança en la ſangre diziendo: Fiat commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Deſcendido pues el Sãctiſsimo cuerpo de la Cruz: fue adorado primero de todos

Paternoſter.

Tres partes haze de la hoſtia.

De la particula que ſe echa en la ſangre.

los fieles pidiendole perdon de ſus peccados, por virtud de ſu paſsion. Y aſsi el ſacerdote nos deſpierta a eſta oracion, diziendo: Per omnia ſecula ſeculorum:

Pax dñi. pax Domini ſit ſemper vobiſcum, combidandonos con la paz ſpiritual de nueſtra alma, ſi nos quiſieremos aprouechar del fructo de ſu paſsiõ. Y aſsi el choro en nombre de todos los fieles, cãta di

AgnusDei. ziẽdo tres vezes Agn⁹ Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis: Y vltimamente, dona nobis pacem. Y para mueſtra de que ganamos eſta paz por virtud de ſu paſsion, quedando todo el genero humano en amiſtad con Dios, quanto a poder alcançar perdon de ſus peccados ayudandoſe de la penitencia, el ſacerdo

Beſo de paz. te abraça y da beſo de paz al Diacono, y ellos ſe communican la miſma paz como miniſtros, q̃ ſon de Chriſto, que adminiſtran la gracia por virtud de los Sacramentos: y aſsi todo el pueblo reſcibe paz de mano del ſubdiacono, ò acolyto, el qual les da a beſar vna Cruz, o otra coſa ſancta. Hecho eſto, fue cerrado el cuer-



Cõmunio. cuerpo de nueſtro Señor enel ſepulchro, de ſuerte que no pudieſſe ſer viſto. Y aſsi el ſacerdote repreſentando eſta ſepultura de Chriſto, conſume el cuerpo, y la ſangre de Ieſu Chriſto nueſtro Redemptor reſcibiendolo en ſu pecho como en vn ſepulchro. Deſpues

Boluer el Miſſal al lado derecho. deſto paſſa ſe el libro al lado derecho donde primero eſtaua, figura del pueblo Iſraelitico, para que entendamos que cerca del dia del juyzio, ſe hã de cõuertir los Iudios y ſer participantes del fructo de ſu paſsion, recibiendo la paz del alma, con la qual les combida el ſacerdote en nombre de Dios, con Dominus vobiſcum que dize antes de la oracion poſtrera. Y deſpues enel medio del altar pueſto el ſacerdote dize:

Dominus vobiſcum. Dominus vobiſcum: en figura que el dia del juyzio ſeran llamados todos los cõuertidos de ambos pueblos Iudayco, y Gentilico, donde recibiran el premio de ſus trabajos, que es perpetua

La bendicion. holgança ſignificada por la bendicion q̃ da a todo el pueblo acabada la miſſa, don-

dōde haze el ſacerdote tres cruzes nombrando a las tres perſonas de la ſanctiſsima Trinidad, para que entendamos, que nueſtra bienauenturança conſiſte en contemplar y amar a Dios Trino y vno. El qual conoſcimiento claro, y amor perfecto haze al hōbre eſſencialmente bienauenturado, en la morada de la gloria. Ad quam nos perducat Ieſus filius Mariæ, virtute ſuæ ſanctiſsimę paſsionis, qui cum patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

(?)

TRA-



# TRACTATVS VI.
## De ſacramento Pœnitentiæ.

### De inſtitutione huius ſacramenti: & quando obligat. Cap. I.

QVARTVM ſacramentum nouæ legis eſt Pœnitentia, cuius quaſi materia, ſunt actus pœnitentis, ſcilicet, confeſsio integra peccatorum cum dolore. Forma, ego te abſoluo à peccatis tuis, &c. Ita diffinitur in Concil. Florent. Et dicuntur actus pœnitentis, quaſi materia, quia non manent tempore formæ, ſicut omnis alia materia [1]: & ratione doloris, qui eſt actus internus animi, & non res ſenſibilis, ſicut omnis alia materia cæterorum ſacramentorum. Huiuſmodi enim actus ſunt materia propinqua: nā peccata dicūtur remota, ſiquidem ex eorum cōſideratione cauſatur proxima, ſcilicet, confeſsio cum dolore [2]. Hoc ſa-

1 Nam iuxta ſententiam philoſophi materia eſt ex quo fit aliquid cum ſit, &c. Confeſsio enim non manet tempore formæ, ſcilicet, abſolutionis.

2 Hoc nomen cōplexum ſacramen-

 tum

cramentum fuit inſtitutum in die Reſurrectionis, quando Chriſtus R. N. apparuit diſcipulis ſuis, ianuis clauſis, & dixit eis Ioan. 20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſsio.14. cap.5.& can.3. Nam in iſtis verbis dedit eis poteſtatem remittendi peccata, hoc eſt, inſtituit eos iudices. Et cum iudex non poſsit proferre ſententiam, incognita cauſa: bene ſequitur, cæteros teneri cõfiteri peccata, ſiquidem peccata non poſſunt innoteſcere, niſi per confeſsionem. Et cũ

tum pœnitẽtiæ, potius ſupponit pro abſolutione quàm pro confeſsione ſiue vtroque ſimul, quia abſolutio tantùm, eſt ſignum demonſtratiuum gratiæ ſeu remiſsionis peccatorum, qui eſt effectus huius ſacramenti, connotando confeſsionem & cõtritionem. Nõ enim conceditur venia niſi humiliter confitẽtibus peccata ſua. Hoc videtur inſinuare Concil. Triden. Seſsio. 14. ſub iſtis verbis. Docet præterea ſancta Synodus, ſacramenti pœnitentiæ formã (in qua præcipua vis huius ſacramenti ſita eſt) in illis verbis miniſtri poſitam eſſe, Ego te abſoluo. Non enim ſupponit pro vtroque: quia nomen connotatiuum quale eſt pœnitentia, non ſupponit pro vtroque ſignificato ſed pro vno tantùm, aliud connotando. Ex quo colligitur pœnitentiæ diffinitio quatenus ſacramentum, eſt remiſsio peccatorum ſeu abſolutio peccatorum præuia confeſsione eorum cum dolore. Nec tamen hæc verba, Ego te

abſoluo,



ipſi peccatores teneãtur quærere ſuam ſalutem quam nõ poſſunt inuenire: niſi mediante abſolutione peccatorum: non enim remittitur peccatum actuale mortale commiſſum poſt baptiſmum, niſi mediante iſto ſacramento in re vel in voto 3) & nullus poſsit ſaluari abſque remiſsione peccatorum, hinc ſequitur teneri confiteri peccata omnes fideles baptizatos reos alicuius peccati mortalis 4. Et hoc præceptum obligat in tribus temporibus. Primò

abſôluo, ſunt præciſa forma huius ſacramenti (vt inquit D.Thom. 3.par.q. 84. artic. 4.) quia Matth. 16.& 12.& Ioan. 20. in quibus locis fit mentio huius ſacramenti, non præcipitur vt ſacerdotes miniſtrent illud per aliqua determinata verba, nec per manuũ impoſitionem, poſſunt enim vti quibuſuis verbis ſignificantibus effectum huius ſacramenti, ſcilicet, remiſsionem peccatorum.

3 Et ſi per contritionem remittũtur peccata, quia ſic dolens de peccatis habet propoſitum actuale ſeu virtuale confitendi tempore debito, tamen ſi pœnitens habeat copiam confeſſoris, & confeſsio tunc obligat, non iuſtificabitur per ſolam contritionem, pœnitente renuente tunc confeſsionem actualem, nam tunc eſt neceſſaria confeſsio in ratione præcepti, & per conſequens non ſufficit in voto, ex quo ſequitur non ſolùm eſſe neceſſariam ratione finis, ſed etiam ratione præcepti impoſiti Ioan. 20. vt eſt illatum.

4 Non obligat hoc præceptum confeſsionis infideles, quia ſuper ipſos nulla eſt data poteſtas Apoſtolis, bene tamen omnes homines fideles baptizatos ratione vtentes.

5 Quia

tempore mortis naturalis, aut violentæ 5. Secundò, quando eſt recepturus ſacramentum Euchariſtiæ (prout dictum eſt.) Tertiò ſemel in anno, ex declaratione Eccleſiæ in capit. omnis vtriuſque ſexus, &c. Quia, licet hoc prę ceptum ſit diuinum, eſt tamē indeterminatum à Chriſto: determinandum verò ab Eccleſia (vt dictum fuit de præcepto Euchariſtiæ.) Et, quando non ſperatur ſuo tempore commoditas inueniendi confeſſorem, tenetur homo ex iure diuino præuenire confeſſorem. Quia cum confeſsio ſit neceſſaria ad ſalutem: eſt præuenienda, quando ſuo tempore non poteſt fieri commodè. Excipitur ab hac annua confeſsione Summus Pontifex, cū obliget ex determinatione Eccleſiæ, & non poſsit obligare ſeipſum legibus Canonicis: ſicut nec Princeps tenetur ſeruare leges à ſe latas, quando tranſgreſsio legis non redundat in detrimentum alterius: nullus enim ſuperior habet iuriſdictionem ſupra ſeipſum. Tenebitur tamen Summus Pontifex confiteri: propter vitandum

5 Quia hoc præceptum obligat & non poſt mortem, ergo ante mortem, & per conſequens in articulo mortis, quia aliter conſtituit ſe in certiſsimo periculo tranſgrediendi hoc præceptum.



tandum ſcandalum. Si tamen eſt celebraturus aut in articulo mortis, tenetur ſicut omnes alij fideles ratione præcepti diuini. Excuſatur à prę cepto confeſsionis in omni euentu, qui non habet ſacerdotem ſui idiomatis, nec poteſt illum inuenire. Quia, licet confeſsio per interpretem ſit ſacramentalis 6 (quod videtur inſinuare Concilium, quando dicit, quòd non eſt de eſſentia ſacramentalis confeſsionis, vt ſit aliquo modo ſecreta:) non tamen tenetur ipſe ad ſic confitendum, vt patet ex eodem Concilio, vbi diffinitur, quòd Chriſtus inſtituit ſecretam cōfeſsionem, quanuis non prohibuit, vt aliquis poſsit publicè confiteri: aliter enim iugū Chriſti non eſſet ſuaue, ſiquidem obligaret hominem ad detegenda peccata, ita enim vt poſſent poſtea in publico probari 7. Et eadem ratione nullus tenetur confiteri per epiſtolam, aut internūtium: maximè quia huiuſmodi cōfeſsio non eſt ſacramentalis. Quia vt inquit Auguſt. in cap. quē pertinet. de pœnit. diſt. 1.) corpo-

6 Vt affirmat Ricar. diſt. 17. quarti. artic. 2. quæſt. 4. ad quintū. & D. Tho. eadem diſtin. prout inſinuat Conc. Tridentin. Seſsion. 14. cap. 5.

7 Siquidem ſacerdos & interpres poſſent eum accuſare & teſtificari contra ipſum in publico iudicio.

corporalis præſentia eſt neceſſaria tẽpore abſolutionis tenetur enim ſacerdos experiri tempore abſolutionis ſigna cõtritionis in pœnitẽte, & ipſum habere tunc vſum rationis: quod nõ poteſt dari, quãdo confeſsio eſt per epiſtolã, aut internũtium [8]. Bene tamen cõceditur, poſſe aliquẽ peccata ſua in præſentia ſacerdotis per ſcriptũ, porrigendo omnia peccata ſcripta, dicendo: Cõfiteor omnia ibi cõtenta: ſiquidem cõfeſsio vocalis nõ eſt de eſſentia ſacramẽti [9]. Poteſt aliquis cõfiteri peccata ſua per ſigna, ſicut facit mutus, ſeu infirmus qui loqui nõ poteſt [10]. Similiter non tenetur ad prçceptũ confeſsionis, qui ſolũ habet venialia, cũ venialia non neceſſario debeant remitti per hoc ſacramentum [11]: poſſunt enim remitti per ſacramentalia in hac vita vel in purgatorio (etiam quantum ad cul-

pam

8 Hæc ſententia eſt Caietan. & Scoti diſt. 12. quæſt. 1. ad argum. in quarto.

9 Vt aſſerit Caiet. in ſumma, verbo Confeſsio.

10 Quanuis contrariũ ſuſtineat D. Tho. in. 4. diſt. 17. & Ricar. eadem diſtin. art. 2. quæſt. 4. ad quartum.

11 Vt inquit Scotus diſt. 17. quarti. quæſt. 1. artic. 4. ad quartum. quem ſequitur Adrian. q. 4. de confeſsione ad argumenta, & Gab. ead. diſtin. quæſt. 1. contra Alex. Alenſem. 4. par. quæſt. 77. & D. Bonauent. diſt. 17. par. 2. artic. 2. quæſt. 1. & Ricar. ead. diſtin. artic. 2. ad primum.



pam) per tolerationem pœnæ. Peccatum ſemel confeſſum poſt acceptam abſolutionem non eſt amplius confitẽdum ratione alicuius præcepti, quia Deus non punit bis in idipſum [12].

12 Hoc intellige de pœnitẽtia actuali prout eſt actus poſitiuus: quia loquendo de pœnitentia prout eſt actus negatiuus tenetur homo pœnitere de peccato commiſſo, vſque ad finem vitæ, ſcilicet, ad non complacendum de peccato iam dimiſſo, quia per talem cõplacentiam nouum committitur peccatum, & ſimiliter tenetur ſemper pœnitere quantum ad habitum, hoc eſt, habere actuale ſeu virtuale propoſitum non amplius peccandi. Ita intelligitur Auguſt. quando dicit, Dolor in pœnitentia continuè cuſtodiatur. Et Eccleſiaſt. 5. De propitiato peccato: noli eſſe ſine metu.

## De iteratione & effectu huius ſacramenti. Cap. II.

HOC ſacramentum eſt iterabile, iuxta reſpõſum quod dedit Chriſtus R. N. Petro dicenti Matth. 18. Quoties peccabit in me frater meus: & dimittam ei? vſque ſepties? cui Chriſtus: Non dico tibi, ſepties, ſed, ſeptuagies ſepties. Eſt enim inſtitutum hoc ſacramentum in remedium contra peccata commiſſa poſt baptiſ-

baptiſmum (qua ratione dicitur ſecunda tabula poſt naufragium.) Et cum multiplicentur, & reiterentur quotidie peccata: debet reiterari ſacramẽtum [13]. Ex quo ſequitur, non dari aliquod peccatum irremiſsibile virtute huius ſacramenti, licet dentur aliqua peccata quæ nunquã remittentur, vt ſunt peccata in Spiritum ſanctum, videlicet, ex malitia tribuere opera facta virtute Dei operationi dæmonis [14]: non defectu ſacramenti pœnitẽtiæ, ſed quia huiuſmodi peccatores, vſque adeo erunt obſtinati, vt non curent bonis operibus moralibus impetrare à Deo auxi-

13 Poteſt aliquis voluntariè iterare confeſsionem validam, & hoc non eſſet abſque fructu vt affirmat Ricar. d. 18. ar. 2. q. 2. & Scot. d. 19. in ſolutione ad 1. quanuis alij vt refert Gabr. diſt. 18. quæſt. 1. dubio vltimo, dicant oppoſitum. Datur enim materia ſufficiẽs, ſcilicet, confeſsio peccatorum cum dolore: quæ non debet eſſe ſemper neceſſaria ſed voluntaria, & datur ſimiliter forma, & per conſequens ſacramẽtum tenet ad gratiæ conſequutionem, & ad remiſsionem pœnæ: quatenus eſt opus ſatisfactorium, & applicatur nobis paſsio Chriſti.

14 Prout colligitur Matth. 12. vbi poſtquam Chriſtus R. N. efficaciſsimis argumentis probauit contra malitiam Iudæorum non eieciſſe dæmonium in virtute Beelzebub ſed potius in virtute diuina, ſtatim dixit. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque

in hoc



lium ſpeciale ad digne pœnitendum [15]. Non tamen poteſt de lege ordinaria [16] remitti peccatum mortale cõmiſſum poſt baptiſmũ abſque iſto ſacramento in re, vel in voto, videlicet, abſq; actuali confeſsione, vel per contritionem cum propoſito actuali, ſeu virtuali confitendi tempore debito. Et loco contritionis ſufficit aliquãdo actus

in hoc ſeculo neq; in futuro: quibꝰ verbis inſinuauit grauitatem peccati Iudæorum.

15 Abſolutè negandum eſt dari aliquod peccatum irremiſsibile per pœnitentiam, bene tamen concedendum eſt dari aliquod peccatum quod nunquã remittetur. Huiuſmodi eſt peccatum vltimum alicuius præſciti iuxta ſententiam Ioan. 1. cap. 5. & peccatum in Spiritum ſanctum, quia nunquam pœnitent pœnitentia perfecta de tali peccato: quanuis poſsint pœnitere. Deus enim paratus eſt ad præſtandum eis auxilium neceſſarium ad pœnitendum: ſi ipſi facerent quod in ipſis eſt.

16 Dicente Chriſto Lucæ. 13. Niſi pœnitentiam egeritis: omnes ſimul peribitis. De potentia tamen Dei abſoluta poſsibile eſt remitti peccatum per ſolam inchoationem nouæ vitæ: vt inquit Ricard. diſtinct. 15. quarti. quæſtione. 7. artic. 1. quem ſequitur Adrianus quodlib. 7. quæſtione. 9. & Caietan. 3. par. quæſtione. 83. contra D. Thom. 3. par. quæſt. 86. artic. 2. Quia ſi iuſtificatur peccator per conuerſionem in Deum, & per auerſionem ab amore creaturarum (ſcilicet nollem peccaſſe) vt dicitur in Concil. Triden. Seſsio. 6. cap. 14. cum ſint duo actus diſtincti, poteſt abſque implicatione contradictionis obligare hominem ad primum actum & non ad ſecundum.

dilectionis Dei ſuper omnia [17], aut martyriũ [18]: maximè ſi intenſio amoris ſiue doloris in martyrio impediat, quominus recordetur peccatorum: vt illorum actu pœniteat. Eſt enim dilectio, ſiue martyrium, virtualis pœnitentia [19]. Ex lege ſimiliter ordinaria, non poteſt vnũ peccatum remitti à Deo ſine alio:(nam impium eſt, à Deo

17 De actu dilectionis conſtat Lucæ. 7. in illa nobili peccatrice cui dixit Chriſtus dimiſſa ſũt ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Et Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. Inſuper Matthæ. 19. inquit Chriſtus. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Et Paul. ad Roman. 13. dicit: Plenitudo legis eſt dilectio. Ex quo ſequitur diligentem Deũ ſuper omnia, adimplere omnia præcepta diuina: quod ſufficit ad vitam æternam conſequendam.

18. De actu martyrij etiam conſtat Matth. 10. & Lucæ 12. Omnis qui confitebitur me coram hominibus: confitebor & ego eum coram Patre meo. Ita diffinitur in cap. cum marthe. de celeb. miſſ. vbi inquit Innocentius: iniuriam facit martyri qui orat pro martyre.

19. Quando peccator actu recordatur peccatorum, aut ex præcepto tenetur pœnitere, non ſufficit virtualis pœnitentia, ſcilicet, dilectio Dei ſuper omnia, ſiue martyriũ, quia in primo caſu impoſsibile eſt, ipſum diligere Deũ ſuper omnia, abſq; actuali dolore peccatorũ, quorum recordatur. Et in ſecundo caſu, cum pœnitentia actualis obliget, tenetur recogitare peccata vt illorum pœniteat: cum non excuſetur ab actuali pœnitentia per obliuionem culpabilem. Verum tamen eſt, quòd ſi martyr propter grauiſsimum dolorem in martyrio, non poteſt recogitare peccata, aut illorum

pœni-



expectare dimidiam veniã) & ita pœnitens non poteſt perfectam habere pœnitentiam de vno peccato, quin doleat de omnibus ſimul. Quia dolor perfectus de vno peccato eſt incompoſsibilis cum cõplacentia alterius. Et propter eandem rationem, ex lege ordinaria nõ poteſt Deus remittere peccatum abſque gratiæ infuſione: ſiquidem per gratiam acceptatur homo ad vitam æternam, qua erat priuatus propter peccatum, & conſtituitur Dei amicus: cum antea eſſet Deo inimicus, & exoſus. Et non ſolum per pœnitentiã reſurgit peccator ad gratiã amiſſam,

pœnitere, vel, quanuis recordetur non pœnitet de illo, nõ præ negligentia ſed præ amore martyrij, exiſtimãs martyriũ ſufficere abſque pœnitentia, quod ſaluabitur. Ita tenet Magiſter Vega ſuper Conci. Triden. cap. 36. iuxta ſentẽtiam Auguſt. lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus. cap. 7. dicentis. In martyrio omnia ſacramenta complentur & peccata non tantùm dimittuntur, ſed etiã extinguntur. Contraria opinio eſt cõmunis quam ſequitur Magiſter Soto in. 4. diſt. 15. quæſt. 1. artic. 2. vbi dicit, quòd ſi martyr habet tempus pœnitendi ad hoc tenetur, niſi impediatur afflictione martyrij. Idem ſentit Scot. diſt. 14. quæſt. 1. art. vltimo. Sola oratio vocalis (ſcilicet, dicendo, miſerere mei Deus) non ſufficit ad remiſsioné peccatorum, etiam tempore mortis, ſi paulò ante mortem habuit locum deteſtandi peccata & noluit, quia pœnitentia eſt ſub præcepto. Qui verò præ nimia anguſtia mortis, nequit re-

 cordari

ſed ad omnes alias virtutes infuſas amiſſas: & ſimiliter reuiuiſcunt omnia merita mortificata propter peccatum, iuxta illud Ioel. 1. Conuertimini ad me, & ego reddam vobis omnes fructus quos comedit locuſta & bruchus [20]. Et nõ ſolum per hoc ſacramentum remittuntur peccata mortalia, ſed etiam venialia, quorũ tempore contritionis, vel cõfeſſionis non habet complacentiam: quod conſtat à maiori ad minus. Si vero habet complacentiam alicuius venialis peccati, quanuis remittatur mortale per contritionem, aut confeſſionem: ma-

cordari peccatorũ, aut illorum pœnitere: conſequetur veniam, ſi ex toto corde petat miſericordiam. Hoc affirmat Adrianus & Vega, & probatur exemplo Publicani Luc. 18. qui per orationem fuit iuſtificatus: dicebat enim: Deus propitius eſto mihi peccatori, & ſimiliter latro in ✠ dixit, Domine, meméto mei: & ſtatim audiuit, hodie mecum eris in paradiſo. Matth. 26. maximè quia Chriſtus R. N. Matth. 7. dixit, Petite & accipietis. Vnde Chryſoſt. Omnis qui petit accipit, ſiue ſit iuſtificatus ſiue peccator. Et Matth. 8. Serue nequam, nonne omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me? &c.

20 Et Ezech. 33. Si peccator egerit pœnitentiam impietas impij non nocebit ei. Quæ omnia non poſſent verificari, niſi opera meritoria reuiuiſcerent, maximè quia ante peccatum fuerunt meritoria vitæ æternæ: & ſicut nullum malum erit impunitum, ita nec bonum irremuneratum. Ex quo ſequitur, hominem virtute pœnitentiæ reſurgere ad

maio-



net tamen veniale indimiſſum. Quia nullum peccatũ veniale dimittitur abſque actuali ſeu virtuali pœnitentia, cum ſit auerſio ſecundùm quid, quæ nõ tollitur niſi per conuerſionem. Et, licet mortale poſſit remitti abſque veniali (cum veniale ſit cõpoſſibile cum gratia:) non tamen de lege poteſt remitti veniale abſque mortal: quãdo vtrunque ineſt. Quia peccatum veniale eſt actus offenſiuus Dei, qui tolli non poteſt niſi per ſuum actum cõtrarium, ſcilicet, per actum amicitiæ: quem non poteſt habere exiſtens in mortali [21]. Hæc autem peccata venialia, licet ſit

maiorem gloriam, quia dabitur ei gloria correſpondens meritis reuiuiſcentibus, & inſuper additur ille gradus gloriæ qui correſpondet contritioni ſeu gratiæ quę datur in ſacramento. Et ſimiliter reſurgit ad maiorem gratiã in genere gratiæ quia eſt acceptus ad maiorẽ gloriam, non tamen in genere qualitatis vſque ad inſtans mortis: vt affirmat D. Tho. & Scot. diſtin. 21. quæſt. 1.

21 Et eadem ratione exiſtentes in inferno cum conſcientia aliquorum venialium quorum nondum pœnituerunt, punietur æternaliter pro illis. Sũt enim defectu actus amicitiæ Dei (quem non poſſunt habere exiſtentes in inferno) huiuſmodi peccata irremiſſibilia: nam quo ad durationem pœnæ nullum eſt diſcrimen inter mortale & veniale. Quia quanuis peccato veniali debeatur pœna temporalis ſi deſcenderet in purgatorium aliquis cum peccato veniali, in inferno verò punietur æternaliter pro illis ex defectu

 ſolu-

materia ſufficiens huius ſacramenti, non tamen ſunt materia neceſſaria: quia non ſunt neceſſario confitenda (vt dictum eſt) poſſunt enim remitti per Eccleſiæ ſacramentalia, ſcilicet, per aquam benedictam, benedictionem Epiſcopalem, orationem Dominicam, confeſsionem generalem, & per eleemoſynam. Omnia iſta ſacramentalia cõtinentur hoc verſu. *Orans, tinctus, edens, confeſſus, dans, benedicens.* In oratione Dominica virtute illorum verborum, dimitte nobis debita noſtra: quia eſt pœnitentia virtualis. Similiter dicẽdum eſt de confeſsione generali, & de eleemoſyna, vt dicitur in cap. medicina. de pœnit. diſtin. 1. quia eſt actus dilectionis. De aqua benedicta cõſtat ex cap. aqua. de conſec. diſt. 3. De benedictione Epiſcopali habetur ex conſue-

ſolutionis. Hoc inſinuauit Chriſtus R. N. Matth. 22. Mittite eum in tenebras exteriores donec ſoluat vſque ad nouiſsimum quadrãtem, ſcilicet, vſque ad veniale. In purgatorio enim ſi remittitur quo ad culpam eſt, vel quia exiſtentes in purgatorio habent diſplicentiam illorũ, quæ diſplicentia quanuis non valet quo ad meritum, ſufficit quo ad ſatisfactionem pro culpa: vt inquit Duran. diſt. 21. quæſt. 1. quia eſt actus amicitiæ, vel ſecundum Scot. diſtin. 15. quæſt 2. artic. 2. dub. 1. quia patienter ſuſtinent pœnã, vel per actũ charitatis quem habent interdum dum cruciantur.



cõſuetudine Eccleſiæ. Debẽt tamẽ habere recipiẽtes ſacramẽtalia tempore receptionis intentionẽ actualem recipiendi illud ſacramentale in remediũ contra peccata venialia, quia propria, & actuali volitione fuerunt cõmiſſa. Cũ ſola hac intentione per propria ſacramentalia (qualia ſunt aqua benedicta, & benedictio Epi) cõſequitur remiſsio peccatorum venialium etiã quo ad culpam, ſola habita ratione ad paſsionem Chriſti, & ex inſtitutione Eccleſiæ, cuius poteſtas ad hæc inſtituenda extenditur: non tamen per ſacramentalia cõſequitur gratia, cũ propter peccata nõ fuerit amiſſa: & eccleſia non poſſet tale ſignũ inſtituere 22.

22 Quando peccata venialia nó remittuntur per ſacramentalia, ad eorum remiſsionem neceſſaria eſt pœnitentia actualis ſeu virtualis: & per pœnitentiam virtualem intellige actum meritorium ſeu dilectionis Dei incompatibilem cum peccato veniali. Si enim actus opponitur omni peccato veniali, omnia remittuntur, veluti ſi aliquis haberet hunc actum, vellem in omnibus placuiſſe Deo. Si vero actus non opponitur omni peccato, ſed alicui tantũ, illud ſolum remittitur cui opponitur, veluti ſi aliquis habeat propoſitũ obediendi prælato, in omnibus propter Deũ (quod eſt actus dilectionis Dei) conſequetur remiſsionem peccatorum venialium inobedientiæ, non tamen mentiendi, quia cum huiuſmodi peccato, eſt compoſsibilis talis actus.

# De contritione ſiue dolore requiſito ad hoc ſacramentum conficiendum. Cap. III.

DE eſſentia huius ſacramenti eſt dolor: ſiquidem confeſsio eſt nullius momenti, & materia inſufficiens, niſi ſit cum debito dolore. Qui dolor communiter diffinitur, quòd eſt commiſſa peccata plangere:& plangenda iterum non committere. Et talis dolor dicitur pœnitentia, quatenus eſt virtus: non tamen quatenus eſt ſacramentum. Et non intelligas per dolorem, ſeu planctum, triſtitiam illam, quæ oritur ex conſideratione peccatorum (quia hæc, cum ſit paſsio, & ſubiectetur in potentia ſenſitiua, non eſt in noſtra poteſtate) ſed per dolorem intellige nolitionem peccatorum, ſcilicet, habere hunc actum, nollem peccaſſe. Ex quo ſequitur, quòd ſi poſita nolitione peccatorum cum omnibus debitis circunſtantijs, non oriatur dolor, hoc eſt, anxietas cordis, propter duritiam complexionis, ſeu propter lætitiam aliunde prouenientem (vt in Beatis) erit nihilominus perfectus dolor ipſa nolitio, ſeu diſplicentia peccatorum. Et huiuſmodi dolor diuiditur in dolorem perfectum, & imperfectum. Dolor perfectus idem eſt, quòd contritio, & imperfectus idem eſt quod attritio: quæ nomina ſunt metaphorica, quia conterere idem eſt quod aliquod corpus in puluerem redigere. Atterere vero eſt idem corpus in partes groſsiores frangere. Et, cum homo obſtinatus in peccato, dicatur habere cor lapideum: hinc eſt, quòd quando perfectè pœnitet homo, dicitur contritus inſtar lapidis perfectè fracti. Quando verò imperfectè peccator pœnitet, dicitur attritus. Et tunc dicitur perfectè pœnitere, quando pœnitentia eſt tantæ efficaciæ, vt aſſequatur veniam peccatorum: ſin minus erit imperfecta.



Contritio ergo ſic diffinitur: eſt actualis nolitio peccatorum præteritorum, non abſoluta ſed conditionalis, ſcilicet, nollem peccaſſe, ſi eſſet poſsibile) quia Deus eſt offenſus, cũ ſpe veniæ, & propoſito actuali cauẽdi peccata omnia in futurũ, & vitandi omnes occaſiones, & ſeruã-

di omnia præcepta diuina & Eccleſiaſtica. Eſt enim contritio actus amicitiæ, & recõciliationis, & per conſequens erit actus nolitionis, & deteſtantis peccatum non abſolutè (quia ad præteritum non eſt potentia) ſed conditionaliter. Ex quo etiam colligitur, quòd huiuſmodi nolitio ſit propter Deum: cum contritio ſufficiens ad remiſsionem peccatorum debeat oriri ex dilectione, vt diffinitur in Cõcil. Trid. Seſs. 6. cap. 6. 23. Dolor enim qui oritur ex ſolo amore virtutis, ſcilicet, amiſsionis gloriæ, & timore ge-

23 Sub iſtis verbis peccatores incipiunt diligere Deũ omnis iuſtitiæ fontem, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odium aliquod & deteſtationem. Vnde Zachar. cap. 1. Conuertimini ad me: & ego conuertar. & 1. Ioã. 3. Qui non diligit manet in morte. & Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniã dilexit multum. Et quanuis cõtritio non ſolũ oriatur ex dilectione (vt diffinitur in Cõcil. Trid.) ſed etiam ex timore gehennæ ait enim Conciliũ: Peccator adiutus fide, & concuſſus timore, erectus ſpe gloriæ, incipit diligere Deum: & propterea mouetur in deteſtationem peccati. Et Matth. 7. ait Chriſtus. Eum timete qui poteſt corpus & animam perdere. Et in Pſalm. Beatus vir qui timet Dominum. Non tamen ſic erit ſufficiens ſecluſa dilectione Dei abſque ſacramento. Non enim ſufficit ad remiſsionem peccatorum dolor qui oritur ex ſolo amore virtutis, vel ex ſola amiſsione gloriæ, & timore gehennæ aut pœnæ temporalis: quia vt inquit Auguſt. 14. de Ciui. Dei. huiuſmodi dolor oritur ex amore proprio,

qui



hennæ aut pœnæ temporalis, non eſt ſufficiens ad remiſsionem peccatorum, quæ oritur ex amore proprio, quę iuxta ſententiam D. Auguſt. ædificat ciuitatem Babylonis. Et, licet dolor ſit propter Deum, ſi deficiat ſpes veniæ, nullius virtutis, ſeu efficaciæ eſt: vt patet de pœnitentia Iudæ 24. Nec hoc ſufficit abſq; actuali, ſeu virtuali propoſito cauendi in poſterum peccata, & ſeruandi præcepta diuina: vt conſtat ex Concil. Florent. & Triden. 25. Excuſabitur tamen ab actuali propoſito, & ſufficiet virtuale, quan-

qui ædificat ciuitatem Babylonis, vt conſtat de pœnitentia Saulis & Antiochi. Omnes enim iſti pœnitebant tantum propter damnum temporale.

24 Iudas quãuis pœnituit propter Deum (vt conſtat Matt. 27. dixit enim Peccaui tradens ſanguinẽ iuſti) qa abiẽs laqueo ſe ſuſpendit damnatus eſt. Idem dicẽdum eſt de pœnitentia Cain, qui dixit: Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear. Similis eſt pœnitentia damnatorũ Sap. 5. Stabunt iuſti, &c. pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Vnde Eccle. 2. Metuentes Dñm ſuſtinete miſericordiam eius, & ne defleatis ab ira illius ne cadatis.

25 Et ante Concilium nullus fuit locus opinionibus. Nefas enim erat de hoc dubitare. Vnde Ambr. vt refert Magiſter diſt. 14. & 17. quarti. pœnitentia eſt peccata cõmiſſa plangere, & plangenda iterum non committere, hoc eſt, habere propoſitum iterum non committendi huiuſmodi peccata, nec alia. Pœnitentia enim nõ ſolum eſt actus iuſtitiæ quo homo plectitur propter peccata cõmiſſa, ſed etiã actus

recon-

do aliquis præ nimio dolore non recordatur, quando pœnitet, vitæ futuræ: ita quòd ſi recordaretur, illud haberet actuale: & hoc dicitur virtuale 26. Et eadem erit ratio de illo, qui tempore mortis tantùm dolet de peccatis præteritis, non tamen curat præcauere in futurum, quia intelligit ſe finire vitam: vt patet de bono latrone crucifixo cũ Chriſto. Nec tenetur habere: ſi eſſem ſuperſtes, cauerem mihi 27. Ad hanc cõtritionem habendam non requiritur recogitatio peccatorum; ſi non ſunt tunc ſimul cõfitenda 28.

reconciliationis: & de ratione reconciliationis in priſtinã amicitiam eſt propoſitum nunquam in poſterum lædendi amicum.

26 Hoc patet, 2. Reg. 12. cap. in pœnitentia Dauid, qui obiurgatus à Nathan dixit, Peccaui. Cui Nathan ſtatim reſpondit: Tranſtulit Deus peccatum à te. Quem locum referens D. Auguſt. ait. Vide quantum valent tres ſyllabæ. Nondum propoſuerat futura mala cauere: & iam ſufficiẽtem egerat pœnitentiam.

27 Nec requiritur actuale propoſitum confitendi in omni euentu (vt eſt communis opinio) quamuis Magiſt. Soto diſt. 17. quarti. contrarium affirmet: ſiquidem de ratione contritionis cum ſit actus interior, non eſt exterior confeſsio. Quia ſicut ad iuſtitiam ſufficit propoſitum virtuale recipiendi baptiſmum, ſi pœnitens ignoret inuincibiliter fidem Chriſti (vt patet de Cornelio) pari modo de confeſsione concedendum erit: quia vtrunque eſt de neceſsitate ſalutis.

28 Vt optime docet Caietan. 3. par. quæſt. 78. artic. 1. &

eiuſdem



Nã aliter non in quacunque hora poterit peccator pœnitere, & ſaluari, maxime quia ſingulis peccatis non debent correſpõdere ſingulæ contritiones, ſed ſufficit vna generalis contritio cadens ſuper omnia peccata cõmiſſa, quæcunque illa ſint 29. Neceſſariũ tamen eſt ad hãc cõtritionem habendã, peccatorem præcognoſcere, ſe eſſe peccatorẽ, & offendiſſe Deũ. Quia omnis actus elicitus à voluntate volitionis, aut nolitionis præſupponit prẹcognitionem bonitatis Rei amandæ, aut malitiam rei deteſtandæ. (Nihil enim volitũ, quin præcognitum.) Et ad hãc præcognitionem nõ eſt neceſſaria actualis recordatio alicuius peccati particularis: ſed ſufficit confuſè cognoſcere aliqua peccata perpetraſſe 30. Attritio verò

eiuſdem opinionis videtur eſſe Scotus diſt. 15. quarti. q. 1. artic. 4. Contrariam ſententiam defendunt Alexã. Alenſ. 4. par. quæſt. 64. mẽbro. 8. & D. Thom. vbi ſupra. & Ricar. diſt. 16. quarti. art. 4. quæſt. 2. & Durã. diſt. 17. q. 2. quos ſequuntur omnes moderni, ſcilicet, Medina, Cano, & Soto.

29 Quia cũ vna remittat omnia peccata (non enim poteſt remitti vnum peccatum ſine alio) reliquæ ſuperfluerent.

30 In quo ſenſu eſt vera opinio prædictorum Doctorũ, ſcilicet, Alex. Alenſ. &c. Et quando dicitur Iſai. 38. Recogitabo tibi annos meos in amaritudine animæ meæ, eſt intelligẽdus de perfectiſsima contritione peccatorum, & de conſilio, quando

enim

non diſtinguitur à contritione, niſi ex principio ſupernaturali, quia non eſt propter Deum: ſed propter aliquod damnum temporale. Et quanuis procedat ex amore Dei, ſi eſt amor concupiſcentiæ, veluti ex amiſsione gloriæ (ſcilicet, quia exulat à viſione, & conſortio beatorum) erit attritio. Et ſimiliter erit attritio quantum ad finem præcipientis, & effectus, quanuis ſit contritio quantum ad ſubſtantiã actus, hoc eſt, licet oriatur ex amore amicitiæ, ſcilicet, propter Deum offenſum, ſi Deus voluntate efficaci non vult, tali actu ipſum perfectò pœnitere. Nam actus contritionis, vt ſit ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, debet

enim aliquis vult grauiter dolere: tūc excitat memoriam ſuorum delictorū, non tamen loquitur de contritione ſufficienti quæ ſola eſt ſub præcepto. Et eodem modo intelligitur Ezech. 18. cap. Si impius fecerit iudicium non recordabor amplius iniquitatū eius, vbi iudicium accipitur pro condemnatione rei: quod facit peccator per contritionem iudicando ſe dignum quouis malo: non tamen accipitur pro examine quod nō eſt neceſſarium, quando illo ſecluſo poteſt condemnari reus. Erit tamen neceſſaria recogitatio peccatorum ad ſatisfaciendum ſeu reſtituendum, quia ſatisfactio ſeu reſtitutio rei ablatę eſt neceſſaria in re vel in voto, aliter contritio eſſet minus ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, dicente Auguſt. non remitti-

tur



procedere ab auxilio Dei ſpeciali, concomitante & efficaci [31]: aliter homo viribus naturæ poſſet diſponi ad gratiam, & aliquando eſſet certus ſuæ gratiæ: cum ſit certus, ſe habere dolorem propter Deum. Colligitur ergo quòd attritio eſt dolor propter aliquod damnum temporale, ſeu propter Deum, quando non oritur ex auxilio concomitanti Dei [32]: & hoc cum ſpe veniæ, & firmiſſimo propoſito cauendi in futurum: quia quantum ad has vltimas conditiones: non diſtinguitur à contritione. Et iſte dolor ſufficit ad remiſſionem peccatorum cum ſacramento in re. In quo ſenſu conceditur: quod attritus ſit contritus. Non quòd attritio mutetur in cōtritionem (quia hoc eſt impoſſibile cum ſint duo

tur peccatum: niſi reſtituatur ablatū.

31 Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſſio. 6. can. 3. ſub iſtis verbis. Si quis dixerit ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione atque eius adiutorio, homines credere, ſperare aut diligere, ſiue pœnitere poſſe: anathema ſit. Et Thren. 5. dicitur, Conuerte nos Domine: & conuertemur.

32 Aduerte quòd licet attritio nō neceſſario debeat oriri ab auxilio Dei concomitanti & efficaci, debet tamen proficiſci ab auxilio Dei ſpeciali ſiue ab aliqua diuina motione, vel à Dei timore; taliter quòd ſit actus ex parte principij effectiui ſupernaturalis, & non merè actus naturalis: prout colligitur ex verbis

Conci-

actus contrarij:) ſed quia homo attritus tantum cum ſacramento ſimul conſequitur eundem effectum quem aſſequeretur, ſi eſſet perfectè contritus, ſcilicet, remiſsionem peccatorum. Quando ergo dicitur, quòd pœnitentia eſt neceſſaria ad ſalutem, hoc eſt ad remiſsionem peccatorũ, intellige per pœnitentiam cõtritionem: prout ſupra eſt diffinita 33. Non enim ſufficit attritio abſque actuali ſacramento. Hæc ergo contri-

Concilij ſupra allegatis.

33 Non tamẽ intelligas ſolã inchoationem nouæ vitæ (vt falſo affirmant Lutherani) quorum fundamentum eſt, quia Luc. 13. vbi dicitur, Niſi pœnitentiam egeritis, &c. Græcè non ponitur nomen latinè ſignificans pœnitẽtiam, ſed reſipiſcentiam, quæ Græcè dicitur Metanæa. Et ſecundùm Lactantium reſipiſcere non ſignificat dolorem præteritorum: ſed inchoationem nouæ vitæ, quod Hiſpanè dicimus, Boluer en ſi. Hoc fundamentum eſt plus quàm falſum, quia ſecundùm autores Latinos illa dictio Græca, Metanæa, accipitur pro vera pœnitentia, & quamuis reciperetur pro reſipiſcentia, cum reſipiſcere ſit ad mentis ſanitatem redire, ſcilicet, deſerere malum & ſequi bonum, quod nullus poteſt facere niſi malum ſibi diſpliceat, non ſufficeret ſola inchoatio nouæ vitæ. Ita Concil. Triden. Seſsio. 14. cap. 4. Et D. Auguſt. ait. Nemo poteſt nouam vitam inchoare, quin eum pœniteat veteris vitæ. Hoc conſtat exemplo pœnitentis Dauid, Niniuitarum, filij Prodigi, & Publicani, & ex tota Sacra ſcriptura vbicunque exigitur pœnitentia. Vnde Hierem. 8. conqueritur Deus peccatorum dicens. Non eſt qui agat pœnitentiam de peccato ſuo



tio, vt ſit ſufficiens ad remiſſionem peccatorum quantũ ad culpam, nõ debet eſſe maxima quantùm ad intenſionem 34: ſed potius quantùm ad appretiationem, ad hunc ſenſum, quòd homo tempore pœnitentiæ potius eligat quoduis malum corporis, fortunæ aut honoris, quàm offendiſſe Deũ, ita quòd odio habeat peccatum plus quàm omnia odibilia. Nam aliter non eſſet actus charitatis, & dilectionis Dei perfectè & ſuper omnia. Ad remiſsionem verò peccatorum quantum ad culpam, & pœnam, requiritur intenſior contritio pro qualitate, & quantitate peccatorũ. Quia, quanto intenſior, tanto magis ſatisfactoria. Talis fuit cõtritio B. Mariæ Magdalenæ, & boni latronis, & Publicani 35.

ſuo dicens, quid feci? &c.

34 Ita quòd cauſet maximam triſtitiam vt affirmat Adria. q. 1. de pœnit. art. 2. quodlib. 5. artic. 3. & Nauarro in ſua ſumma, neque ſecundum certam extenſionem, quando contritio eſt de pluribus peccatis in generali, vt aliquid eius ſufficiat pro quocunque peccato, vt affirmat Scot. diſt. 15. quæſt. 1. art. 4. ſed ſufficit minima ſecundum intenſionem, vt tenet communis opinio, & præcipuè Ricar. diſt. 17. q. 5. Ait enim Chryſ. & refertur in c. talis. de pœnit. diſt. 5. Quantulacunque & quolibet breui tẽpore geſtam pœnitentiam Deus ſuſcipit: nec patitur exiguæ conuerſionis perire mercedem.

35 In quo ſenſu



intelli-

Contritio ergo eſt neceſſaria neceſſitate præcepti iuxta verba Chriſti R. N. dicentis: Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis [36]. Lucæ. 13. Primò, tempore, quo imminet periculum mortis naturalis, aut violentæ: ſiquidem hoc præceptum obligat ante mortem. Et, qui non pœnitet cognito periculo, cõſtituit ſe in periculo illud nõ adimplendi. Secundò obligat, quando eſt recepturus aliquod ſacramentum, ſi eſt cõſcius alicuius peccati mortalis commiſſi nondum dimiſſi: quia indignè accedens ad ſacramentum, committit grandem irreuerentiam. Dictum eſt enim: Nolite ſanctũ dare canibus. Si ergo miniſtris prohibetur, indignis dare ſacramenta: ſequitur, quòd ipſi peccant recipientes, po-

nunt



nunt enim obicem gratiæ recipiendæ, ſeu dandæ per ſacramentum. Tertiò obligat contritio tempore, quo eſt aliquis adminiſtraturus ſacramentum aliquod [37]. Abutitur enim gratia recepta ad digne miniſtranda ſacramenta, qui adminiſtrat cum conſcientia peccati mortalis. Miniſtraturus aliquod ſacramentale, vt Subdiaconus, & Diaconus, non peccat quanuis in mortali exerceat ſuum miniſterium: non enim exercet aliquem actũ in quo detur gratia ex opere operato ſibi aut alteri. Præceptum pœnitentiæ non obligat diebus feſtiuis: quanuis contrarium doceat S. Tho. [38].

intelligẽdus eſt Scotus quando dicit, quòd contritio debet extẽdi iuxta numerum & qualitatẽ peccatorum. Contritio intenſior & extenſior ex natura ſua eſt laudabilior, erit tamen vitioſa quando ex nimia intẽſione ſeu triſtitia timetur mors aut ægritudo corporalis. Ita Paul. ad Roman. 12. Obſecro fratres vt rationabile ſit obſequium veſtrum.

36 Præcipitur enim verbis comminatorijs ſicut baptiſmus, maximè quia nullus damnatur niſi ꝑpter mortale, & propter ſolã impœnitentiã damnabitur homo, veluti ſi tempore mortis non pœniteat peccator peccati commiſſi, & iam dimiſſi virtute pœnitentiæ virtualis, ſcilicet, per actum dilectionis Dei ſuper omnia.

37 Vt affirmat Scot. diſt. 5. quæſt. 2. & D. Tho. 3. par. quæſt. 64. art. 6. Sumitur argumentum à minori ad maius, ex Leuit. 22. capit. vbi dicitur, Omnis qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt & obtulerint filij Iſrael Dño in quo eſt immunditia: peribit coram Domino.

38 D. Tho. 2.2. quæſt. 122. art. vbi ait, quod magis agit contra præceptum qui peccat in die Sabbathi, quàm qui aliud opus corporale facit. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Scot. d. 27. quarti. quæſt. 3. quia Exod. 20. vbi præcipitur ſanctificatio Sabbathi (ſecundùm ſenſum literalem) tantum præcipitur requies ab operibus ſeruilibus corporalibus, non tamen à peccatis. Non obligat præceptum pœnitentiæ niſi in prædictis tribus temporibus ex iure diuino, quanuis pœnitentia ſit neceſſaria ſtatim poſt peccatum commiſſum ex parte finis, vel

quantum ad contrarium actum de non complacendo in peccatis (ſi enim complacuerit committet nouum peccatũ) quia hoc præceptum affirmatiuum, age pœnitentiam, includit hoc negatiuum, non complaceas in peccato, obligans ſemper & pro ſemper: non ſolum quantum ad præparationem animi, vt præceptum affirmatiuum (verbi gratia, Sabbatha ſanctifices) ſed etiam quantum ad actum vt nullo tempore committamus furtum: non tamen ſtatim poſt peccatum commiſſum eſt neceſſaria pœnitentia ex vi præcepti, cum ſit præceptum affirmatiuum obligans quantũ ad exercitium tempore determinato, & ſemper quantum ad præparationem animi, vt ſemper ſimus parati ſuo tempore illud adimplere. Poſt ſemel actam pœnitentiam non tenetur homo (vt affirmat Caiet. in tractatu de contritione) pœnitere. Deus enim non punit bis in idipſum, Nahum. 1. quanuis D. Tho. 3. par. q. 84. art. 8. & 9. & Scot. diſt. 45. q. 3. ad vltimum, affirment quòd homo tenetur pœnitere peccatorum, quoties illorum recordatur, vt ſunt offenſa Dei, quando eſt dubius pœnituit necne: quia tunc ageret contra conſcientiam. Nec tenemur pœnitere de peccatis alienis, quanuis teneamur non complacere, quatenus ſunt offenſa Dei.

## De peccatis confitendis, eorumq; numero, & ſpecie. Cap. IIII.

De ratione ſacramenti pœnitentiæ, non ſolùm eſt pœnitentia, aut confeſsio interior, quæ Deo fieri poteſt, ſed exterior, non generalis (veluti ſi aliquis confiteatur peccata ſua percutiendo pectus ſuum) ſed ſpecialis. Quia materia huius ſacramenti eſt confeſsio ſpecialis peccatorum; ſiquidem eſt iudicium: & niſi aliquod peccatum particulare exprimatur: non poteſt iudicare Sacerdos per ſolam confeſsionem generalem aut conditionalem. Sicuti neque in foro exteriori poteſt damnari aliquis, tãquam homicida, niſi probetur aliquod homicidium particulare, quanuis generaliter reus confiteatur ſe eſſe homicidam. Ex quo ſequitur, quòd ſi aliquis præ ægritudine non poteſt exprimere aliquod peccatum particulare verbo, aut ſignis, non eſt abſoluendus ſacramẽtaliter. Et in tali euentu erit optimum conſilium, quòd Sacerdos ab eo exquirat aliquod particulare peccatum, interrogando eum circa ſtatum ſuum. Quod ſi pœnitens per ſigna expreſſerit: poterit eum ſacramentaliter abſoluere. Confeſsio peccatorum venialium eſt materia ſufficiens ſacramenti pœnitentiæ, vt conſtat ex laudabili conſuetudine Eccleſiæ, & ex authoritate Leonis X. qui inter articulos lutheranos quos damnauit fuit & ille quem lutherus dicebatur in primitiua Eccleſia ſolum maniſeſte mortalia fuiſſe tractata. Sine diſtinctione enim dictum eſt ſacerdotibus: quorum remiſeritis peccata, &c. Non tam eſt neceſſaria mate-

materia vt probatum eſt. ¶ Confeſsio verò diſtincta ſecundum numerum, & qualitatem omnium mortalium peccatorum eſt ſimpliciter neceſſaria. Omnium mortalium (inquam) ſiue ſint occulta, ſiue publica, ſiue cordis, ſiue oris: ſiquidem impoſsibile eſt, hominem ex parte reconciliari Deo. Et cum Deus neminem abſoluat, niſi, quem ſacerdos abſoluit, & abſolutio ſequantur confeſsionem, ſequitur, quòd ſacerdos non poteſt intregre abſoluere niſi præcedat integra confeſsio: non enim debet iudicare incognita cauſa, ergo vt pœnitens integre abſoluatur tam à Deo, quàm à ſacerdote, debet integre confiteri peccata ſua quorum habet memoriam poſt ſufficientem examinationem. Ita diffinitur in Concil. Florent. Non enim tenetur ſimpliciter confiteri omnia peccata, etiam oblita; quia Deus neminem obligat ad impoſsibile. Dixi poſt ſufficiētem examinationem; quia ſi ex ſua culpa pœnitens nō recordetur alicuius peccati, vt illud confiteatur, confeſsio erit diminuta culpabiliter, & per conſequens nulla: ſiquidē tenetur facere, quod in ſe eſt, vt illorū recordetur, & niſi præſuppoſita examinatione, non poteſt homo commodere-



de recordari omniū peccatorū. Vnde quando aliquis accedit ad confitendū ſine examinatione conſcientiæ, non eſt abſoluendus, ſiquidem agit contra conſcientiā. Et, licet omnia peccata cōfiteatur, ſi nulla præceſſerat examinatio conſcientiæ, confeſsio eſt nulla; quia conſtituit ſe in periculo omittēdi culpabiliter aliquod peccatum. Nam iſtius negligētiæ, non accedit cōtritus, cum in ſua poteſtate ſit illā vitare & non vitat: imo complacet in illa. Et, ſi quæras, quāta requiratur præmeditatio peccatorum; reſpondeo quòd pœnitēs non tenetur facere totum, quod in ſe eſt, ad cōſeruādam memoriam peccatorū, cum nōteneatur illud ſcribere, neq; ſtatim confiteri; ſiquidē ſcribēdo peccata ponit ſe in periculo infamādi ſeipſum, & confeſsio tantū obligat ſemel in anno: tenetur tamen adhibere mediocrem diligentiā, ad reuocanda peccata in memoriā. Et mediocris diligentia vocatur, quando ſuſcepturus ſacramentū pœnitentiæ prius excitat memoriam peccatorum multipliciter diſcurrendo per mandata diuina, per loca, & tēpora, & negotia, & perſonas, cū quibus conuerſatus eſt poſt vltimā confeſsionem. Itaq; pœnitēs in reuocādis peccatis ad memoriam,

riam, tantam adhibeat diligentiam, quantam in negotio arduo ſolent homines adhibere.

Reuocatis ergo peccatis in memoriam, tenetur pœnitens ſingula ſigillatim confiteri, quando fuerint diuerſæ ſpeciei: prout colligitur ex Concil. Lateran. & Florent. vbi dicitur: confiteantur omnia peccata (hoc eſt ſingula peccata.) Qui enim celat peccatum non confitendo diſtinctè illud, fingit ſanctitatem: & per conſequens eſt fictus pœnitens 39. Peccata quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, poſſunt confiteri vnico actu, explicato numero certo, ſi poteſt recordari, vel probabili. Veluti, ſi commiſit duodecies aliquod peccatum, & non diſtinctè recordatur, poteſt dicere, decies commiſsi hoc peccatum, plus minuſve. Et, quanuis poſtea recordetur, ſe commiſiſſe duodecies, non tenetur illa duo confiteri: ſecus ſi recordatur. 14. aut 15. illa commiſiſſe. Ex quo ſequitur, quòd tenetur homo ſingulas cogitationes confiteri. Verbi gratia. Non ſufficit dicere, per menſem habui animum occidendi hominem: ſed requiritur

39 Dicit Auguſt. de vera & falſa pœnit. ca. 15. Quidam vni celat: quæ alteri manifeſtanda conſeruat, quod eſt ad hypocriſim tendere: & ſemper carere venia.



ritur exprimere quoties illud de nouo propoſuit. Hic tamen cauendum eſt, vt pœnitens nullo modo confiteatur numerum incertum peccatorum pro certo, addendo aliquid, vel ſubtrahendo: ſed ſolùm ſub numero incerto: quando non recordatur ſub certo.

Quando vero pœnitens per multum tempus perſeuerauerit in peccato, & frequentia peccati fuit tanta, vt difficillimum ſit recordari peccatorum (veluti ſi meretrix fuit per triennium in lupanari) ſufficit confiteri tempus, quo in peccato perſeuerauit dicens: Per triennium fui parata peccare quotidie, & multoties peccaui opere, cogitatione, &c. cum varijs hominibus ſolutis, coniugatis, &c. Ita tenet Caietan. quem ſequuntur omnes Canoniſtæ, quia numerus peccatorum explicatur, vt ſacerdos intelligat ſtatum pœnitentis: & iudicare eum poteſt: ſi præfato modo confiteatur.

( ? )

## De circunſtãtijs peccatorum: & quando liceat reticere aliquod peccatum ſeu circunſtantiam. Cap. V.

NON ſolum ſunt peccata confitenda, ſed etiam omnes circunſtantiæ: vt diffinitur in cap. omnis vtriuſque ſexus. Circunſtantia enim eſt accidens, quod auget, aut minuit malitiam peccati: quæ eſt ſexcuplex, & hoc verſu comprehenduntur.

*Quis, quantum, Vbi, quibus, cur, quomodo, quando.* Circunſtantia (quis) includit circunſtantiam perſonæ habentis peculiarem prohibitionem peccandi: videlicet, ſi eſt coniugata, virgo aut Monialis, aut habens votum caſtitatis: an clericus, aut religioſus, &c. Circunſtantia (quantũ) dicit quantitatem, ſcilicet, an magnum odium intenſiuè, aut extenſiuè, ſeu magnum furtum: (Vbi) eſt circunſtantia loci ſacri in furto, & in fornicatione [40]: (Quibus) ſcilicet, auxilijs, ſi per nũtium ſolicitauit puellam. (Cur) includit circunſtantiam finis prohibiti peculiari præ-

40 Vide Syluest. verbo, Confeſsio. §. 10.



præcepto: veluti ſi furetur propter fornicationem, vel ſi frangat ſilentium, vt contemnat prælatum: quia talis circunſtantia finis ex veniali faciet mortale. (Quomodo) veluti ſi modus peccandi prohibeatur peculiari præcepto. Huiuſmodi eſt occidere hominem vel proditionem, vel aſſaſinum, vel ſupergrediatur vir vxori, ita quòd impediatur generatio pluris. (Quando) explicat circunſtantiam diei ſacræ. Sunt autem circunſtantiæ confitendæ; quia finis, ſeu effectus ſacramenti pœnitentiæ, non ſolum eſt, homines reconciliari Deo, ſed etiam, vt ſacerdos, more periti medici adhibeat pœnitenti remedia, quibus cauere poſsit peccata, & vt ei imponat ſalutarem pœnitentiam: quod non poſſet facere, ſi pœnitens non confiteretur peccatorum circunſtantias. Non tamen ſunt omnes circunſtantiæ confitendæ, ſed circunſtantiæ mutantes ſpeciem peccati, aut nimis aggrauantes, vel minuentes malitiam peccati. Nam circunſtantia, quæ nec minuit nec auget malitiam peccati, non eſt neceſſario confitenda, veluti occidere hominem gladio, vel ſagitta, vel accedere ad pulchram, vel deformem; quia cum huiuſmo-

iuſmodi circunſtantiæ non ſint peccata, non eſt quare confiteri debeant. Quod non contingit in circunſtantijs mutantibus ſpeciem peccati, cuiuſmodi ſunt illæ, quæ prohibentur peculiari præcepto, vt ſacrilegium, qualis eſt circunſtantia loci ſacri in furto aut fornicatione, & circunſtantia perſonæ reſpectu fornicationis, ſeu homicidij, ſiue percuſsionis: veluti ſi accedat ad Monialem, vel ſacerdotem ſeu religioſum, vel occidat ſeu percutiat Monialem, clericum, aut religioſum. Secunda circunſtantia eſt adulterij: ſi accedat ad coniugatam. Tertia inceſtus, veluti ſi accedat ad conſanguineam, ſeu affinem intra quartum gradum: ſeu ad aliquam cognatam cognatione ſpirituali, ſiue legali. Quarta circunſtantia mutans ſpeciem eſt ſtuprum, veluti ſi accedat ad virginem. Sunt autem omnes iſtæ circunſtantiæ confitendæ, quia prohibentur peculiari præcepto, & per conſequens ſunt peculiaria peccata neceſſario confitenda. Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſsio. 14. cap. 5. Ex quo etiam infertur, neceſſario debere confiteri circunſtantiam minuentem in totum malitiam peccati, quando exprimitur factum: veluti accedere ad alienam, quã inuin-



inuincibiliter arbitrabatur ſuam: vel occidere hominem ob ſui defenſionem, vel ignorantia inuincibili, ſeu inculpabili 41: vel furari vrgente extrema neceſsitate: in omnibus enim iſtis caſibus, ſi pœnitens exprimat factum, tenetur exprimere circunſtantiam 42. Quia, qui fatetur, ſe peccare mortaliter in tali euẽtu, mentitur, & per cõſequens peccat mortaliter reticens circunſtantiam niſi ignorantia excuſetur. Similiter ſunt confitendæ omnes circunſtãtiæ nimis aggrauantes malitiam peccati: quanuis non mutent ſpeciem. Huiuſmodi ſunt odium vnius anni, vel furtũ magnum centum ducatorum: quia aliter non poſſet ſacerdos applicare pœnitenti ſalutarem pœnitentiam, & medicinam. Non enim ſufficit dicere: commiſsi furtum, aut cõmiſsi millies fornicationem, ſi has omnes fornicationes commiſsit cum vna, eademque muliere. Siquidem in huiuſmodi euentu accedit ad iſtam tanquam ad concubinam, & ei eſt præcipiendum ne cum illa habeat commercium, aut familiare collo-

41 Vt ſi iaculando ſagittam, ad beſtiam: transfixit hominem.

42 Ex quo ſequitur quòd rapiens alienum in extrema neceſsitate, ſi confiteatur factum: tenetur exprimere circunſtantiam.

re colloquium: quod non eſſet præcipiēdum, ſi ſemel aut bis eſſet fornicatus cum illa. Neque hoc poſſet facere confeſſor: niſi pœnitens teneretur confiteri huiuſmodi circunſtantiam 43. Circunſtantia verò diei feſtiui, non eſt neceſſario confitenda: ſecundùm Caiet. 44 quem ſequuntur omnes moderni. Nec pœnitens tenetur confiteri circunſtantiam propriæ perſonæ: quando confeſſor cognoſcit ſuum ſtatum, videlicet, quòd ſit monialis, coniugata, aut virgo. Quòd ſi non fuerit virgo, ſacerdote exiſtimante ipſam eſſe virginem, licet teneatur neceſſariò confiteri ſtuprum quando primò amiſit virginitatem per corruptionem corporis, ſcilicet, per copulam ſeu pollutionem voluntariā:

non

43 Si enim circunſtantia mutans ſpeciem, eſt neceſſario confitenda quia aggrauat notabiliter peccatum, ergo circunſtantia non mutans, quando ita notabiliter aggrauat ſicut mutans, vt eſt furtum mille aureorum, aut vnius patenæ argenteæ. Item, ſi quis acceſſerit ad ſororem ſeu matrem, non ſufficiet dicere commiſi inceſtum, quanuis ſint peccata eiuſdē ſpeciei, ergo nec cōmiſi furtum mortale: quando furtum eſt in magna quantitate.

44 In tractat. de confeſsione contra D.Tho. 2.2.quæſt. 122.artic.4.ad tertiū. quæ opinio falſo tribuitur Scoto diſt.27.q.1.artic.2. quia ſolùm ibi affirmat, quòd præceptū dilectionis determinatur ab eccle-



non tamen poſt amiſſam tenetur neceſſariò explicare circunſtantiam minuentem, ſcilicet non eſſe virginem. Nec ſacerdos debet hoc interrogare, cum pœnitens poſsit cedere propriæ famæ: quanuis peccaret, ſi diceret, ſe eſſe virginem. Et ideo grauiori modo deliquiſſet, quia mentiretur confitendo circunſtātiam mutantem ſpeciem quam non habet: & per conſequens confeſſio eſſet nulla.

Illa etiam circunſtantia, quæ in peccatis verbo, & opere patratis eſſet confitenda: eſt confitenda, quando peccatum ſolo mentis conſenſu committitur. Si verò pœnitens prætermittit aliquod peccatū, ſeu circunſtantiam ex ignorātia inuincibili: cōfeſsio tenet, quia nullus obligatur ad impoſsibile: & ſacerdos non tenetur ipſum pœnitentē interrogare, aut edocere, maximè, quādo videt, ſe nihil profecturū, veluti ſi fœmina nupſit conſanguineo intra quartum gradū, aut affini, & hoc ignorantia iuris (quia ignorat tale matrimonium prohibitum) vel facti (quia ignorat gradum conſanguinitatis, ſeu affinitatis) quia laborans tali ignorantia, non peccat,

ſia per præceptum audiendi Miſſam: & nihil loquitur de circunſtantia diei feſti.

cat, & in caſu poſito, ſi edoceretur, peccaret: ſiquidem ipſe nouit, non poſſe ſeparari ſine ſcandalo, nec ſtatim quærere diſpenſationem, vel interim, dum eis conceditur, ipſos non poſſe abſtinere à copula. Hoc intellige, niſi pœnitẽs laborans tali ignorantia inquirat propter ſcrupulum iudicium ſacerdotis: quia in hoc euentu tenetur ſacerdos ei aperire veritatem. Nec poteſt docere oppoſitum cum eſſet mendacium in re graui: neque celare veritatem, nihil reſpondendo, nam pœnitens conſtitueretur in periculo alicuius erroris contra veritatem, ſeu poteſtatem Eccleſiæ. Et eadem eſt ratio de illo, qui obliuione inculpabili prætermittit peccatum: quia ad nihilum eſt vtilis talis interrogatio: ſecus autem, ſi illud prætermittat ex obliuione, ſeu ignorantia culpabili. Quia ſacerdos eſt iudex, & non poteſt proferre ſententiam, ſi ex negligentia prætermittat pœnitens aliquod peccatum, ſeu circunſtantiam neceſſario confitendam, & per conſequens ad euitandam iniuſtam ſententiam, tenetur ſacerdos ipſum interrogare, ſeu edocere. Veluti, ſi aliquis confitendo fornicationem, non dicat circunſtantiam perſonæ. Ita diffinitur in cap.

Omnis



omnis vtriuſque ſexus 45. Et voco ignorantiam inuincibilem, ſeu inculpabilem, quando aliquis ignorat, quod non poteſt ſcire, nec tenetur. Et ex contrario ſenſu colligitur, qualis ſit ignorantia vincibilis, ſeu culpabilis, videlicet, quãdo aliquis ignorat, quod poteſt, aut tenetur ſcire, ratione ſui officij, ſeu ſtatus. Exemplum prioris. Si ignorat ruſticus, matrimonium cum conſanguinea eſſe prohibitum, vel vſuram eſſe prohibitam: quæ dicitur ignorantia iuris, vel ſi ignoret aliquis homo ſe vxorem habere ſororem adulterinam, quæ dicitur ignorantia facti. Exemplũ ſecundi. Vt ignorantia circa aliquem articulum fidei ſeu præceptum Decalogi, aut circa præcepta diuina poſitiua, vel ſi eſt Eccleſiaſticus, vel confeſſor, ignorantia circa ſtatuta Pontificalia, ſeu excommunicationes iuris, & circa materias ſacramentorum, ſiue aliorum quæ pertinent ad officium confeſſoris ſiue Curati. Non enim excuſantur per ignorantiam, quia omnia hæc tenentur ſcire ratione ſui ſtatus, ſeu officij. Et quando ſacerdos & pœnitens ſunt

45 Vbi ſic dicitur. Sacerdos diligenter peccatoris & peccati circunſtantias inquirat, quibus prudenter intelligat quale debeat conſilium & remedium adhibere.

N con-

contrariæ opinionis ſi opinio pœnitentis eſt probabilis, quanuis contraria ſit probabilior, non peccat pœnitens eam amplectendo, & per conſequens non poteſt confeſſor ei negare abſolutionem: ſiquidem nunquam eſt neganda niſi propter peccatum mortale, & abſoluendo illum ſacerdos non facit contra conſcientiam: quanuis agat contra opinionem 46. Similiter pœnitens ſcienter poteſt prætermittere, & tenetur, aliquam circunſtantiam, quando ex eius manifeſtatione ſequitur magna infamia participantis. Veluti ſi pœnitens accesſit ad propriam matrem, ſeu ſororem, quas bene nouit cõfeſſor. Tenetur enim alium quærere confeſſorem: & ſi non potuerit illum inuenire, ſiue alteri confiteri, tenetur omittere illam circunſtantiam declarandam poſtea legitimo confeſſori 47. Et eadem eſt ratio, quando pœnitens timet, confeſſo-

46 Ita docet Magiſter Soto diſt. 18. quarti. quæſt. 2. art. 5. ad quintum.

47 Iuxta ſententiam Caieta. verbo, Confeſsio, conditione. 10. dummodo cõfeſsio ſit ſub præcepto. Quia ſi confeſsio poteſt excuſari vſque ad aduentum confeſſoris legitimi, non poteſt dimidiari cõfeſsio. Eiuſdem ſententiæ eſt Syluest. verbo, Confeſsio. 1. § 18. & ante ipſos hoc dixit D. Tho. diſt 17. quia qui non habet copiam confeſſoris ſufficientis, non poteſt inſufficienti cõ



feſſorem reuelaturum confeſsionem, vel alienam mortem. Veluti ſi pœnitens acceſsit ad ſororem confeſſoris conſanguineam eiuſdem pœnitentis: vel quando timetur ruina confeſſoris, veluti ſolicitata à confeſſore, abſtineat à confeſsione cogitationis turpis circa eundem. Omnium iſtorum vna eſt ratio. Quia præceptum confitendi integrè eſt diuinum tantùm: præceptum verò de nõ infamando alium, ſeu ſeipſum (ſi ſacerdos eſt reuelaturus confeſsionem) aut deuitando damno corporis, aut animæ proximi, eſt naturale, & diuinum. Et, duobus præceptis concurrentibus, illud eſt obſeruandum cuius tranſgreſsio magis nocet. Et tranſgreſsio præcepti diuini, & naturalis (quia pluribus obligationi-

fiteri extra caſum neceſsitatis: videlicet, vel quia cõfeſſio eſt ſub præcepto, vel quia nõ poteſt abſtinere à confeſsione abſque graui ſcandalo, ſeu propria infamia. Salua tamen venia tantorum Doctorũ, mihi videtur extra caſum neceſsitatis poſſe cõfiteri tali cõfeſſori: quia quanuis ſit minus ſufficiens reſpectu iſtius peccati, eſt tamen ſufficiens reſpectu aliorum, & ab illo abſoluitur per accidens ratione gratiæ ſacramentalis. Non enim cõfeſsio omniũ peccatorum eſt de eſſentia ſacramenti confeſsionis, quia ſi aliquis poſt ſufficientẽ examinationem factã per ſpatiũ vnius horæ, non recordetur poteſt extra caſum neceſsitatis cõfiteri, & quãuis pœnitens poſsit recordari

bus tenemur illud obſeruare) magis nocet, quàm diuinum tantùm. Aduerte tamen circa quartum caſum, ſcilicet, quãdo pœnitens timet ruinã confeſſoris, quòd ſi cõfeſſor iam erat paratus peccare, non eſt tale peccatum celandum in cõfeſsione. Verbi gratia. Eſto quòd proprius ſacerdos ſolicitauit puellam, quã non potuit peruertere. Si ipſa poſtea eidem confiteatur cogitationes libidinoſas, non erit illi ruinæ cauſa, quia iam eſt lapſus. In alio euentu nunquam licebit dimidiare confeſsionem.

dari alterius peccati, ſi per tres dies integros recogitaret peccata, non tenetur differre cõfeſsionem, quia iam fecit totum quod in ſe erat, & tenebatur facere vt integrè confiteretur: ſimiliter in caſu poſito, ſi fecit totum quod tenebatur ad quærendum confeſſorem ſufficiẽtem reſpectu illius peccati, & non inuenit: poterit extra caſum neceſsitatis confiteri illi ſacerdoti ſua peccata. Hæc opinio videtur probabilis: contraria tamen ſecurior: & ideo potius amplectenda.

## De peccatis reſeruatis, & quomodo ſint confitenda. Cap. VI.

SVPERIOR poteſt ſibi reſeruare caſus, ſiue peccata, prout diffinitur in Extrauag.

Et ſi



Et ſi Dominici gregis [48]. Et cũ reſeruare caſus, nihil aliud ſit, quàm limitare iuriſdictionem confeſſoris quoad abſolutionem [49], illi tãtum poſſunt reſeruare caſus, qui poſſunt inſtituere confeſſores. Huiuſmodi ſunt omnes prælati ſuperiores: nõ autem prælati inferiores, vt Curati parochiales, Guardiani, Priores & Abbates conuentuũ. Per prælatos ſuperiores ſolùm intelliguntur Epiſcopi, Archiepiſcopi, Prouinciales, Generales, ſiue Magiſtri ordinum, ſiue Abbates habentes iuriſdictionem ſicut Epiſcopi, vt eſt Abbas Pintianus, & Metinenſis. Hæc doctrina eſt Concil. Trident. Seſsio. 14. cap. 7. & can. 11. [50]

Aduerte etiam, quod prælatus ſuperior non ſolùm poteſt reſeruare caſus oris, aut

48 Contra Ioan. Vvitcleff, aſſerentẽ Papam nõ poſſe ſibi reſeruare caſus. Ita affirmat Thom. Vvaldenſis de ſacramentalibus. & textus Extrauag. refertur à Caiet. in ſumma, verbo, Excommunicatio. cap. 77. vbi excommunicat Summus Pont. abſoluentes à caſibus reſeruatis ſedi Apoſtolicæ: & modo eſt diffinitum in Concil. Triden.

49 Verbi gratia, Quilibet ſacerdos inſtitutus confeſſor poteſt abſoluere pœnitentem ab omnibus peccatis. Si verò limitetur hæc authoritas quantũ ad aliquem caſum, ne ab illo abſoluere poſsit, talis limitatio eſt reſeruatio caſus.

50 Vbi ſolùm fit mentio de prælatis ſuperioribus, & non inferioribus. Nam



eiuſdem

aut operis, verum etiam peccatum cogitationis. Poteſt enim reſeruare abſolutionẽ hæreſis mentalis, ſi ſibi placuerit, quia peccata mentalia ſunt materia confeſsionis, & neceſſariò abſoluenda. Et reſeruare caſum (vt dictũ eſt) nihil aliud eſt, quàm limitare iuriſdictionem inferioris in his, quæ ſunt materia confeſsionis. Ita tenet Magiſter Soto diſt. 18. 4. quæſt. 2. art. 5. ad quintum. Non tamen prælati adhuc reſeruauerunt ſibi aliquod peccatum mentale. Et quando ſuperior reſeruat aliquem caſum, ſolùm reſeruat abſolutionem illius peccati, non tamen confeſsionem eiuſdem. Nam ſacerdotibus in ſua conſecratione duæ claues traduntur, ſcilicet, clauis ſcientiæ, & iuriſdictionis. Per clauem ſcientiæ intelligimus

eiuſdem poteſtatis eſt limitare iuriſdictionem, & eam dare: vnde cum ſoli ſuperiores poſsint ipſam dare & inſtituere confeſſores, ipſi tantum poſſunt illam limitare reſeruãdo aliquos caſus. Guardiani fratrum minorum olim authoritate Alexandri Sexti poterant reſeruare caſus, ſed capitulum generale Aſsiſij authoritate apoſtolica reuocauit illam conceſsionem, prout dicitur in Compendio priuilegiorum, verbo, Abſolutio ordinaria quoad ſeculares. §. 17. Hoc eſt verũ niſi Guardiani ſeu prælati inferiores aliquid præcipiant ſub pœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ: quia trãſgreſſor obedientiæ non poteſt abſolui niſi à Guardiano ſiquidẽ excõmunicatio non



gimus poteſtatem audiendi confeſsiones, ſcilicet, peccata, & illa examinandi: per clauem autem iuriſdictionis, intelligimus poteſtatem abſoluendi. Et iſtæ poteſtates de facto ſeparantur, quando ſuperior reſeruat ſibi abſolutionem alicuius peccati: non enim priuat inferiorem claue ſcientiæ, ſiquidem habens caſum reſeruatum, tenetur illud confiteri inferiori (vt ſtatim dicemus) ſimul cum non reſeruatis, quanuis non habeat poteſtatem ab iſto abſoluendi. Et inter caſus reſeruatos Papæ, & alijs prælatis, hoc intereſt, quòd nullus caſus eſt reſeruatus Papæ, qui non habeat annexam excommunicationem, vt dicunt Duran. diſt. 17. q. vlt. & Caiet. verbo, Caſus reſeruati. At verò caſus reſeruati alijs prælatis nõ ſemper habẽt excõmunicationem annexã, niſi ipſi ſpecialiter ipſam excõmunicationẽ imponãt. Caſus reſeruati Ep̃o ſunt omnes excõmunicationes à iure, quæ nõ reſeruãtur Papę & quos vult Epiſcopus reſeruare in ſua diœceſi, in Extrau. Inter cũctas, recenſentur quatuor crimina Epo de iure reſeruata, ſcilicet, Incẽdiarius, excõmuni-

abſoluitur niſi ab ipſo prælato, ſiue ab habente authoritatem eiuſdem prælati, vel ſuperioris, ſcilicet, Prouincialis, vt infra in tract. de excomin. dicetur.

51 §. Super his autem. ſub iſtis verbis. Per huiuſmodi autem conceſsioné nequaquam intendimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatem in hoc habere amplioré, quã in eo Curatis & parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa, niſi forſan eis eccleſiarum prælati vberioré in hac parte, ſpecialiter ducerent faciendũ. Hoc etiã expreſsius diffinitur in dicta Extrauaganti Inter cunctas. §. obſeruẽt præ dicti fratres. Vide Angel. verbo, Caſus reſeruatus, & verbo Confeſsio, & verbo, Diſpenſare, & ſimiliter Armillam & Syluest. §. 17. Nauar. cap. 27. nu. 25. & 67. in Manuali.

52 Circa confeſſionem caſuum reſeruatorum eſt multiplex difficultas. Prima, eſto ꝙ pœnitens accedat ad inferiorem priuſquã ad ſuperiorem an teneatur illi confiteri reſeruata, & non reſeruata. Et ſi prius ad ſuperiorem, an poſsit illi confiteri reſeruatum tantùm, & cætera poſtea inferiori, & in primo & ſecũdo caſu, quomodo inferior aut ſuperior poſsit abſoluere pœnitẽtem quin abſolutio cadat ſuper omnia peccata, ad omnes has difficultates breuiter reſpondetur.

catus à iure: crimẽ clerici propter quod incurritur irregularitas: & crimina quibus imponenda eſt pœnitentia ſolennis. Homicidium autem, & falſarius, & violator immunitatis Eccleſiæ, & eius libertatis, & diuinationis peccatũ ſunt peccata quæ communiter reſeruari ſolent ab Epiſcopis, & dicuntur reſeruata ex conſuetudine, vt in eadem Extrauag. dicitur. Et ab huiuſmodi caſibus nullus (etiã regularis) poteſt abſoluere abſque licentia Epiſcopi, vt diffinitur in Clem. dudũ. 51 & in dicta Extrauagan. Inter cunctas.

Circa confeſsionem caſuũ reſeruatorum nota 52 quòd quando caſus reſeruatus habet annexam excommunicationem, ſi pœnitens prius inferiori, quam ſuperiori confitetur, tenetur integrè confiteri, & nullo modo poteſt eum ſacramentaliter abſoluere (niſi prius ſuperiore abſoluente ab excommunicatione) excepto articulo mortis: quia propter excommunicationem priuatur receptione ſacramẽtorum. Si verò prius accedat ad ſuperiorem, non tenetur integrè confiteri, ſed ſolùm caſum reſeruatum, à quo abſoluatur per ſuperiorem non ſacramentaliter, ſed tantùm à vinculo excommunicationis: ſiquidem talis confeſsio non eſt ſacramentalis ſed iudicialis. Obtenta autem abſolutione ab excommunicatione, tenebitur confiteri illud, & alia peccata inferiori: vt ab eo ſacramentaliter abſoluatur. Hic autem eſt ſtylus Romanæ curiæ. Nunquam enim Pœnitentiarius Papæ audit aliquem caſum, niſi tantùm reſeruatum, quo audito abſoluit pœnitentem, non à culpa ſed à cenſura: qua cenſura ſublata, amplius talis caſus

ſus non eſt reſeruatus 53. Si autem peccatum reſeruatum non habet annexam excommunicationem, & prius comPareat pœnitens coram ſuperiore: non ſufficiet confiteri tantum reſeruatum, ſed tenetur omnia integrè confiteri, ſi noluerit impertiri authoritatem, vt alteri cõfiteatur: alioquin confeſsio eſſet nulla 54, ſiquidem non poteſt dimidiari confeſsio, præſente ſufficiente ſacerdote. Si vero prius accedat ad inferiorem, ſimiliter tenetur integrè confiteri: quia integra confeſsio eſt de iure diuino. Et omnis cõfeſſor, quanuis non habeat authoritatem, vel poteſtatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, habet tamen clauem ſcientię, ſcilicet, poteſtatem examinandi, & audiendi peccata in confeſsione 55. Si autem ſuperior eſt præſens, aut commodè poteſt haberi eius authoritas, non poteſt illum abſoluere inferior à peccatis non reſeruatis. Quia in tali euentu ceſſat ratio dimidiandi confeſsionem; & abſolutionem. Et, ſi prælatus noluerit concedere authoritatem tenetur

53 Ita tenet Duran. diſt. 17. q. vlt. & Cano relectione de pœnitentia par. 5. in materia de caſibus reſeruatis.

54 Ita tenent Durandus, Adrianus, & Cano, contra Caiet. & Soto.

55 Ita tenent Durandus & Ricardus, Adrian. & D. Tho.



netur omnino pœnitens cõparere coram illo & illi confiteri 56. Si vero ſuperior fuerit abſens ita quòd commodè non poſſet haberi eius authoritas: cõfeſſor inferior poteſt illum abſoluere à non reſeruatis, & à reſeruatis abſoluetur tantum à Deo ratione gratiæ ſacramentalis. Et poſtea pœnitens, quam citius potuerit tenebitur quærere authoritatem à ſuperiore, cuius authoritate debet iterum confiteri tantum peccata reſeruata cum alijs commiſsis poſt præcedentem confeſsionem, vt ab ipſis peccatis reſeruatis poſſit abſolui quo ad Eccleſiam. Et, quòd, abſente ſuperiore, poſsit abſolui ab alijs peccatis, patet, quia, ſicut licet dimidiare confeſsionem in aliquibus caſibus (vt ſupra dictum eſt:) ita & dimidiare abſolutionem quo ad Eccleſiam propter defectum authoritatis: ſiquidem nullus obligatur ad impoſsibile, maximè cum integrè abſoluatur ratione gratiæ ſacramentalis quo ad Deum. Aduerte tamen, quòd poſt quã ſupe-

56 Quia dicitur in. c. omnis vtriuſque ſexus. omnis fidelis cõfiteatur proprio ſacerdoti vel alieno de licentia proprij (cum alias non valeat abſolutio) & proprius ſacerdos reſpectu illius peccati eſt ſuperior tantùm: & per conſequens abſque eius licentia petita & obtenta, non tenet abſolutio.

ſuperior conceſsit pœnitenti authoritatem, vt poſsit abſolui ab aliquibus caſibus reſeruatis, iam tale peccatum nõ eſt reſeruatum: ita quòd ſi pro illo nunc confeſsio facta non valeat, propter defectum doloris, aut alia de cauſa, aut obliuione non confiteatur aliquod peccatum reſeruatum, poterit iterum confiteri, & ab illo abſolui. Et ſimiliter, ſi ſuperior concedit ſuam authoritatem, vt poſsint abſolui ſibi ſubditi per aliquod tempus, vel in aliqua feſtiuitate ab omnibus reſeruatis (vt fit in Bulla per ſpatium vnius anni) non ſolum extenditur durante illo tempore ad peccata commiſſa: ſed ad committenda. Nam per illud totum tempus ſubditi non habent aliquod peccatum reſeruatum. Et quanuis illo tempore non confiteatur, poterit poſtea confiteri, quando ſibi placuerit, & ab eiſdem peccatis abſolui, quia iam non ſunt reſeruata 57. Et ſi aliquis tempore Iubilei feria quinta abſoluatur à peccatis reſeruatis, & poſtea non ieiunet feria ſexta, quãuis maneat abſolutus quo ad Deũ, tenebitur tamen quam citius potuerit, comparere coram ſuperiore, vt iterum abſoluatur à peccatis reſeruatis, quoad Eccleſiã: ſiquidem Summus Pontifex non habuit intentionem liberandi illum à tali obligatione, niſi faceret omnia illa: quæ præcipiuntur in Iubileo. Quod intellige, quando ex culpa, aut negligentia, ſiue malitia propria non adimpleuit ieiunium & alia requiſita. Si verò fuit præuentus aliqua infirmitate, vel aliquo alio vrgentiſsimo caſu, ita quòd abſque culpa ſua omiſit ieiunium, ſiue orationem, quia non potuit ieiunare, nec orare, manebit liber à tali obligatione. Et eadem eſt ratio de illo qui abſoluitur ab excommunicatione, ſeu caſu reſeruato in articulo mortis, ſeu propter aliquod periculum: ceſſante enim tali periculo, tenetur iterum quærere abſolutionem ab excommunicatione, & à caſu reſeruato.

57 Ita tenet Paludan. & Sylueſt. verbo, Confeſsio, primo. §. 19. quia idem eſt cõcedere authoritatem, quod facere peccatum non reſeruatum. Quod autem pœnitens fuerit legitimè cõfeſſus necne non reuocat autoritatem ſemel cõceſſam. Adrianus eſt eiuſdem opinionis in materia caſuum reſeruatorum. Sed cauendum eſt in vno quod ibi docet, videlicet ꝙ ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere ab illo reſeruato oblito in confeſsione poſt cõceſſam authoritatem, quod quidẽ eſt falſum, quia licet ſimplex ſacerdos poſsit abſoluere à peccatis venialibus ſeu mortalibus ritè confeſsis, non tamẽ à mortalibus oblitis quæ nunquam fuerunt confeſſa: ſic in propoſito.



Ab

Ab omnibus caſibus Summo Pōtifici reſeruatis poſſunt hodie abſoluere Epiſcopi, dummodo ſint ſecreti. Ita diffinitur in Conc. Trid. Seſs.24. c. 6. Et eandem authoritatē habet eius Vicarius, ſeu Pœnitētiarius, preterquā in crimine hæreſis, reſpectu cuius, ſeu cenſuræ annexæ tali crimini, Pœnitentiarius nō habet ordinariā autoritatē ſicut habet reſpectu aliorū: Conciliū enim abſolute cōcedit hanc autoritatē Epiſcopis & nō vt delegatis. Quia ſi hoc eſſet nō poſſent huiuſmodi autoritatem alijs cōmittere: ſiquidem delegatus de iure nō poteſt ſubdelegare. Et ideo ex cōmiſsione Epiſcopi poteſt Pœnitentiarius, ſcilicet, Vicarius eiuſdem Epiſcopi, abſoluere à crimine hæreſis, nō tamē ex officio: cum ſolis Epiſcopis cōcedatur à Concilio.

## De miniſtris huius ſacramenti. Cap. VII.

CVM tria ſint de eſſentia huius ſacramenti, ſcilicet, materia, & forma, & actus miniſtri, poſtquam de materia & forma diſſertū eſt: operæpretium erit diſſerere de eius legitimo miniſtro. Et primò dico, in nullo caſu laicum



cum poſſe eſſe miniſtrū huius ſacramenti: prout diffinit Concil. Tridentin. Seſsione 14.c.6. contra Lutherum [58]: ſoli enim ſacerdotes ſunt conſtituti iudices animæ, vt ſupra dictum eſt. Si aliqui in articulo mortis ratione humilitatis, ſiue petendi conſilium (deficiente ſacerdote) confiteatur laico, talis confeſsio non eſt ſacramentalis: nec poteſt aliquo modo ab eo abſolui. Simplex autem ſacerdos non eſt legitimus confeſſor niſi in articulo mor-

58 Prout refert Caſtro aduerſus hæreſes lib. 2. verbo, Abſolutio hęreſi. 2. Sic enim ait Concilium. Si quis dixerit non ſolum ſacerdotes eſſe miniſtros huius ſacramenti, ſed omnibus Chriſti fidelibus eſſe dictum, Quæcunque ligaueritis ſuper terram, &c. anathema ſit. Ex quo ſequitur, quòd deficiente ſacerdote, non ſunt peccata neceſſario cōfitenda, etiā in articulo mortis laico: quanuis contrarium affirment Magiſter, & Diuus Thomas diſtinctione 17. quarti. Eſt enim confeſsio ſacramentalis actus iudicialis, & ſic non debet fieri, niſi coram iudice habente poteſtatem ligandi & abſoluendi. Laudabile tamen erit ratione humilitatis aut conſilium petendi; confiteri laico deficiente legitimo miniſtro, vt affirmat Diuus Bonauentura diſtinct. 17. quarti. 2. parte. quæſt. 1. Et in hoc ſenſu intelligēdę ſunt autoritates quas adducit Magiſter. Verum tamen eſt; quòd ſi peccatum eſſet ſcandaloſum laico, non debet confiteri, imo eſt celandum propter vitandum ſcandalum: & tunc talis confeſsio laico facta, non erit ſacramentalis, neque ipſe poterit abſoluere, cum non habeat poteſtatē, & ſi de facto abſoluat, non manebit irregularis

tis, deficiente legitimo conſeſſore. Quia licet in ſua conſecratione receperit poteſtatem Ordinis [59], non tamen iuriſdictionis: eſt enim habilis ratione characteris ad poſſe abſoluere, poſtquam habuerit oues: quas non habet ſimplex ſacerdos [60]. Debẽt enim ei concedi à ſuperioribus, vel per beneficium curatum, vel per facultatem audiendi confeſsiones: quia ſic ei conceduntur ex commiſſione proprij paſtoris [61]. In articulo mortis poterit abſoluere (vt dixi) quilibet ſimplex ſacerdos, cuiuſcunque ſit conditionis, ſiue ſit excommunicatus, irregularis, hæreticus, apoſtata, aut degradatus [62], & poterit pœnitentem abſoluere à quibuſcunque peccatis reſeruatis, & cenſuris. Ita diffinitur in Concil. Trident. Seſsio.24. cap.7. Nam tunc habent talem iuriſdictionem ex conceſsione Eccleſiæ: non tamen immediatè à Chriſto [63], quia ſi ſolus Papa eam habet. Neque ex hoc ſequitur, Concilium, ſiue Papam poſſe inſtituere, ne aliquis ſacerdos poſsit abſoluere etiã in articulo mortis: nam Papa & Concilium nõ poteſt erra

ris, vt optime docet Sylueſt. verbo, Abſolutio. 1. §. 1. contra Palud. diſt. 17. quæſt. 3. quia irregularitas cũ ſit pœna eccleſiaſtica, non contrahitur niſi in caſibus in iure expreſsis. Ad capitulum de clerico non ordinante miniſtrãte quod adducit Paludanus, reſpondeo quòd intelligitur de laico qui baptizat ſolenniter, vel adminiſtrat ordinem quẽ non habet ſolenniter cum cæremonijs, ritibus, & veſtibus ſacris: iuxta ritum Eccleſiæ.

59 Scilicet, conſecrandi & abſoluendi, quia prima data eſt illi illis verbis, Accipe poteſtatem celebrandi pro viuis & defunctis. Secunda illis, Accipe Spiritum ſanctum, quæcunque ligaueris, &c. non tamen datur poteſtas iuriſdictionis, hoc eſt iudicandi.

60 Et per conſequens nõ poteſt exercere ſuum munus, cum non ſit iudex, quia iudex dicitur relatiuè ad ſubditos.

61 In hoc diſtinguitur ſimplex ſacerdos à laico. Veluti ſi nullus niſi Doctor Salmanticenſis poſſet conſtitui prætor: cum primũ aliquis acciperet gradum Doctoratus, acciperet authoritatem iudicandi & proferendi ſententiã, non tamen acciperet iuriſdictionem donec conſtitueretur prætor. Ita in propoſito dicendum eſt.

62 Hoc eſt contra quoſdam Theologos prout refert Sylueſt. verbo, Confeſſor, primo. §. vlt. quam ſententiã nõ eſt auſus affirmare Soto diſt. 18. q. 4. art. 3. imo pronior eſt ad eam negandam: illam tamen defendit Palud. diſtin. 25. quæſt. q. 1. & Sylueſt. vbi ſup. & gloſſ. in cap. non eſt nobis. de ſponſalibus. quos ſequitur Cano de pœnit. capit. 5. Videtur tamen opinio hæc diffinita à Concil. Trid. vbi dicitur quòd in articulo mortis omnes ſacerdotes poſſunt abſoluere: & quando lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus.

63 Vt optimè affirmat Durandus diſtinct. 19. quæſt. 5. art. 2. quem ſequitur Soto vbi ſupra, contra Palud. diſt. 17. quæſt. 5. artic. 2. quem ſequitur Cano de pœnit. p. 5. Quod conſtat, quia ſi poteſtatem abſoluendi haberent ſacerdotes à Chriſto, eſſet indelebilis, ſicut poteſtas conſecrandi quod

re in his quæ pertinent ad ſalutem animæ 64. Citra articulum mortis confeſsio neceſſario debet fieri proprio ſacerdoti, vel alieno de licentia proprij 65. Et proprius ſacerdos dicitur qui habet titulum beneficij curati. Huiuſmodi eſt Papa, Epiſcopus, Parochus, & Prælati Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum. Quia huiuſmodi tantum non poſſunt dare alijs ſacerdotibus poteſtatem audiendi confeſsiones, vt alteri cõfiteantur, exceptis curatis parochialibus modo poſt Concil. Triden. fratres priuilegiati, quãuis, tanquã Commiſſarij, poſsint audire confeſsiones ſeculariũ: non tamen poſſunt alicui ſeculari concedere autoritatem, vt alteri confiteatur, quia non eſt proprius eius ſacerdos: bene tamen ſibi ſubditis. Hæc doctrina colligitur expreſsè ex capit. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſsio.

Nec

eſt falſum: ſiquidem abſolutio eſt nulla quando impeditur abſque licentia proprij ſacerdotis.

64 Cum cõfeſsio ſit de neceſsitate ſalutis nõ poteſt hoc facere, quia eſſet error intolerabilis: & ſi Papa hoc de facto præciperet, nullus ſacerdos profecto haberet poteſtatem ad abſoluendum.

65 Ita diffinitur in. c. omnis vtriuſque ſexus. de pœni. & remiſsio. & proprius ſacerdos ſecũdùm Sylueſt. verbo, Confeſſor, primo. §. eſt qui habet titulũ beneficij curati.



Nec datur aliquis caſus, dempto articulo mortis, in quo non inſtitutus confeſſor poſſit audire confeſsiones peccatorum mortalium: prout dicitur in Concil. Triden. Seſsio. 23. cap. 7. 66 Peccatorum verò venialium bene poterit quilibet ſacerdos audire confeſsiones. Quia huiuſmodi peccata venialia non neceſſario ſunt abſoluenda per abſolutionem ſacramentalem, neque omnino ſubduntur iuriſdictioni Eccleſiæ; & ſic habent ſacerdotes ſimplices ratione ſuæ conſecrationis authoritatem à Deo abſoluendi à peccatis venialibus. Et ſimiliter quilibet ſimplex ſacerdos habet à Deo authoritatem abſoluendi Summum

66 Nec propter malitiam ſeu ignorantiam proprij ſacerdotis. Et quanuis vrgeat neceſsitas celebrandi ſeu communicandi, ſi enim imminet periculum ſeu ſcandalum propter non celebrandum ſufficit quòd ſacerdos recõcilietur Deo. Hæc doctrina eſt Diui Thomæ diſtinctione. 18. contra Armillam libro. 11. de quæſtionibus Armenorum, & contra alios Doctores quos refert Sylueſt. verbo, Confeſſor, primo. §. 6. quæ conſtat ex dicto capit. omnis. vbi Concilium loquitur abſolutè. Et diffinitur in capit. Nulla. de pœnitent. & remiſsio. cuius verba ſunt. Nulla conſuetudine introduci poteſt, quòd aliquis præter ſui ſuperioris licentiam confeſſorem ſibi eligere valeat. Non enim ignorantia ſeu malitia proprij ſacerdotis, priuat ipſum ipſo facto iuriſdictione,

 vt

Pontificem [67], cum Deus non deficiat in neceſſarijs, & Papa non habeat autoritatem ſupra ſeipſum, vt poſsit eam alicui ſacerdoti concedere [68]. Cardinales, & familiares Papæ de iure debent confiteri Papæ, ſiue eius Pœnitentiario: quia Papa eſt tantùm proprius eorum ſacerdos [69]. Omnes prælati immediati Summo Pontifici, poſſunt confiteri ſimplici ſacerdoti. Et voco immediatos Papæ, qui in foro conſcientiæ non habent alium prælatum præter Papã, vt ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Generales ordinũm, ſiue Abbates, vt Pintianus & Metinenſis. Ita diffinitur in cap. fin. de pœni. & remiſs. [70] Prouinciales vero videtur poſſe cõfiteri cuicunque ſacerdoti abſque authoritate Miniſtri Generalis

ex

vt diffinitum eſt in Conc. Conſtan. contra Ioan. Vvitcleff.

67 Vt eſt communis ſententia maximè Ricard. diſt. 17. art. 3. q. 1. & Durã. ead. diſt. q. 3. art. 2. concl. 2. & D. Tho. diſt. 19. quæſt. 1. artic. 2. & D. Bonau. eadem diſt. & Turrecrematæ libro 2. de poteſtate Eccleſiæ: quos ſequitur Soto. d. 18. q. 4. art. 2. ad tertium.

68 Nec ſubijcitur ſacerdoti vt iudici arbitrario, put voluit dicere Caiet. quæſt. de miniſtro huius ſacramẽti ad primum, quia ſacerdos non quomodocunque, abſoluit nomine Chriſti, quatenus eſt eius miniſter, non ergo nomine Papæ & ex eius arbitrio.

69 Vt docet Caiet. verb. Abſolutio.

70 Prouinciales, Guardiani, Abbates



ex conceſsione Papæ, iuxta prædictam conſtitutionem: nam vtrobique verſatur eadem ratio textus, videlicet, ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarũ: & per conſequens Miniſter Generalis non poterit eis reſeruare aliquem caſum. Cæteri autem prælati non exempti, ſed ſubditi Epiſcopo, debent confiteri eius authoritate. Huiuſmodi ſunt Archidiaconi. Et eadem eſt ratio de Canonicis, & alijs ſacerdotibus: modo poſt Concil. Triden. in quo reuocata fuit poteſtas quam habebant eligen

S. Benedicti & Priores ſecundùm Abb. Panorm. ſuper dictum capit. finale, non poſſunt confiteri abſque licentia proprij prelati: quia ſupradicta conceſſio ſolum extenditur ad prælatos immediatos Papæ. Et eiuſdem ſententiæ eſt ſumma Angelica. tamen ſecũdùm Palud. & Hoſtienſ. quos refert & ſequitur Syluest. verbo, Cõfeſſor, primo. §. 8. & Soto diſt. 18. quarti. quæſt. 4. art. 2. poſſunt confiteri abſque licentia ſuorum ſuperiorũ, quia textus (ſecundùm iſtos Doctores) indiſtinctè loquitur, cuius verba ſunt. Permittimus Epiſcopis & alijs ſuperioribus, necnon minoribus prælatis exemptis, vt etiam præter ſui ſuperioris licentiam prouidum & diſcretum ſibi poſsint eligere confeſſorem, ergo quamuis prælatus habeat ſuperiorem (vt Guardianus) poteſt ſibi eligere confeſſorem. Vtraque opinio videtur probabilis, ſed prior eſt ſecurior, cui ſuffragatur conſuetudo. Quia ſi Guardianus poſſet præter licentiam Prouincialis eligere confeſſorem, non haberent Guardiani aliquem caſum reſeruatum Prouinciali, præter

 excom-

di ſimplicem ſacerdotem, prout conſtat Seſsio. 23. cap. 15. Religioſus vnius ordinis abſque licentia petita & obtenta ſuorum prælatorum, non poſſunt confiteri ſacerdotibus alterius ordinis etiã inſtitutis confeſſoribus ſeculariũ, prout diffinitur in Extrauagan. Inter cunctas. Bene tamen poterit confiteri de licentia proprij Guardiani cuicunque ſacerdoti [71], ſcilicet, inſtituto confeſſori authoritate Bullæ Cruciatæ. Imperator orbis poterit ex voluntate tacita Summi Pontificis confiteri proprijs capellanis quãuis ſint ſimplices ſacerdotes. Reges autem, ſeu Principes tenentur ex iure confiteri proprio Epiſcopo illius Diœceſis, vbi ipſe habitat, vel Curatis, in cuius parochia eſt domus Regia: quia vterque eſt

proprius

excommunicationẽ poſitam in foro exteriori, ſicut nec exempti prælati illum habent. Quia quando aliquis confitetur authoritate Papæ, non poteſt eius ſuperior limitare illius confeſsionem, quia inferior non poteſt limitare conceſsionem ſuperioris, quod non eſt concedendũ Guardianis. De prouincialibus autem bene poteſt teneri opinio, quia vtrobique verſatur eadem ratio.

71 Dummodo ſit inſtitutus confeſſor, quia cum Guardianus non poſsit inſtituere confeſſores, nec poteſt ſibi ſubditis concedere facultatem confitendi non inſtituto confeſſori, quia hoc eſſet inſtituere illum. Dicitur enim in capit. omnis vtriuſq; ſexus, quòd



proprius eius ſacerdos. Vagabundi, hoc eſt, illi, qui nullibi habent domicilium, & peregrini, & ſimiliter viatores poſſunt confiteri Curato illius Parochiæ, vbi hoſpitantur, aut fratribus priuilegiatis, aut confeſſoribus per Epiſcopum illius Diœceſis inſtitutis: & hoc ex conceſsione Eugenij IIII. in quadam Extrauagan. quam refert Caieta. [72] Et, ſi habent aliquem caſum reſeruatum ſuo Epiſcopo, debent petere ſpecialem facultatem ab ipſo, quando recedunt à loco: aliter nõ poſſunt abſolui à reſeruatis [73]. Scholaſtici Salmanticenſes & Complutẽſes debẽt confiteri Curato illius Parochiæ: vbi habẽt domicilium.

quilibet debet confiteri proprio ſacerdoti vel alieno, hoc eſt proprio confeſſori vel alieno confeſſori. Non enim dicitur alienus confeſſor ſimplex ſacerdos non inſtitutus cõfeſſor. Quòd verò ſit inſtitutus ab aliquo prouinciali, ſiue ab Epiſcopo parũ refert, & eadẽ ratione Curati Parochiales ſub eadem forma poſſunt concedere ſuis parochianis eãdem facultatem. Hoc dico ſalua meliori ſententia.

72 Qui eam limitat ſolum ad tempus quando confeſsio eſt ſub præcepto: ſed longe melius Soto eam extẽdit ad confeſsiones ſpontaneas, quia quando lex non diſtinguit; nec nos diſtinguere debemus. Subduntur tamen caſibus reſeruatis Epiſcopo illius Diœceſis vbi confitentur.

73 Vide Magiſt. Soto diſtin. 18. quarti. quæſt. 4. artic. 2.

 Et ex

Et ex eadem ratione ſequitur, quòd quantum ad forum conſcientiæ ſubduntur Epiſcopo, ita, quòd forte poſſet commutare eorum vota & diſpenſare in eis: ſuo autem Cacellario ſubduntur quoad forum exterius. Ratione delicti commiſsi in alieno Epiſcopatu, aut parochia tenetur confiteri quis alieno ſacerdoti. Verbi gratia. Si in Archiepiſcopatu Compoſtellano, aut in Parochia S. Benedicti fuerit excommunicatio latæ ſententiæ contra ſacrilegos, & ibi ſubditus Salmantinus, vel parochianus S. Michaelis committat ſacrilegium, non eſt confitendus proprio ſacerdoti, ſed confeſſori conſtituto ab Archiepiſcopo Compoſtellano, ſeu Curato S. Benedicti. Hoc expreſsè diffinitur in cap. 1. de Rectoribus 74. Peccata mortalia iam ritè confeſſa, poteſt quilibet confiteri alieno ſacerdoti: imo ſimplici (vt ſupra dictum eſt de peccatis venialibus) non enim ſunt materia neceſſaria pœnitentiæ, nec

74 Vide Syluest. vbi ſupra, & caue illum quia ibi tenet poſſe aliquem confiteri alieno ſacerdoti de licentia proprij præſumpta, qđ aduerſatur Concil. Lateranen. in cap. vtriuſq; ſexus. Aduerte tamen quòd omnia ſupradicta ſunt vera de pœnitentibus non habentib' priuilegia, quia virtute priuilegiorum aliud ſentiendum eſt: vt infra dicetur.



nec iam ſubdūtur iuriſdictioni Eccleſiæ 75.

Loquendo ergo de pœnitentibus qui confitentur fratribus priuilegiatis, Papa, aut Epiſcopus poteſt committere vnicuique ſacerdoti non impedito poteſtatem audiendi confeſsiones ſuorum ſubditorum, non obſtante contradictione Epiſcoporū, ſeu Curatorum. Hæc ſententia eſt communis, & conſtat ex cap. cunctis. 6. quæſt. 1. quia eſt eius legitimus confeſſor. Ex quo ſequitur quòd confitentes fratribus priuilegiatis, etiam inuito Curato, non tenentur eodem anno confiteri proprio Curato, quia confitentur de licentia Papæ ſiue Epiſcopi, qui eſt eius proprius ſacerdos 76. Ita expreſsè diffinitur in Extrauagan. Inter cunctas.

Aduerte tamen, quòd confeſſor priuilegiatus poteſt audire confeſsiones ſeculariū illius Diœce-

75 Ita tenet Adrianus in materia confeſsionis, quem ſequitur, Magiſter Cano, Relectione de pœnitentia. c. 5. quāuis Magiſter Soto hoc inficietur. Et hoc cōſtat, quia cū huiuſmodi peccata non ſint materia neceſſaria pœnitētiæ: nō præſupponit authoritatem Eccleſiæ in abſoluente: ſed ſufficit authoritas quam ſacerdos recepit in ſua conſecratione.

76 Ita explicatur per Leonem X. vt cōſtat ex compendio priuilegiorum, verbo, Abſolutio quo ad ſeculares. 1. §. 15.

Dioeceſis, vbi fuerit præſentatus & approbatus (iuxta determinationem Concil. Trident.) vbicunque fuerint & non aliorum 77. Ita diffinitur in Clemen. Dudum. §. Ac deinde. de ſepulturis. Et poſtquam ſemel fuerit præſentatus, ſeu approbatus in vna Dioeceſi, iuxta cõceſsionem Pij V. nõ tenetur iterum præſentari eidem Epiſcopo, aut ab eodem approbari 78. Virtute Bullæ Cruciatæ non poteſt aliquis audire confeſsiones, niſi alicui Epiſcopo fuerit præſentatus, & ab eodem approbatus: prout conſtat ex eodem Concil. Trident. Regulares vero virtute Bullæ poſſunt confiteri cuicunque ſacerdoti approbato, vel ab Epiſcopo, ſiue à Miniſtro Prouinciali, ſiue Generali, quia Miniſter Prouincialis ſiue

77 Quanuis vniuerſaliter fratres priuilegiati non poſſint abſoluere à peccatis reſeruatis Epiſcopis (vt ſupra dictum eſt) poteſt tamen Guardianus eligere tres aut quatuor cõfeſſores qui poſsint abſoluere ab omnibus caſibus reſeruatis, etiam ab excommunicatione à iure, dummodo non ſint Coenæ Domini. Ita diffinitur in quodam priuilegio Eugenij IIII. & ponitur in Compẽdio priuilegiorũ, verbo, Abſolutio quo ad ſeculares. 2. §. 16. Hoc intellige dum fuerint in proprijs conuentibus: non tamen extra.

78 Bene tamẽ poterit examinari à ſucceſſore, & eidem debent præſentari, iuxta declarationẽ eiuſdem Pij V. in noua alia conſtitutione quæ incipit, Romani Pontificis prouidentia.



ſiue Generalis eſt eorum ordinarius, & virtute Bullæ tantùm, poſſunt confiteri (etiam Regulares) ſacerdoti ab ordinario approbato, prout dicitur in Bulla 79.

79 Et eadem ratione Religioſi vni⁹ ordinis, bene poſſunt confiteri virtute Bullæ Religioſis alterius ordinis inſtitutis cõfeſſoribus à Miniſtro Prouinciali ſiue Generali, eiuſdem religionis vel ordinis, quia ſunt approbati ab aliquo ordinario non tamen debent eſſe approbati ab Epiſcopo cum non ſint eius ſubditi, neque à ſuo proprio Prouinciali ſeu Generali: quia tunc nullam facultatem concederet eis Bulla Cruciatæ. Et ſi aliquando dicatur in Bulla, quòd ſint approbati ab ordinario loci, ſiue in aliquibus Iubileis, ab ordinarijs locorum: hoc dicitur ad excludendos confeſſores approbatos à miniſtris Prouincialibus ſeu Generalibus religionum, qui non ſunt idonei reſpectu ſecularium, etiam interueniente authoritate Iubilæi ſeu Bullæ. Non tamen inferas neceſſario debere confiteri confeſſori approbato ab ordinario illius Dioeceſis cuius eſt pœnitens ſecularis. Nam aliter etiam Religioſi virtute Bullæ ſeu Iubilæi deberent confiteri confeſſoribus approbatis ab ordinarijs locorum, quòd eſt abſurdum dicere. Hæc opinio eſt communis fere omnium Doctorum, & probabilior, contraria tamen videtur ſecurior, videlicet ꝙ ſeculares confiteantur confeſſoribus approbatis à ſuis ordinarijs.

( ? )

De

# De iteratione huius ſacramenti, defectu alicuius partis principalis. Cap. VIII.

CVM de eſſentia huius ſacramenti ſint tria, videlicet confeſsio integra cum dolore, & abſolutio à legitimo confeſſore collata: aliqua ex his tribus partibus deficiente: ſacramentum eſt iterandum: ſiquidem non poteſt dari verum ſacramẽtum, ſi deficiat aliqua pars eſſentialis. Vnde, ſi pœnitens accedat cum cõplacentia alicuius peccati mortalis, vel abſque firmiſsimo propoſito vitandi illud, quia forſan nõ vult vitare occaſiones peccandi, cõfeſsio eſt nulla defectu doloris 80, quia prout ſupra dictum eſt) de ratione doloris requiſiti ad hoc ſacramentum, ſiue ſit contritio, ſiue attritio, eſt firmiſsimum propoſitum vitandi in poſterum omne peccatum: ſimiliter eſt nulla confeſsio, & per conſequens reiteranda, quando fuerit diminuta ex parte pœni-

80 Iuxta communem opinionem ſi accedit cum aliquo dolore (ſcilicet, cũ attritione) & aliquali propoſito emendæ (ſcilicet, inefficaci) ſi pœnitẽs exiſtimat huiuſmodi dolorem ſufficere, & hoc inculpabiliter (quia non eſt literatus) recipiet verum ſacramẽtum & eius effectũ, ſcilicet, gratiam, quia facienti



tentis: videlicet, quia ſcienter, vel ex obliuione, ſiue ignorantia culpabili, omiſit aliquod peccatum, ſeu circunſtantiam in confeſsione: quia forſitã nulla facta inquiſitione, acceſsit ad hoc ſacramentum, vel non facta ſufficienti examinatione cõſcientiæ. Et quanuis nullum peccatum omittat, ſi nullam inquiſitionem fecit, ſacramentum eſt nullum, quia poſuit ſe in periculo dimidiandi confeſſionem (vt ſupra probatum eſt.) Et hoc, etiam ſi confitea

quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. Si vero culpabiliter, hoc eſt, ſi cognoſcat, huiuſmodi propoſitum inefficax non ſufficere ad gratiam conſequendam, & ſimul confiteatur hanc negligentiam, quanuis non recipiat gratiam, recipit nihilominus verum ſacramentum: quod ſortitur ſuum effectum recedente fictione per cõtritionem, & per conſequens nõ eſt reiteranda confeſsio. Quia ſicut in omnibus ſacramentis fictio recipientis non obſtat quominus recipiat verum ſacramentum, nec in iſto. Si enim propoſitum inefficax non ſufficeret ad veritatem ſacramenti cum aliquali ignorantia, nullus tutus eſſet in conſcientia, maximè quia raro accedimus ad confeſsionem cum efficaciſsimo propoſito cauendi peccata. Hanc opinionem tenet Caiet. in tract. de confeſsione, quæſt. 5. & in ſumma, verbo, Abſolutionis impedimenta. & Cano de pœnit par. 5. & D. Tho. diſt. 19. quæſt. 3. art. 4. quæſtiuncula. 1. & Soto diſt. 18. quæſt. 3. art. 2. &. 3. quanuis Soto eam limitet dummodo pœnitens non ſit conſcius ſuæ indiſpoſitionis. Hoc tamen eſt certum quòd accedens ad hoc ſacramentum abſque ſufficienti dolore, & ſimul manifeſtás ſuam indi-

tur ſuam negligentiam cum illius non poſsit perfectè pœnitere. Si vero pœnitens excōmunicatus accedat ad confeſsionem laborans ignorantia inuincibili iuris, aut facti, ſi abſoluatur prius à peccatis quàm ab excommunicatione, non tenetur iterare confeſsionem [81], quia per talem ignorantiam excuſatur, quominus ponat obicem ſacramento, vt non ſit validum. Si vero pœnitens fuerit conſcius ſuæ excommunicationis, quanuis depoſuerit contumaciam, ſi prius abſoluatur à peccatis quam ab excommunicatione, eſt reite-

indiſpoſitionē, adimplet præceptum annuæ cōfeſsionis, vt conſtat ex capit. quidam. vbi propoſita hac quæſtione Alexandro Papæ reſpondet quòd licet non ſit verum ſacramentum, admittenda eſt eorum confeſsio: non enim huiuſmodi incurrunt pœnas impoſitas in Concil. Lateran. cōtra tranſgreſſores præcepti annuæ cōfeſsionis, ſiquidem non repelluntur ab Eccleſia. Et quando imponitur pœna tranſgrediētibus aliquod præceptum, qui excuſatur à pœna, excuſatur à culpa tranſgreſsionis. Hāc opinionē tuentur multi Doctores, ſcilicet, Ricar. diſtin. 17. artic. 2. quæſt. 8. ad tertium. Adrianus quæſtione de confeſsione. Gabr. diſtinct. 17. quæſtio. 1. dubio vltimo. Antoninus. 3. par. titul. 14. capit. 19. & Caſo de pœniten. par. 5. contra Durān. diſtin. 17. quem ſequitur Metina. C. de pœniten. & Soto diſtinctione. 18. quæſtione. 3. articulo. 3. Eos vide.

81 Vt Caietan. & omnes communiter tenent.

82 Vt



randa confeſsio, quia non eſt capax abſolutionis [82], quanuis præſtet iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, prout dicetur in tractatu de excommunicatione. Diffinitur enim in capit. A nobis. el ſegundo. de ſenten. excommunic. Similiter eſt iteranda confeſsio, quando pœnitens fingit in confeſsione aliquod peccatum mortale, cuius non eſt conſcius: vel ex induſtria, & ſcienter affirmat tanquam certum, quod eſt dubium: quia materia huius ſacramenti eſt fidelis, & integra confeſsio. Qui vero fingit in confeſsione aliquod veniale, quanuis intendat cōfiteri omnia venialia, nec peccat mortaliter, nec eſt iteranda confeſsio: quia veniale non eſt neceſſaria materia huius ſacramenti. Nec pœnitens poteſt illa facere materiam neceſſariam, quantumcunque intendat omnia venialia confiteri [83], niſi voueat, confiteri venialia, ſiquidem tunc ratione voti tenetur illa confiteri. Similiter confeſsio aliquando eſt iteranda defectu miniſtri, veluti ſi fiat ſacerdoti

82 Vt dicitur in capit. ſi celebret. de ſententia excommunicatio.

83 Quanuis Caietan. in ſua ſumma cōtrarium affirmet: quia pœnitens non poteſt facere materiam neceſſariā huius ſacramenti peccata venialia, niſi per votum.

non

non habenti iuriſdictionem, aut excommunicato denuntiato, quanuis ſit Curatus niſi in articulo mortis: dummodo pœnitens cognoſcat, eſſe excommunicatum. Similiter eſt iteranda confeſsio facta non Curato excommunicato generaliter, quanuis ſit paratus miniſtrare: quia pœnitens cooperatur grauiori peccato illius, cuius habet complacentiam tempore confeſsionis, & abſolutionis: ſiquidem illum non vitat, cum vitare poſsit. Secus autem ſi fuerit proprius Curatus, quia tunc vtitur iure ſuo: & ante denuntiationem non eſt vitandus. Confeſsio vero facta ſacerdoti ignoranti, non ſemper eſt reiteranda; niſi tanta laboret ignorantia, vt vel neſciat abſoluere, vel ignoret peccata mortalia, quæ ſunt contra decem præcepta: quia in tali euentu, cum neſciat iudicare, non poteſt proferre ſententiam. Similiter confeſsio erit nulla, quando ſacerdos non habuit intentionem abſoluendi pœnitentem: quia talis intentio eſt de eius eſſentia. Et, quotieſcunq; confeſsio eſt nulla defectu cōfeſſoris, tenetur confeſſor admonere pœnitentem vt alteri confiteatur [84], maximè ſi confeſsio eſt in articulo mortis: quia forte pœnitens non habuit contritionem, ſed attritionem quæ non ſufficit ad iuſtificationem: & pœnitentia eſt neceſſaria ad ſalutem. Si vera non erat vltima cōfeſsio, & non poteſt admonere pœnitentem ſine graui ſcandalo, forte non tenetur illum admonere, ſiquidem per ſubſequentem confeſsionem conſequetur remiſsionem omnium peccatorum, ratione gratiæ quæ tunc in ſacramento datur: peccata enim confeſſa illegitimo confeſſori remittuntur, ſicut peccata oblita in confeſsione. Et ita pœnitens, poſtquam fuerit conſcius inſufficientis confeſſoris, cui aliquando confeſſus eſt, tenetur tantùm confiteri peccata, quæ illi confeſſus fuit, alteri confeſſori legitimo, & non reiterare confeſsiones omnes poſtea factas, ſiquidem fuerunt validæ. Sicut non tenetur reiterare omnes confeſsiones, quãdo recordatur alicuius peccati obliti in aliqua confeſsione abſque ſua culpa: ſed tantùm confiteri illud peccatum oblitum. Et quando reiteratur confeſsio propter culpam pœnitentis, ſi pœnitens confiteatur eidem confeſſori, antequam alteri confiteatur poſt culpabilem cōfeſsionem: non tenetur repetere peccata, ſed

84 Vt affirmat Ricar. diſt. 17. artic. 3. & Medina de Confeſsione.



P ſufficit

ſufficit confiteri malitiam dimidiationis, ſeu indiſpoſitionis, & peccatum prætermiſſum [85]: quia non eſt de eſſentia confeſsionis, vt confeſſor recordetur peccatorum tempore abſolutionis, maximè, quando iam impoſita eſt pœnitentia peccatori. Hoc intellige dummodo confeſſor tempore reiterationis ſit eius confeſſor legitimus: ſicut erat tempore confeſsionis: nã aliter alius eſt quærẽdus cui cõfiteatur omnia peccata integrè. Non tamẽ tenetur reiterare cõfeſsiones, qui ex obliuione, vt ex culpa ſua nõ adimpleuit pœnitentiam ſibi impoſitã [86], cũ non ſit de eſſentia huius ſacramenti: quanuis ſit de eius integritate.

85 Ita tenet Adrianus quæſt. 4. de confeſsione: & Paludanus.

86 Vt optimè affirmat Gab. diſt. 17. quæſtione. 1. contra Palud. diſt. 17. quæſt. 5. artic. 3. & Syluest. verbo, Confeſsio. 1. §. 3.

## De ſatisfactione, quæ eſt quarta pars huius ſacramenti: & de eius integritate. Cap. IX.

LICET proprius & immediatus effectus huius ſacramenti ſit remiſsio peccatorum (prout cap. 2. dictum eſt) non tamen remittun-

tur



tur virtute huius ſacramenti peccata quo ad culpã & pœnã [87], ſed tantum quo ad culpã: & pœna æterna quæ erat debita peccatis in inferno, cõmutatur in temporalẽ: niſi cõtritio ſit tantæ intenſionis, quãta fuit Magdalenæ: quia tũc virtute cõtritionis remittetur omnis pœna. Huiuſmodi autẽ pœna temporalis quę remanet remiſſa culpa: & aliqua pars pœnę per ſacramẽtũ

87 Quia quanuis paſsio Chriſti (quæ eſt infiniti valoris & ſatisfactionis) applicetur nobis tam in ſacramentis quã mediãtibus noſtris operibus pœnalib⁹ quoad ſatisfactionẽ ſecundùm illud. 1. Ioan. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non tamen applicatur ſecundum virtutem infinitam, ſed iuxta inſtitutionem ſacramentorum, & valorem ſeu diſpoſitionem operum, hoc eſt, iuxta deuotionem operantis, ſicut cauſa ſuperior, ſcilicet, Sol non operatur in planta, niſi iuxta diſpoſitionem terræ, vt ſupra in tractatu de ſacrificio Miſſæ dictum eſt, & per conſequens virtute huius ſacramenti non remittitur omnis pœna, nec virtute contritionis, ſola habita ratione ad paſsionem Chriſti, ſed iuxta intenſionem doloris quem pœnitens habet. Hoc comprobatur exemplo Dauid. 2. Regum. 12. qui poſtquam audiuit à Nathan, tranſtulit Deus peccatum à te, addit Propheta. Verumtamen quia blaſphemare feciſti nomen Domini, filius qui natus eſt tibi morietur. Et ſimiliter Numer. 20. Moyſi & Aaron poſt remiſſum peccatum incredulitatis, comminatur eis Deus mortem ante ingreſſum terræ promiſsionis. Ergo poſt dimiſſum peccatum quo ad culpam, manet aliquando reus pœnæ temporalis luendæ in purgatorio, vel in hac vita.



88 Quòd

eſt luenda in purgatorio 88, vel relaxanda in hac vita, mediantibus operibus pœnalibus, qualia ſunt ieiunia, eleemoſynæ, flagella, orationes, &c. Illud enim dicitur opus pœnale, per quod priuamur aliquo bono nobis vtili, aut delectabili. Nam ſatisfactio debet fieri per actum contra-

88 Quòd ſit purgatorium in alia vita vbi animæ patiuntur pœnā temporalem pro mortalibus iam dimiſsis quo ad culpam, & pro venialibus etiā indimiſsis, conſtat apertiſsimis teſtimonijs ſacræ Scripturæ quæ refert Caſtro de hæreſibus, lib. 12. verbo, Purgatorium. Et quanuis non conſtaret ex ſacris literis, eſſet neceſſariò admittendum purgatorium, quia cum multi iuſti diſcedant ab hac vita antequam ſoluant temporalem pœnam debitam peccatis, & non poſsint intrare in regnum cælorum, antequā pro illa ſatisfaciant, & non poſsint ſatisfacere in cælo cum non ſit locus pœnarum, neque in inferno, quia ibi nulla eſt redemptio, debet ſatisfacere in alio loco determinato à Deo, & huiuſmodi locus vbicunque fuerit dicetur Purgatorium, ideſt, locus purgationis vbi animæ purgantur & purificantur ſoluendo pœnas debitas peccatis. Ad iſtum locum deducuntur animæ per miniſterium Angeli boni (quia cum ipſa ſit purus actus, non poteſt per ſe moueri) vbi torquentur per miniſterium ignis, & voluntatem diuinam, anima vero reprobata deducitur in infernum per miniſterium diaboli, & per eundem torquetur, vt conſtat Lucæ. 16. locus ordinarius purgatorij eſt quædam pars inferni ex diſpenſatione tantùm diuina: aliqui tamen purgantur in alijs locis peculiaribus. Vide S. Bonauen. diſt. 20. quarti. art. 1. quæſt. 3. & 5. Sed dices. Quomodo anima cum ſit ſpiritus poteſt pati ab igne corporeo? Reſpondeo cum Soto diſt. 19. q. 3.





rium iniuriæ illatæ. Sed homo offendit Deum, diligendo aliquod bonum inordinatè vtile aut delectabile: ergo homo debet ſatisfacere, priuando ſe aliquo tali bono 89. Ad hanc ergo pœnam temporalem luendam in purgatorio redimendam imponitur pœnitentia peccatori con

art. 2. quòd ignis per potentiam diuinam cauſat in animam eandem triſtitiam quam haberet ſi eſſet vnita corpori, imo maiorem, cū anima ſeparata habeat perſpicaciores potentias. Damnatur vero poſt aſſumptionem corporis duplici pœna punientur, ſcilicet, in corpore & anima. Et, licet animæ in purgatorio mediantibus illis pœnis ſatisfaciant, non tamen merentur aliquid, ſicut nec poſſunt ibi demereri, quia iam ſunt extra viam, quando non eſt locus merendi nec demerendi. Ait enim Chriſtus Ioan. 9. Me autem oportet operari opera eius qui miſit me: donec dies eſt. Et alibi: Operamini dum lucem habetis: veniet nox quādo nemo operari poterit. Et illud Eccleſ. 9. Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare: quia apud inferos nec eſt locus nec eſt ratio, &c.

89 Sufficit quòd opus ex natura ſua ſit pœnale quanuis nobis non ingerat pœnam, vt eleemoſyna facta ab homine ditiſsimo, aut ieiunium ab homine temperatiſsimo. Omnia opera pœnalia ad illa tria genera reducuntur, ſcilicet, ad orationem, ieiunium, eleemoſynam: nam ſub ieiunio includuntur flagella, vigiliæ, peregrinationes, ſub eleemoſyna omnia opera miſericordiæ. Oratio autem mentalis eſt laborioſa non animæ ſed corpori, & hoc ſufficit vt ſit ſatisfactoria. Reducuntur enim ad hæc tria genera, quia omne peccatum aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, & cum teneamur ſatisfacere

fitenti peccata ſua. Et per pœnitentiam intellige opus aliquod pœnale quod poſsit eſſe ſatisfactorium, vt ieiuniũ, eleemoſyna, &c. Et pro huiuſmodi opere pœnali accipitur ſatisfactio, quando communiter dicitur, quòd partes huius ſacramenti, ſunt ex parte pœnitentis, cordis contritio, oris confeſsio, & operis ſatisfactio. Satisfactio enim eſt pro illata iniuria voluntaria

per ſuum contrarium, ieiunium correſpondeat concupiſcétiæ carnis, eleemoſyna concupiſcentiæ oculorum, quæ eſt auaritia, oratio, ſuperbiæ vitæ. Verum tamen eſt quòd poſſumus ſatisfacere per quodcunque horum pro quocunque peccato. Hunc tamen modum debet ſeruare confeſſor pro imponenda pœnitentia quando fuerit medicinalis. Per flagella quæ mittuntur à Deo, poſſumus ſatisfacere pro peccatis iam dimiſsis, ſicut animæ exiſtentes in purgatorio ſatisfaciunt per tormenta eis inflicta. Quæ flagella ſi ſpecialiter mittuntur à Deo in pœnas peccatorum, erunt ſatisfactoria ſecundùm quantitatem doloris, inſtar tormentorum quæ infliguntur in purgatorio, & pœnitentiarum quæ à ſacerdote imponuntur. Non enim ad ſatisfaciendum per huiuſmodi pœnas ſic emiſſas à Deo, requiritur voluntaria acceptatio, ſed ſufficit quòd patiẽter abſque blaſphemia & murmure ferantur. Flagella vero quæ oriuntur ſecundùm generalem concurſum Dei, & per cauſas naturales, erunt ſatisfactoria ſecundũ quantitatem patientię ſuſtinentium flagella: quia cum huiuſmodi mala non ſint actus iuſtitiæ vindicatiuæ, non erunt ſatisfactoria ex natura ſua, ſed ſecundũ quantitatem patientiæ. Vnde latro ſuſpendendus tantùm ſatisfacit in caſu poſito ſecundùm menſuram patientiæ: non enim

patitur



recõpenſatio 90. Hanç autẽ pœnitẽtiam tenetur acceptare pœnitens. Quia, cum confeſſor ſit iudex ordinarius, poteſt obligare pœnitentem ad aliquam pœnam, aliter fru-

patitur pro furto quatenus eſt offenſa Dei, ſed Reipublicæ.

90 Quanuis ſatisfactio inter homines ſit redditio ęquiualentis inter Deũ & homines non eſt ad æqualitatem, & æquiualentiam iniuriæ ſed iuxta poſsibilitatem & fragilitatem humanam: quia vt dicitur Iſaiæ. 4. Ligna Libani non ſufficerent ad holocauſtum Deo dignũ. Facit enim homo quod in ſe eſt, & Deus habita ratione ad merita filij ſui acceptat noſtra opera ad meritum æternum, & ad ſatisfaciendum pro iniurijs infinitæ maieſtatis. Ad hunc ſenſum ait Ioannes Lucæ. 13. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Vnde per fructus intelligit D. Auguſt. opera ſatisfactoria. Ita diffinitum eſt in Concil. Triden. Seſsi. 6. c. 4. Et quando dicitur quòd ſatisfactio debet fieri ex operibus alias indebitis, non intelligas de alias indebitis ratione præcepti (nam huiuſmodi opera poterit ſacerdos ſi ei placuerit applicare & aſsignare pro pœnitentia peccatorum, vt ieiunium quadrageſimale, ſolutio horarum canonicarum, &c.) ſed debes intelligere de operibus alias indebitis ratione alterius delicti, ſcilicet, peccati. Verbi gratia. Si impoſita eſſet alicui peregrinatio pro apoſtaſia à fide, & rurſus imponatur ei eadem peregrinatio, ſcilicet, ad Sanctum Iacobum pro blaſphemia, non poterit eadem peregrinatione ſatisfacere illi duplici obligationi, ſiue talis pœnitentia ſit impoſita ab eodem confeſſore, ſiue ab alio, niſi relaxãdo priorem obligationem, ſiquidem talis peregrinatio iam erat debita pro apoſtaſia. Et ita intelligendus eſt Scotus diſt. 15. quæſt. 1. quem ſequuntur Palud. ead. diſt. q. 1. art. 2. & Sylu. verbo, Satisfactio. §. 8. & Gab. diſt. 16. q. 2. art. 1. Aduerte tamen ꝙ tunc ſolũ pœnitens poteſt ſatisfacere per opera debi

 ta

ſtra eſſet eius iuriſdictio 91. Non ſolum data eſt ſacerdoti poteſtas abſoluendi, ſed ligandi per pœnitentiam. Nam congruum eſt, quòd pœnitens qui ſubijcitur iudicio ſacerdotis quo ad abſolutionem, ſubijciatur etiam quo ad obligationem pœnę: maximè quia aliquando imponitur pœnitentia non ſolum, vt ſit ſatisfactoria, ſed etiam vt ſit ſalutaris medicina: vt dicitur in capit. omnis vtriuſque ſexus. Et, cum cuicunque peccato reſpondeat certa, & determinata pœna in diuino iudicio: non remittitur omnis pœna peccatis debita per quamcunque pœnitentiam impoſitam à ſacerdote, ſed quando iniungit pœnitentiam circa latitudinis terminum pœnæ debitæ. Verbi gratia. Si peccato luxuriæ di-
miſſo

ta ratione præcepti, quando huiuſmodi inſinuatur à ſacerdote dicendo, impono tibi pœnitẽtiam ieiunium quadrageſimale. Quia quando ſacerdos nihil dixit, ſed præcipit ieiunium decem dierum, hæc pœnitentia non eſt adimplẽda operibus debitis ratione præcepti, aut voti, ſiue obedientiæ, ſed operibus nullo modo debitis: quia pœnitentia ſemper obligat ſecundùm mentem & intentionem ſacerdotis, & ſacerdos niſi contrarium explicet, ſemper intelligit quòd impleatur pœnitentia de operibus aliàs indebitis. Ita Scot. diſt. 19. quæſt. 2. art. 1. & Palud. vbi ſupra.

91 Hæc doctrina eſt D. Tho. diſt. 18. quarti. quæſt. 1. art. 3. & Ricard. eadem diſt. art. 1. quæſt. 5.



miſſo reſpondeat pœna. 10. dierum in purgatorio, & huiuſmodi ſecundùm æqualitatem poſsit remitti, aut redimi per 10. dies ieiunij, ſi ſacerdos imponat ſeptem tantum dies, redimetur pœna. Quia ſacerdos eſt iudex arbiter inter Deum & hominem, qui non tenetur iudicare ſecundùm voluntatem alterius partis, aut ſecundùm omnem æqualitatem, ſed potius ſecundùm iudicium boni viri plus, minuſve. Si verò ſacerdos imperat tantùm tres dies ieiunij: tunc non remittitur tota pœna ſed pro rata: reſiduum autem patietur pœnitens in purgatorio. Quia quando clauis errat, nõ acceptatur ſententia ſacerdotis in cælo. Optimum erit conſilium, ſi ſacerdos imponat pœnitenti, vt accipiat aliquas indulgẽtias: quia per illas remittetur pœna Purgatorij 92. Pœniten-

& ante eos Magiſt. Senten. diſt. 16. contra Scotũ diſt. 18. dicentem ꝙ pœnitẽs nõ tenetur acceptare pœnitentiam tamẽ poſt ſemel acceptatam, tenetur illã adimplere, Caiet. verò in tract. de ſatiſfact. quęſt. 2. inquit, quòd nec tenetur eam acceptare, nec poſt eam acceptatã adimplere, quia huiuſmodi acceptatio non fuit votum, nec præceptum. Opinio Scoti eſt probabilis, ſed opinio Diui Tho. & Ricar. ſecurior: opinio tamen Caieta. à nullo approbatur.

92 Quanuis exiſtẽs in mortali poſſit ſatiſfacere præ-

 cepto

tia iuſta impoſita ab vno ſacerdote, non poteſt relaxari etiam audita confeſsione, ab æquali: quia par in parem nõ habet imperiũ. Si autem pœnitentia fuerit iniuſta, poterit

cepto adimplendi pœnitentiam: ſicut exiſtens in mortali recitans horas, aut ieiunans ſatisfacit pręcepto ſolutionis horarum, & ieiunandi: non tamẽ poteſt per opera facta extra charitatem (ſiue ſint impoſita huiuſmodi opera in pœnitentiam, ſiue non) ſatisfacere pro pœna luenda in purgatorio: quia de lege impoſsibile eſt aliquis ſatisfacere niſi in virtute paſsionis Chriſti (non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri (inquit Petrus) & paſsio Chriſti non applicatur exiſtentibus in peccato mortali: maximè quia ſatisfactio non ſolum eſt actus iuſtitiæ vindicatiuæ, ſed commutatiuæ & amicitiæ: ſiquidem voluntariè ſatisfacimus pro pœna, quæ eſt quodammodo ſatisfacere pro culpa quæ nunquam perfectè dimittitur donec ſoluatur omnis pœna: iuxta illud libri Machab. Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur: & qui perſeuerat in peccato non poteſt offerre Deo actum amicitiæ, ſiue reconciliationis, & per conſequens nec ſatisfacere pro pœna debita peccatis. Ait enim Paulus. 1. Corint. 13. Si diſtribuero omnes facultates meas, &c. charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt, ergo neque ad ſatisfactionem ſufficiunt. Hæc doctrina eſt omnium antiquorum, ſcilicet, Alexan. Alenſ. 4. parte, quæſtione. 85. & D. Bonauent. diſtinctione. 15. articulo. 1. quæſtione. 3. Ricard. ead. diſtinct. articulo. 1. quæſtione. 5. & D. Thom. ibidem quæſtione. 1. articulo. 3. & Durand. quæſt. 5. & Syluest. verbo, Satisfactio. §. 7. contra Scot. diſtinctione 15. quæſtione. 1. articulo. 4. aſſerentem, quòd licet exiſtens in mortali non poſsit ſatisfacere pro peccatis nondum dimiſsis, bene tamen pro dimiſsis. Proponit hanc opinionem

perquàm



alius ſacerdos quicunque iterum audiendo confeſsionem illã relaxare: quia claue errante nõ erat neceſſario acceptanda: & ita per ſubiectionẽ, ſiue acceptationem non ſe obli-

perquàm modeſtè. Ait enim quod ſine præiudicio eam defendit. Scotum ſequuntur Gabr. diſt. 16. quæſtione. 5. & Palud. diſt. 15. quæſtione. 1. articul. 3. concluſione. 4. Nec huiuſmodi opera facta extra charitatem reuiuiſcunt quoad ſatisfactionem poſt peractam pœnitentiam, quia cum nullo modo fuerint acceptata, nullibi erant, vt poſsint reuiuiſcere. Hoc vltimum eſt contra Caiet. tractatu de ſatisfact. quæſtione. 2. cuius fundamentum eſt, quia ſacramentum pœnitentiæ ſortitur ſuum effectum recedente fictione ad modum baptiſmi. Hoc tamen fundamentum eſt nullum, cum ſatisfactio non ſit pars eſſentialis pœnitentiæ, ſed integralis. Et licet huiuſmodi opera non ſint ſatisfactoria, nec meritoria, etiam bonorum temporalium (quia peccator non eſt dignus pane quo veſcitur) bene tamen ſunt impetratoria quorundam bonorum temporalium. Exodi. 1. dicitur, quòd obſtetricibus AEgyptiorum ædificauit Deus domos, eo quòd noluerunt parere mandato Pharaonis præcipientis vt ſuffocarent maſculos Hebræorum. Et D. Auguſt. libro. 5. de Ciuitate Dei, capit. 12. & 15. inquit, Deum dediſſe Romanis imperium propter ſtrenua eorum moralia opera. Et Ezechie. 19. legimus, Deum dediſſe Nabuchdonoſor terram AEgypti propter obſequium quod exhibuerat Deo. Similiter huiuſmodi opera impetrant diuinum auxilium ad cauenda noua peccata, & pœnitendũ de præteritis. Ita intelligitur illud Eccl. 10. Ignem ardẽtem extinguit aqua: & eleemoſyna peccatum. Et Dan. capit. 4. conſulebat Nabuchdonoſor: Crede mihi, Rex, peccata tua eleemoſynis redime. Valent ſimiliter ad impetranda ſuffragia Sanctorum, iuxta illud Iob cap. 5. Voca ſi eſt qui reſpondeat tibi,

& ad

& ad aliquem ſanctorum conuertere. Vide Magiſt. Vega lib. 6. cap. 11. vbi refert Cyrillum dicentem, quod illi Iudei qui erant bene morigerati crediderũt in Chriſto, quia bonis moribus impetrauerunt Dei miſericordiam, & auxilium ad credẽdum.

gauit. Non tamen poteſt relaxari, niſi audita confeſſione, quia aliter non poterit ſacerdos iudicare eſſe iniuſtã: non enim poteſt iudex proferre ſententiam, incognita cauſa. Et, licet vnus poſsit ſatisfacere pro alio, videlicet, vnus viator pro alio viatore, & hoc de rigore iuſtitiæ, ſeu per modum ſuffragij pro animabus purgatorij (prout ſupra dictum eſt) non tamen poteſt vnus adimplere pœnitentiam alterius. Pœnitentiam (inquam) impoſitam à ſacerdote, niſi hoc ſacerdos conſenſerit: quia pœnitentia non ſolùm eſt ſatisfactoria, ſed medicinalis. Et, quando ſacerdos hoc concedit, tantùm applicatur tunc vt ſatisfactoriá: & per conſequens poteſt per alium impleri.

## De ſigillo confeſsionis. Cap. X.

SACERDOS non poteſt manifeſtare qualem pœnitentiam impoſuit tali pœnitenti: quia tunc reuelaret confeſsionem: maximè



mè ſi pœnitentia eſt talis, quæ non ſolet imponi, niſi propter peccata mortalia, aut grauiſsima venialia. Et ſigillum confeſsionis eſt de iure diuino, naturali & Eccleſiaſtico. Si enim aliquo modo liceret ſacerdotibus reuelare confeſsionem, ſacramentum pœnitentiæ eſſet omnibus exoſum, & ſic funditus periret hoc ſacramentum ad ſalutem ſimpliciter neceſſariũ: atque ita hoc timore ſine ſacramento perirent. Vnde in cap. omnis vtriuſque ſexus, reuelatores confeſsionum præcipiuntur deponi, & in monaſterio perpetuo detrudi ad pœnitẽdum. Hoc intellige, etiam ſi pœnitens confiteatur peccata abſque propoſito cauendi peccatum: imo cum intentione committendi illud, quam ipſemet pœnitens explicat, dummodo confiteatur peccata ſua ſacramentaliter, ſcilicet, accuſando ſe coram Deo. Veluti ſi dicat: Confiteor hoc peccatum hæreſis, & modo habere intentionem inducendi aliquem ad eandem hæreſim: quia abſque diſcrimine præcipitur ſigillũ confeſsionis. Non enim facienda ſunt mala vt inde veniant bona, ideſt, non eſt detegendum peccatum hæreſis, vt inde veniat bonum, ſcilicet, euitatio hæreſis. Poterit tamen ſacerdos gene-

generaliter dicere prælato, vt caueat, ne forte in ſua Eccleſia pullulent hæreſes. Et hoc nimis cautè, dummodo non timeatur peccatorum reuelatio [93]. Hæc doctrina eſt contra Panormitan. in cap. omnis vtriuſque ſexus: dicerem: eſt hæreſis crimen quod nec confeſsio celat. Si verò peccator proponat ſuum crimen, non accuſando ſeipſum coram Deo, ſed inducendo ſacerdotem in ſuum errorem, vel in ſuam ſententiam: non tenetur ſacerdos celare huiuſmodi peccata: imo tenetur reuelare hoc ſecretum Inquiſitoribus. Probatur. Quia huiuſmodi cōfeſsio non eſt ſacramentalis: ſed modus occultè dogmatizandi. Ex quo ſequitur, quòd, ſi aliquis in confeſsione ambiret ſuffragium cōfeſſoris ad aliquam dignitatem, vel precibus, vel pecunia: tale peccatum non cadit ſub ſigillo confeſsionis: & de ſimilibus ſimile erit iudicium [94]. Et nō ſolùm tenetur ſacerdos celare confeſsionē quoad peccata mortalia ſub reatu



93 Eſt doctrina Scoti diſt. 21. 4. q. 2. in ſolutione ad argumenta. & Ricardi eadem diſtin. quæſt. 2. art. 1. & D. Tho. eadem diſtin. q. 3. & Caiet. quodlib. 1. q. 11. contra Panormitan. & Sylueſt. verbo Confeſſor. 1. §.

94 Hæc eſt ſententia Caiet. vbi ſupra, & Duran. diſt. 21. quarti. quæſt. 4. ad vltimum.



peccati mortalis, ſed etiam venialia: quia ex reuelatione venialium etiā daretur occaſio deterrendi alios à cōfeſsione. Et Conci. in. c. Omnis vtriuſque ſexus. ſine diſcrimine loquitur. Et pœna grauis nunquā ponitur niſi propter peccatum mortale [95]. Similiter non ſolū tenetur celare peccata pœnitentis, ſed etiā ipſum participantem [96], quia ſimiliter deterreretur pœnitens à cōfeſsione, ſi hoc liceret. Non tamen reuelaret cōfeſsionem qui diceret Petrus confeſſus eſt mihi peccata ſua dummodo non addat mortalia, vt ait Caiet. verbo, Cōfeſſor, quia reuelatio nō eſt rei cognitæ ſed incognitæ, & omnibus notū eſt, ꝙ pœnitens confitetur ſua peccata. Reuelabit tamen confeſsionem, ſi dicat abſolutè: Non abſolui pœnitentē, niſi addat quia non finiuit pœnitentiam. Nec licet laudare pœnitentem, quando ex laudibus vnius, inſinuetur, alium pœnitentem eſſe minus laude dignū: hoc enim eſſet ſigno reuelare confeſsionem. Veluti, ſi audita cōfeſsione duorum fratrū, vel ſororum laudet vnū præ alio.



95 Imponitur enim pœna carceris perpetuæ, & depoſitionis contra reuelatores confeſsionum.

96 Vt inquit Scotus diſtinct. 21. q. 2. & Ricar. eadem diſtinctio. & Sylueſt. verbo, Confeſſor. tertio.

97 Quos refert Gabr. diſt. 21. contra Alexan. Alenſ. 4. par. quæſt. 78. mébro. 2. quem ſequitur Scot. vbi ſupra in ſolutione ad primum. & Duran. diſtin. 21. quæſt. 4. ad ſecundum. & ſumma Angelica, verbo Cõfeſsio. 3. §. 3. qui debét intelligi citra caſum neceſsitatis.

In generali vero ratione diſputationis, vel prupter aliquam cauſam licitam, licitũ erit reuelare peccata audita in confeſsione, dummodo cautè fiat: prout conſtat in capit. officij, & omnis vtriuſque ſexus. Circa conſultationem, aut cauſam vrgentem temerarium eſſet, reuelare peccata etiam in generali, non tamen violatur ſigillum. Ex facultate pœnitentis licitum erit, aliqua ex cauſa reuelare aliquod peccatum, quanuis illud non narret extra confeſsionem, vt tenent S. Thom. & S. Bonauent. 97 Nam iſtæ ſunt æquiualentes: Concedo tibi facultatem reuelandi furtum: & dicere extra confeſsionem: ſcias quòd commiſi furtum: ſed tutius erit, quod illud peccatum narret extra confeſsionem: quia lex de ſigillo confeſsionis, non eſt introducta in fauorem & gratiã ſolius pœnitentis, ſed totius Eccleſiæ, cui legi non poteſt cedere vnus pœnitens, ſicut clericus renuntiare Canonem ſi quis ſuadente diabolo, &c.

Quod autem ſacerdos ſcit duplici via, ſcilicet,



cet, in confeſsione, & extra: bene poteſt reuelare, & proponere in iudicio: quia tale peccatum non reuelatur, quatenus notum in confeſsione: ex oppoſito enim multa crimina manerét impunita. Veluti ſi teſtis alicuius criminis eſſet ſacerdos, cui criminoſus poſt patratum flagitiũ confiteretur 98. Et in caſu, quòd ſacerdos non poſſet confiteri aliquod peccatum, aut circunſtantiam, abſque reuelatione confeſsionis, non tenetur confiteri tale peccatum illi confeſſori, quia ſigillum confeſsionis magis obligat (cum ſit de iure naturali) quàm integritas confeſsionis, quæ eſt de iure poſitiuo. Non enim habet tunc reſpectu illius peccati confeſſorem ſufficientem. Similiter ſacerdos non poteſt repellere aliquem propter crimen in ſola confeſsione cognitum ab aliquo actu, ſeu ei publicè negare ſuffragium ad aliquam dignitatem, ſi tenetur reddere præciſam cauſam: quare negat ei ſuffragium. Secus autem, ſi poteſt dare alias cauſas quanuis minus ſufficientes 99. Nec licet confeſ-

98 Hæc doctrina eſt omnium Doctorum contra Altiſiodorenſem, quem refert Gabriel diſtinctione. 21.

99 Ex quo ſequitur quòd Prouincialis non poteſt deponere Guardianum propter crimẽ quod tantum nouit in cõfeſsione

ſori communicare cum pœnitente aliquod peccatum ſibi notum per ſolam confeſſionem ipſius pœnitẽtis 100: quia illa quæ ſacerdos ſcit in foro conſcientiæ non licet alloqui in aliquo caſu vt purus homo, quanuis ſub iuramento, & cõminatione mortis interrogetur à iudice vel tyranno. Potius autem tenetur ſubire mortem, quàm reuelare aliquod peccatũ 101, vſque adeo obligat ſigillum confeſsionis.

feſsione poteſt tamen ei refragari in diffinitorio, quia ibi nulla aſsignatur cauſa. Similiter Guardianus poteſt reuocare ianitorẽ, aut ſacriſtam à ſuis officijs. Nulla enim tũc inſinuaretur reuelatio confeſsionis: ſiquidem huiuſmodi officia reuocantur abſque cauſa per ſolam voluntatẽm prælati.

100 Vt affirmat Soto diſt. 18. quarti. quæſtio. 4. vſque adeo eſt inuiolabile ſigillum confeſsionis.

101 Si ſacerdos interrogetur à tyranno an ſciat aliquod peccatum & hoc, ſiue interrogetur ſimplici verbo, ſiue iuramento, poterit reſpondere ſe neſcire illud, quanuis illud audierit in confeſsione, quia illud propriè ſcitur, quòd oculis percipitur. Hoc intellige dummodo non habeat aliunde notitiam. Hæc doctrina eſt Ricard. diſtin. 21. articulo. 4. quæſtione. 2. ad tertium. & D. Bonauent. eadem diſtinctione. & Durand. ibidem. quæſtione. 4. ad primum. quos ſequitur Adrianus quæſtione. 9. de ſigillo confeſsionis. ad ſecundum. contra Gabr. diſtinct. 21. quæſtione. 1. articulo. 3. dicentem, quòd tenetur tacere. Si verò ſacerdos impellatur à tyranno vt reſpondeat per verbum audire, poterit ſacerdos dicere, ſe nihil in confeſsione audiuiſſe, intelligendo,

quòd



quòd non audiuit vt purus homo, quia ſic non mentitur: ſiquidem illud non audiuit niſi vt miniſter Chriſti. Hæc doctrina eſt Ricard. diſtinctione. 21. articulo. 4. quæſtio. 1. in corpore quæſtionis, & quæſtione. 2. ad tertium. quem ſequitur Adrianus quæſtione vltima de correctione fraterna. notabili ad argumenta. § ad tertium principale, contra Magiſtrum Sotum Relectione de ſigillo ſecreti memb. 3. quæſtione. 3. dubio. 1. poſt quartam concluſionem. Si iterum compellatur à tyranno an illud audierit tanquam Deus tunc poterit reſpondere, quòd non audiuit aliquid tanquam Deus, intelligendo vt cauſa principalis, non autem vt miniſterialis. Et ſi impius tyrannus conſcius huius amphibologiæ, iterum interroget, an illud audiret vt miniſter Chriſti, tunc eſt tacendum, & potius ſubeunda eſt mors quàm detegenda confeſsio. Nec tacendo inſinuat crimen ſibi per ſolam confeſsionem notum ſed tyrannus hoc intelligit ex ſua malitia, vel tunc Deus qui nunquam deficit in neceſſarijs reuelabit quid faciendum ſit. Et ſimili modo poterit reſpondere per verba amphibologica teſtis iudici illegitimè interroganti etiam cum iuramento, vſque dum ſic interrogetur quòd non poſsit negare abſque mendacio & periurio, quia in tali euentu debet tacere, ſi illegitimè interrogetur: quia potius debet homo pati mortem, quàm per mendacium, aut periurium, ſuum offendere creatorem: cui debetur obedientia, laus & honor, per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

# TRACTATVS VII.
## De ſacramento Extremæ vnctionis.

EXTREMA vnctio eſt quintum ſacramētum nouæ legis inſtitutum à Chriſto (ſiquidem ipſe ſolus poteſt inſtituere ſacramentum) non autem ab Eccleſia. Ita diffinitur in Concil. Florent. & Triden. Seſsione. 14. can. 1. quod inſinuatur quando Marci. 16. dicitur, quòd Apoſtoli vngebant infirmos oleo ſancto, & ſanabantur. Fuit tamen promulgatum à Diuo Iacobo cap. 5. ſuæ epiſtolæ dicente: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ vngentes eos oleo, & orent pro eo, & alleuiabit eum Dominus. Et, ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Ex qua authoritate colligitur, qualis ſit miniſter, materia, & forma, & effectus huius ſacramenti. Primo, Miniſter neceſſarius eſt ſacerdos. Inducat presbyteros Eccleſiæ. Ita diffinitur in Concil. Triden. & in cap. quæſiui. de verbor. ſignific. legitimus miniſter eſt proprius ſacerdos. Si autem miniſtrauerit illud alienus: erit verum ſacramen-

tum



tum, quanuis peccet mortaliter qui hoc fecerit abſque licentia proprij [1]. Et, ſi fuerit religioſus, erit excommunicatus. In caſu tamen neceſsitatis quilibet poterit, quanuis ſit religioſus, quia tunc eſt actus charitatis [2].

Materia huius ſacramenti eſt oleum oliuarum conſecratum ab Epiſcopo, vt habetur ex traditione Eccleſiæ, & diffinitur in Concil. Trident. & colligitur ex verbis Diui Iacobi, vngentes eum oleo. Non erit ſufficiens oleum aliorum ſuccum, nec ſolùm oliuarum, ſi non fuerit benedictum ab Epiſcopo, vel ab alio ſacerdote authoritate Papæ [3], prout ſupra dictum eſt de materia confirmationis.

Forma præciſa huius ſacramenti eſt iſta: Indulgeat tibi Deus, quicquid peccaſti per viſum, ſiue auditum, &c. in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Non enim debet fieri per verbum indicatiui modi vt dicunt Græci, videlicet, Vngo oculos tuos oleo, & indulgeo,

1 Prout diffinitur in Clem. Papæ. de priuilegijs.

2 Ita tenet Caie. verbo, Excommunicatio, excommunicatione. 64.

3 Ita docet Caiet. 3. par. quæſt. 71. artic. 2. & ratio eſt, quia eſſe benedictū ab Epiſcopo nō eſt ex iure diuino ſed poſitiuo, & ita Papa poteſt in hoc diſpēſare.

 quicquid

4 Hæc doctrina eſt contra Scotum, Diuum Bonauentu ram,& Durand. dicentes, quòd proprius effectus huius ſacramenti eſt remiſsio venialium, quorum fundamentum ſunt verba Diui Iacobi, ſcilicet,ſi in peccatis fuerit remittentur ei,& Concil. Trident. cap. 3. vbi dicitur,quòd remiſsio peccatorum eſt effectus huius ſacramenti. Quæ omnia debent intelligi de effectu communi,non autem de peculiari.

quicquid peccaſti, &c. quia ait Iacobus, & orent presbyteri. Oratio autem ſolum fit per verbum optatiui modi, & non indicatiui. Ita diffinitur in Concilio Florent. & Trident.

Per hoc ſacramentum remittuntur peccata venialia, vt inquit Iacobus. Et, ſi in peccatis fuerit, remittũtur ei, &c. quæ remiſsio non poteſt intelligi de mortalibus,ſiquidē peccata mortalia non poſſunt remitti niſi per ſacramentum pœnitentiæ in re, vel in voto (vt ſupra probatum eſt) ergo de venialibus:Ita diffinitur in Concil. Triden.Seſsio.14. cap.3. Hic tamen effectus non eſt peculiaris, & proprius huius ſacramenti, ſed minus principalis, & communis omnibus ſacramentis 4. Peculiaris effectus huius ſacramenti,præter gratiam, quæ datur, eſt auxilium contra tentationes, quas homo patitur tempore mortis. Ita diffinitur in eodem Concilio Tridentino



tino capit.2. 5 Alius effectus minus principalis huius ſacramenti eſt,conferre eam ſalutem corporalem, quæ expedit animæ ſaluti,prout ex verbis Concilij conſtat. Quod inſinuans Iacobus ait:Et oratio alleuiabit infirmũ. Vnde multi recepta vnctione,recipiunt omnino valetudinem, vel differtur mors,vel appropinquatur,prout animæ ſaluti expedit. Vterque effectus inſinuatur per proprietates olei, quod habet duplicē proprietatem,ſcilicet,ſanādi vulnera,& roborandi mēbra. Et ita de neceſsitate huius ſacramenti eſt vnctio corporis,nō totius corporis, ſed quinque ſenſuum, ſcilicet, oculorum, aurium, narium, oris,& manuum: in quibus præcipuè viget ſenſus tactus. Ita habetur ex traditione Eccleſiæ: taliter, ꝙ non erit ſacramentum: niſi

5 Verba Concili, ſunt hæc.Res huius ſacramenti eſt gratia, cuius vnctio ægroti animam alleuiat, & confirmat in eo diuinæ miſericordiæ magnam fiduciam excitando, qua infirmus ſubleuatus & morbi incommoda, ac labores leuius ſuffert, & tentationibus dæmonũ calcaneo inſidiantium facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum, vbi animæ ſaluti expedierit conſequitur. Et ratio dictat, quia nunquam homo indiget tanto auxilio ſicut in mortis inſtanti, & per conſequens Deus qui nunquam deficit in neceſſarijs) hoc auxilium præſtat per gratiam huius ſacramenti.

 fiat

fiat vnctio in quinque ſenſibus. Et ſic non datur gratia vſque ad vnctionem vltimi ſenſus, qua perficitur ſacramentum. Vnctio vero in renibus, ſeu in pedibus non eſt de eſſentia huius ſacramenti, ſed de eius integritate. Et ideo in nonnullis religionibus & quando confertur mulieribus, ratione honeſtatis non fit in renibus, ſed in pectore: quod toleratur ab Eccleſia. Ex quo infertur quòd ſi moreretur infirmus ante vnctionem pedum & renum poſt vnctiones quinque ſenſuum, reciperet verum ſacramentum, & eius effectum. Et licet hoc conſtet pluribus vnctionibus, & formis, eſt tantùm vnum ſacramentum integrale, & nõ multiplex, prout dictum eſt de ſacramento Euchariſtiæ. Et, ſi ante finitam extremam vnctionem contingat miniſtrum mori, aut infirmari: poteſt hoc ſacramentum finiri ab alio ſacerdote, inſtar ſacramenti Euchariſtiæ: prout ſupra dictum eſt. Hoc ſacramentum non debet miniſtrari, niſi petentibus, vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, & ex verbis Iacobi, Inducat preſbyteros Eccleſiæ. Vnde perpetuo amentibus non debet miniſtrari. Fræneticis verò, aut habentibus lucida interualla eſt miniſtrandum, ſi illud



illud in ſalute petierunt. Credendum tamen eſt, eſſe verum ſacramentum, ſi miniſtretur, quanuis illud non petierint (vt dictum eſt de ſacramento Euchariſtiæ.) Paruulis ante vſum rationis non eſt miniſtrandum, quia nondum peccauerunt. Pueris vero qui habent annos diſcretionis, quanuis non ſint capaces ad Euchariſtiam, poteſt miniſtrari. Similiter hoc ſacramentum non debet miniſtrari niſi infirmis: & ſi miniſtretur ſanis non erit verum ſacramentum: quia inquit Iacobus: Infirmatur quis in vobis, &c. Et, ſi quæras, quæ infirmitas requiratur: reſpondeo quòd medici deſperent eius ſalutem. Non tamen requiritur quòd ſit omni ſpe deſtitutus. Ait Iacobus: Inducat presbyteros, &c. & oratio. Et talis oratio, vel ſanitas cauſata per orationem, quanuis ſit ſupernaturalis: non tamen eſt miraculoſa quia fit ex lege diuina. Hac enim ratione non eſt miniſtranda damnatis ad mortem, ſeu exiſtentibus in periculo mortis violentæ: non enim erit verum ſacramentum. Bene tamen poteſt miniſtrari confoſſo vulneribus, quia, licet per mortem violentam, infirmatur. Hoc ſacramentum eſt itera-

iterabile 6, quotieſcunq; huiuſmodi neceſsitas vrget. Et in eadem infirmitate poteſt iterari, dummodo infirmus poſt ſuſceptam vnctionem euaſerit periculum mortis, ſi poſtea, nondum finita infirmitate, conſtituitur in mortis articulo: ſiquidem tunc eget ſpirituali auxilio, & gratia Dei: quam nobis impertiri dignetur: & poſtea vitam æternam.

6 Cum non imprimat characterem & ſit inſtitutum in remedium contra peccata, & tentationes dæmonum, & ad ſalutem corporis animæ conuenientem aſſequendam: quando homo eſt omni ſpe deſtitutus.

# TRACTATVS VIII.
## De ſacramento Ordinis.

SEXTVM ſacramentũ collatiuum gratię nouæ legis eſt Ordo 7. Et nihil aliud eſt Ordinis ſacramentum, quàm illa cæremonia exterior, qua imprimitur character, & confertur gratia. Sacramentum enim debet eſſe ſignum ſenſibile:



ſibile: & taliter ſe habet illa cæremonia exterior, per quã imprimitur character: vt in ſacerdotio, cuius poteſtas eſt duplex, ſcilicet, conſecrandi & abſoluendi. Prima datur per traditionem calicis cum vino, & aqua, & patena cum hoſtia quæ ſunt materia huius ſacramenti, & ſimul proferente verba Epiſcopo: Accipe poteſtatẽ celebrandi Miſſam pro viuis & defunctis: quæ eſt vera forma. Poteſtas vero abſoluendi traditur per impoſitionem manus Epi ſimul proferẽtis hęc verba: Accipe Spiritũ ſanctũ: quorũ remiſeris peccata, &c. Similiter in Diaconatu per traditionẽ libri Euãgelij, & in Subdiaconatu, per traditionẽ calicis vacui & patenæ, ſubſequẽtibꝰ verbis quę in cęremoniali ipſorũ cõtinentur. Ita diffinitur verbo,

7 Non eſt ordo ſacramentum nouæ legis, prout dicit tãtum relationem inter diuerſos gradus dignitatis, ſecundùm illud Pauli. 1. Corin. 12. Diuiſiones gratiarum, &c. vbi per gratias intelligit Apoſtolus dona data ad vtilitatem Eccleſiæ: non enim omnes ſunt æquales (vt dicebat Lutherus) imo Deꝰ, prout dicit idem Paulus ad Philippen. 4. Quoſdam dedit Apoſtolos, ideſt, Epiſcopos, &c. nec ordo eſt ſacramentum, prout ſignificat characterẽ ſacerdotalẽ, ideſt, poteſtatẽ ſpiritualem ſupra corpus Chriſti verũ & myſticũ, ſcilicet, conſecrandi & abſoluendi; quæ poteſtas inuenitur in ſolis ſacerdotibus: nec enim omnes ſunt ſacerdotes, vt conſequutiuè aſſerebat Lutherus, aliter fruſtra Act. 4. Apoſtoli per ciuitates conſtituebant presbyteros, & abſque ratione Paul. 1. Corin. 9. prohibebat Timotheũ imponere manus homini ſcito, & per impoſitionẽ manuum intelligitur ordo ſacerdotalis, prout explicat Caſtro aduerſus hæreſ.

in Concil. Florent. Et ex eodem Concilio patet, conferre hoc ſacramẽtum gratiam 8, & imprimere characterem indelebilem. Et idem dicendum eſt in ordinatione Diaconatus, & Subdiaconatus. Ordines vero minores, vt hoſtiariatus, &c. non ſunt ſacramenta, ſed ſacramẽtalia, ideo non conferunt gratiam nec imprimunt characterẽ. Quia per tres tantum ordines maiores deputantur homines ad aliquod munus ſpirituale: vt ſacerdos ad conſecrandum, & abſoluendum: Diaconus ad legendum & prædicandũ Euangelium: & ad miniſtrandum ſanguinem ſacerdoti: & Subdiaconus ad legendum Epiſtolam in Eccleſia. Itaque nullus non ordinatus poteſt exercere ſolenniter (hoc eſt) cum veſtibus ſacris, huiuſmo

di mi-

verbo, Sacerdotes, ex quo colligitur, ordinem eſſe ſacramentum, quatenus accipitur pro ipſa ordinatione, ſeu cæremonia qua imprimitur character.

8 Conſtat etiam ex ſacris literis. 1. Timoth. 4. Noli negligere gratiá quæ eſt in te per impoſitionem presbyterij. Idem dicitur capit. 5. & 2. Corin. 3. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Idem dicendum eſt in ordinatione Diaconatus, & Subdiaconatus. Quia poſtquam Apoſtolus. 1. ad Timoth. 3. depinxit mores Epiſcoporũ, deſcripſit ſimiliter mores Diaconorum videlicet debere eſſe pudicos, &c. quibus virtutibus fulgere non poſſunt ſine gratia Spiritus ſancti. Idem de ſubdiaconibus. Qui



di miniſteria ſub pœna irregularitatis. Et, quamuis quælibet poteſtas diſtinguatur ab alia in vno & eodem, non traditur per diuerſos characteres, ſed per vnum magis extenſum: ſicut nec ordo Epiſcopalis diſtinguitur à ſacerdotio, niſi penes perfectum, & minus perfectum. Siquidem Epiſcopatus præſupponit poteſtatem conſecrandi, & abſoluendi, & inſuper inſtituendi alios ſacerdotes. Nam perfectio eſt in omni re poſſe generare ſibi ſimilẽ: quod non poteſt facere ſimplex ſacerdos. Vnde ſolus Epiſcopus eſt miniſter ſacramenti Ordinis, prout in eodem Concil. Florent. diffinitur. Neque ex commiſſione Papæ poteſt conuenire alicui non Epiſcopo talis adminiſtratio: prout conſtat ex conſuetudine Eccleſiæ. Quod enim competit præciſè alicui ratione characteris: non poteſt non ordinato conuenire aliquo modo. Minores vero ordines de facto poſſunt conferri à ſacerdote non Epiſcopo ex commiſſione Papæ, vel ex lege, vel ex conſuetudine, prout diffinitur in cap. quando. & in cap. cum contingat. de ætate, & qualitate. Et quando dicimus, Epiſcopum poſſe admini

ſtrare

enim prohibetur cõtrahere ab Eccleſia, ſunt presbyteri.

ſtrare hoc ſacramentum, intellige, quamuis Epiſcopus ſit hæreticus, aut ordinatus ab hæretico, ſi fuit ordinatus in forma catholicæ Eccleſiæ, prout diffinitur in capit. Quod quid. 1. quæſt. 1. & in capit. ſicut ſemel. 68. diſtinct. Idem dicendum eſt de Epiſcopo ſuſpenſo & degradato: fundatur enim poteſtas ordinis in charactere indelebili. Peccat tamen mortaliter ſic miniſtrans, & recipiens manet irregularis: prout infra dicetur.

## De ætate & qualitate ordinãdorũ. Capit. II.

Impedimẽta reſpectu huius ſacramẽti ſunt in duplici differentia. Quædam impediunt veritatem ſacramenti: quædam verò non tollunt ipſam veritatem Sacramenti, ſed impediunt ordinis receptionem ratione præcepti: ita quòd peccat mortaliter ſic recipiens: & incurrit in aliquam pœnam Canonicam.

2 Prima impedientia, impedimenta veritatem huius Sacramenti ſunt ſexus fœmineus, aut hermaphroditus, antequam ſexum eligat, ſeu defectus baptiſmi. Sexus enim fœmineus impe-



impedit receptionẽ Ordinis, ita, ꝙ iure diuino nullum Ordinis characterẽ recipere poteſt. Solis enim viris dictum eſt: Hoc facite in meã cõmemorationẽ: &, Accipite Spiritum ſanctum: quorũ remiſeritis peccata, &c. 9 De non baptizato conſtat, quia per baptiſmum tantũ, poteſtas recipiendi ſacramenta traditur.

9 Non enim eſt mulier alicuius poteſtatis ſeu iuriſdictionis ſpiritualis capax. Ait Paulus. 1. Corinth. 2. Mulierem in Eccleſia docere non permitto, nec dominari in virum, ſed in ſilentio diſcat cũ omni ſubiectione. Si enim non poſſunt loqui in Eccleſia, neque ordinari, cum loquutio in Eccleſia expectet ad dignitatem ſacerdotalem.

Loquendo verò de impedimentis, quæ non tollunt rationem ſacramẽti, ſed ſolùm impediunt ratione præcepti: dico eſſe omnes irregularitates. Pro cuius explicatione aduerte, ꝙ irregularitas eſt pœna perpetua, quæ præſupponit capacitatem ad ſacros ordines. Dicitur pœna perpetua, ad differentiam aliarum pœnarum Canonicarum quæ impediunt ad tempus exequutionem Ordinum, aut eorum receptionem. Vt excommunicatio impedit receptionem durante excommunicatione: ſimiliter de ſuſpenſo, durante ſuſpenſione. Dicitur, quæ præſupponit capacitatem ad ſacros Ordines

ordines: quia irregularitas eſt pœna quæ imponitur tantùm idoneis ad hoc ſacramentum recipiendum: mulier enim non eſt irregularis, quanuis non poſsit recipere ſacros ordines.

Et omnis irregularitas contingit vno ex tribus modis: aut ratione defectus, aut ratione delicti, aut ratione ſacramenti. Ratione defectus contingit multipliciter. Primò ex defectu ætatis, aut vſus rationis: vt patet per totum titulum de ætate & qualitate ordinandorum. Recipit tamen veros ordines, prout conſtat ex cap. vnico, de clerico per ſaltum promoto. Et ratio hoc dictat. Quia huiuſmodi ſacramentum nõ præſupponit actum humanum in ſuſcipiente: ſufficit enim conſenſus Eccleſiæ; vt in paruulis baptizatis inuitis parẽtibus [10]. Secundo illegitimus eſt irregularis lege Canonica, quominus queat recipere ſacros ordines, ſecluſa diſpenſatione Papæ: vt conſtat ex cap. vt filij: & cap. viuit. de filijs preſbyt. & capit. his qui. eodem titulo. libro ſexto. & in capit. ſuſtulit. de ſeruis non ordinandis. [11] Tertiò eſt irregularis ex parte defectus ſeruus, prout diffinitur in Decreto 34. diſtin. de ſeruis non ordinandis. Si vero Epiſcopus ſciens eius ſeruitutem, ordinauerit ſeruũ, tenetur eius Domino reſtituere duplum. Et, ſi ipſe ſeruus habuerit peculium: tenetur ſe redimere. Si vero ignorante Epiſcopo, & eius Dño, fuerit ordinatus

10 Si arguas cum Duran. aſſerente cõtrariam opinionem diſtinct. 15. quarti, quòd ſaltim requiritur conſenſus proprius aut interpretatiuus parentũ paruuli, quorum neutrum habet paruulus ordinatus abſq; conſenſu parẽtum, dico, per cõſenſum interpretatiuum intelligi cóſenſum eccleſiæ, quæ ſicut inuitis parentibus cóſentit vt paruulus baptizetur, & valet baptiſmus, ſimiliter quòd ordinetur & imprimatur character. Si arguas ex cap. Diaconiſſa 27. q. 1. Vbi dicitur ꝙ Diaconiſſa non debet ordinari ante 40. annos, & ex cap. Presbytera, reſpondeo ſecundum Richard. diſtinctio. vigeſimaquinta. 4. arti. 4. quæſtione. 1. ad ſecundum. quod presbyter idem eſt quòd ſenior presbytera idem eſt quod vidua ſenior, & hæc explicatio eſt Concil. Laodicenſ. cuius verba ſunt. Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur apud nos aut viduæ aut ſeniores in Eccleſia tãquam ordinatas conſtitui non debere decernimus, per Diaconiſſam autem intelligi Abbatiſſam ſecundum gloſſam eiuſdem textus, aut ſecundum Richar. monialem cui dabatur benedictio & poteſtas legendi Euangelium in matutinis.

11 Similiter huiuſmodi filij illegitimi non poſſunt conſtitui prælati, prout diffinitur in cap. Vt filij, & nunc vltimò per conſtitutionem Sixti V. quæ incipit, Cum de omnibus Eccleſijs, hanc vero conſtitutionem reuocauit Gregorius XIIII. Anno Domini. 1591. reducendo illam ad ius cõmune & ſimul confirmando diſpenſationes factas, à miniſtris prouincialibus in ſuis Capitulis & congregationibus, authoritate Apoſtolica & eidem Capitulo concesſit ean-

dem authoritaté diſpenſandi cum illegitimis vt poſsint inſtitui prædicatores lectores & confeſſores: & ſimiliter vt poſsint cóſtitui prælati: vt patet ex eius proprio motu qui incipit, circunſpecta poterit tamé epiſcopus cum illegitimis diſpenſare, vt recipiant ſacros ordines minores, dummodo non ſint geniti ex inceſtu ſeu ſacrilegio, prout cóſtat ex ſupradicta cóſtitutione: ad prælationem vero ſeu maiores ordines, ſolus Papa poterit diſpenſare, quáuis prohibeat factum.

nõ liberatur à ſeruitute, quia hoc eſſet in detrimentũ proprij Domini: neque poterit miniſtrare in ſacris; cum ſit ordinatus non ſecũdum ius. Quartò eſt irregularis corpore vitiatus, ſi vitium corporis impediat miniſterium, vt abſciſsio pollicis: vel cauſet horrorem, vt abſciſsio naſi, aut macula notabilis in oculo. Hæc concluſio diffinitur per totum titulum de corpore vitiatis in Decretalibus. Similiter eſt irregularis Eunuchus, qui ſe ſponte caſtrauit, etiam titulo cõtinẽtiæ, prout diffinitur in cap. ſi quis abſciderit. 55. diſtin.

Loquendo de impedimentis quæ oriuntur ratione delicti, aliqua impedimenta præcedunt receptionem ſacri ordinis, aliqua concomitantur ipſam receptionem, alia vero ſequuntur poſt receptionem. Impedimenta pręcedentia ſunt quadruplicia. Primo Apoſtaſia à fide





à fide, vt hæreticus hæreſi damnatus, aut idolatra, ſeu infidelis poſt baptiſmum: qui omnes dicuntur Apoſtatæ. Hi omnes ſunt irregulares, prout diffinitur in capitul. presbyteros. 50. diſt. Secundò rebaptizatus & rebaptizans ſunt irregulares, prout dictũ eſt in tractatu baptiſmi. Tertiò religioſus qui gratia audiendi leges, aut medicinam monaſterium exierit, niſi reuertatur intra duos menſes, incurrit irregularitatem, prout diffinitur in cap. ſuper periculum. Ne clerici vel monachi. Quartò ille, qui ſolenniter miniſtrat ordinem, quem non recepit. Veluti ſi cum ſtola, & manipulo canat Euangelium in Miſſa: prout diffinitur in capit. 1. & 2. de eo, qui miniſtrat in ordine non ſuſcepto. Quintò quando aliquis eſt infamis infamia iuris, aut facti. Et illi dicuntur infames iuris, aut facti, quos leges ſeculi infames appellant, prout dicitur in capit. omnis. 6. quæſtione prima. Hoc intellige, etiam poſt peractam pœnitentiam, prout ibi declaratur. Quia huiuſmodi infamis redditur in opprobrium, & vilis in reputatione hominum, prout dicitur ex capit. inter dilectos. de excellent. prælat.

# De criminibus ſiue irregularitatibus quæ concomitantur vel ſequuntur ipſam ordinis receptionem. Cap. III.

CRIMINA quæ concomitantur ſuſceptionem ordinis, & inducunt irregularitatem, ſunt triplicia. Primò excommunicatio maior. Efficitur enim irregularis, qui excõmunicatus maiori excõmunicatione recipit ſacros ordines, prout diffinitur in cap. Cum illorũ de excom. lib. 6. Secundò quando aliquis recipit ſacros ordines ab Epiſcopo qui renũciauit Eccleſiæ & dignitati, prout diffinitur in cap. 1. de eo, qui recipit ordines ab Epiſcopo, &c. Tertiò quãdo aliquis recipit ordines ab Epiſcopo excommunicato. Hi omnes prohibentur miniſtrare in ſuſceptis, & ſimiliter alios ordines ſuſcipere.

Loquendo de criminibus, quæ ſequuntur poſt receptionem ordinis, ſit regula generalis. Suſpenſus, excõmunicatus, aut interdictus ſi celebret, aut ſolẽniter miniſtret in altari efficitur irregularis, prout diffinitur in cap. 1. de excesſibus prælat. & in cap. Cũ medicinalis. de excõ. in 6. Et in quatuor caſibus aliquis eſt ſuſpẽſus. Primò recipiendo ordines ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij. Secundò, quando vno die cõtra prohibitionem ſub excõmunicatione recipit aliquis ſacros ordines, vel vnum minorẽ, & alium ſacrum, efficitur irregularis; quia recipit ordines excõmunicatus. Vel, ſi nõ eſt prohibitũ per excõmunicationem, ſolùm eſt ſuſpenſus diſpenſabilis per Epiſcopũ. Vide primum & ſecundum cap. De eo, qui furtiuè ordines ſuſcipit. Tertiò quando aliquis per ſaltũ promouetur; veluti ſi recipiat Diaconatum ante ſubdiaconatum, vt conſtat. 59. diſtin. & 57. eod. titul. Quartò, quando aliquis ordinatur extra tempora, per Extrauagã. Pij II. quæ incipit. Cum ex ſacramento.

Loquendo verò de irregularitatibus, quę cõtingunt ex parte ſacramenti, ſunt in triplici differentia. Primò, Bigamus nõ poteſt ſacros ordines ſuſcipere, ſiquidem nõ repręſentat ſacramẽtum vnionis inter Chriſtum, & Eccleſiã; cum vnica ſit ſponſa Chriſti: Bigamus autem duas habuit vxores; prout dicitur per totum titulum de

de Bigamis. Secundò eſt inhabilis ligatus vinculo matrimonij prout in tractatu matrimonij dicetur. Similiter eſt irregularis quoad ordines ſuſcipiendos, & quoad exercitium ordinis ſuſcepti, quicunque fuerit cauſa iuſti vel iniuſti homicidij: ſimiliter & mutilationis membrorum. Quoad iniuſtum homicidium, diffinitur in cap. ſicut dignum, de homicid. Quoad homicidium iuſtum, vel mutilationem membrorum, diffinitur in cap. ſententiam ſanguinis. Ne clerici vel monachi. Et clarius in cap. de cætero, de homic. Ex quo ſequitur quòd iudex, teſtis, aduocatus, tabellio, & tandem omnis iuſtitiæ miniſter, dans cauſam homicidio, & mutilationi membrorum, eſt irregularis. Similiter omnis, qui præſtat auxilium, ſiue conſilium: veluti extrahentes ſuſpendendum ab Eccleſia, ſunt irregulares. Si dicas: qui dicantur cauſare homicidium: reſpondeo quòd quicunque vult homicidium in ſe, vel in ſua cauſa, eſt irregularis. Homicidium enim eſt duplex voluntarium, & caſuale. Voluntarium eſt volitum in ſe: hoc eſt, quando ex intentione occidit hominem. Vel in ſua cauſa: veluti volens ebrietatem, ex qua ſequitur homici-



micidium: vel dans operam rei illicitæ, vel licitæ ex qua naturaliter, & probabiliter poteſt ſequi homicidium, pro quo nota tres regulas.

Prima regula. Omne homicidium (aut mutilatio membri principalis) voluntarium, in ſe inducit irregularitatem, niſi fiat ad propriam defenſionem. Prima pars manet probata: ſecũda vero conſtat per Clem. vnicam de homic.

Secunda regula. Dans operam rei illicitæ, & non periculoſæ ex ſe, ſi adhibuit ſufficientem diligentiam, quanuis occidat hominem, non manet irregularis quia nullo modo fuit voluntarium. Si verò non adhibuit diligentiam: manet irregularis. Ita diffinitur in capit. presbyterum.

Tertia regula. Qui dat operam rei illicitæ ſimul & periculoſæ, ſi præter eius intentionem ſequatur homicidium, quantancunque adhibuerit diligentiam: manet irregularis. Et idem dicitur de mutilatione membrorum, quia fuit voluntarium in ſua cauſa. Ita diffinitur in capitulo tua nos. Per baptiſmum tollitur omnis irregularitas. Per ingreſſum religionis etiã tollitur omnis irregularitas, præterquam ex homicidio & Bigamia: & hoc quoad ordines

ſuſcipiendos, prout diffinitur in cap. presbyter. diſt. 4. & in dicto cap. Filij, non tamen tollitur quoad adminiſtrãdum in ordinibus ſuſceptis. Si enim ſacerdos irregularis ingreditur monaſterium, non tollitur eius irregularitas, etiam poſt profeſsionem, niſi per diſpenſationem. Si tamen huiuſmodi irregulares de facto recipiãt ordines, manent ordinati: quia prohibitio eſt de iure poſitiuo quod non poteſt annullare quod eſt de iure diuino.

## De poteſtate conceſſa à Chriſto toti Eccleſiæ ratione clauium. Cap. IIII.

CVM ad interrogationem factam per Chriſtum Apoſtolis dicentem, quem dicunt homines eſſe filiũ hominis (prout dicitur Matth. 28.) Petrus nomine proprio & omniũ aliorũ Apoſtolorũ reſpõdiſſet. Tu es Chriſtus filius Dei viui, lætus & gaudens ipſemet Chriſtus de tali cõfeſsione Petri, quæ eſt ſumma fidei euãgelicæ: ſtatim eidem Petro, & cæteris Apoſtolis Eccleſiam vniuerſalem repræſentantibus promiſit claues regni cælorum dicens:



dicens: Tibi dabo claues regni cælorũ [12] ideſt, poteſtatem, per quam poſsitis intromittere homines in regnum cælorum. Quibus verbis primò & principaliter promiſit eis iuriſdictionem & poteſtatẽ ad poſſe remittere peccata mediantibus ſacramentis, & non ſolum quantum ad poſſe tollere irregularitates contractus per tranſgreſsionem cęremoniarum [13]: qualem habuerunt ſacerdotes veteris legis mediantibus ſacrificijs: quæ tantùm gratiam

12 Per claues intelligit poteſtatem ſpiritualem quę modo eſt penes ſacerdotes & prælatos Eccleſiæ reſpectu ſubditorum. Quia ſicut in lege naturę ſacerdotes & Patriarchæ vt Melchiſedech & Abrahã, &c. habebant aliquam poteſtatem ſupra ſubditos: aliter non eſſet Eccleſia; cum de ratione Eccleſiæ ſit vt ſint diuerſa membra: & ſimiliter in lege ſcripturæ, vt conſtat Leuit 17. & Matt. 23. vbi dicitur, quòd ſubditi tenebantur obedire prælatis & ſacerdotibus ſub pœna mortis: ita congruum fuit vt in ſtatu gratiæ eſſet penes ſacerdotes & prælatos poteſtas ſeu iuriſdictio ſupra ſubditos non qualemcunque, ſed remittendi peccata, quam non habuerunt ſacerdotes legis naturæ aut ſcripturæ. Ait enim Paul. ad Galat. 2. Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Et alibi: Si ex lege iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

13 Dicitur ad Hebræos. 7. Sanguis hircorum aut vitulorum coinquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Per ſacramenta verò legis Euangelicæ mundatur anima ab omni labe peccati, ratione gratiæ quæ in illis confertur: prout ſupra dictum eſt.

14 Nam ſicut ad oſtenſionem ſuæ iuſtitiæ in principio mundi propter peccatum hominis poſuit Angelũ ad portam paradiſi vt flam meo gladio impediret omnibus ingreſſum: ita hodie ad oſtenſionem ſuæ miſericordiæ mutauit gladium in claues regni cęleſtis, & eas tradidit eiſdem hominibus, vt ad ipſum regnum cælorum concederẽt introitum propter merita R. N.

ſignificabant, non tamen illam dabant (prout ſupra dictum eſt) nam congruũ fuit ad oſtenſionem infinitæ miſericordiæ Dei, quod in lege Euangelica (quæ eſt lex gratiæ, & iam ſolutum eſt pretiũ ab homine facto Deo, ſcilicet, à Chriſto R.N. qui & aperuit ianuam regni cæleſtis virtute ſuæ ſacratiſsimæ paſsionis,) vt omnibus hominibus verè pœnitẽtibus pateret introitus per hominẽ cui dedit claues, vt poſsit ipſam ianuã aperire, & homines in cæleſtem gloriã intromittere 14. Nã ſicut claue materiali aperitur oſtiũ clauſum, & clauditur apertũ, ita prælati poteſtate quã habent remittendi peccata, quibuſdã aperiũt regnũ cælorũ, cõcedendo eis abſolutionẽ à peccatis: quibuſdã vero claudunt negãdo abſolutionẽ 15. Et quia regnum cælorũ accipitur vno modo pro Eccleſia trium-

15 Quam nõ debet negare abſque legitima cauſa, videlicet, quãdo ita expedit ad vtilitatem ſpiritualem pœnitẽtis, & pro maiori ædificatione Eccle-



ſiæ: aliter prælatus ſiue cõfeſſor peccaret mortaliter, ſiquidem recepit claues ad ædificationẽ Eccleſiæ, & nõ ad deſtructionem.

triumphãte, iuxta illud Matt. 11. à diebus Ioannis Baptiſtæ regnũ cælorũ vim patitur. Secũdò pro Eccleſia militãte, vt Matt. 20. Simile eſt regnũ cælorum homini patrifamilias. Tertiò pro diuina ſcriptura Matt. 21. auferetur à vobis regnũ cælorũ, prout exponit D. Hiero. iſta poteſtas clauium ad tria hæc ſe extẽdit. Primò & principaliter ad remiſsionem peccatorũ virtute ſacramentorũ. Secundò, ad ligandũ & abſoluendum in foro exteriori. Tertiò ad interpretandã & declarandã authoritatiuè ſacram Scripturam. ¶ Loquendo ergo de poteſtate remittendi peccata, hæc poteſtas in duas diuiditur claues, ſcilicet, in clauẽ ſciẽtiæ & iuriſdictionis. Prima eſt qua poteſt audire cõfeſsiones, & ipſum pœnitentẽ interrogare: ſecũda verò qua poteſt ipſum abſoluere: nõ tamẽ poteſt hæc ſecũda 16 dari abſq; prima (cum nõ poſsit ſacerdos qui eſt animæ iudex iudicare aliquem eſſe dignũ vita æterna cõcedendo ei beneficium abſolutionis, & aliũ

16 Videlicet poteſtas abſoluẽdi, ſeu proferendi ſententiam. Quia ſicut iudex in foro ciuili nõ poteſt proferre ſententiam damnando aliquẽ ad pœnã corporalem (hoc eſt iudi-

indignum in negando abſolutionem, niſi audita prius confeſsione.) Bene tamen poteſt dari prima poteſtas abſque ſecunda, quando audit aliqua peccata reſeruata ſuperiori: cum poſsit audire confeſsionem talis pœnitentis, non tamen eum abſoluere à peccatis reſeruatis: prout ſupra probatum eſt 17. Et quia nullus cum conſcientia alicuius peccati venialis, aut ante ſolutionem pœnæ debitæ peccatis mortalibus dimiſsis quo ad culpam, poſsit intrare in regnum beatificum, eccleſia habens poteſtatem aperiendi huiuſmodi regnum, habet etiam poteſtatem inſtituendi aliqua ſacramentalia in remedium cõtra peccata venialia cum non ſint neceſſariò confitenda 18, & applicandi opera ſatisfactoria Chriſti & Sanctorũ, ad redimendam pœnam purgatorij, concedendo indulgentias.

iudicare illum dignũ tali pœna) incognita cauſa: ita nec ſacerdos poteſt concedere aut negare abſolutionem inaudita prius confeſſione.

17 Veluti quando princeps committit alicui iudici examẽ alicuius cauſæ ſiue criminis, videlicet vt poſsit interrogare ipſum reũ & teſtes, non tamen vt poſſet proferre ſententiam, imo reſeruat illam ſibi.

18 Siquidẽ abſq; limitatione dictum eſt Apoſtolis, Quorũ remiſeritis peccata: & alibi: Quæcũque ligaueritis, &c.

Quate-



Quatenus regnum cælorum accipitur pro Eccleſia militante (cum hac ratione Eccleſia habeat poteſtatem ligandi & abſoluendi in foro exteriori) Eccleſia poteſt condere leges obligantes tranſgreſſores ad gehennam: & pręcipere ſibi ſubditis aliquid in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, & ab excõmunicatione abſoluere 19: & ſimiliter poteſt diſpenſare in legibus à ſe latis: & in his quæ ſunt iuris diuini mediatè vt in voto & iuramento: præſupponunt enim actum humanum, ſeu legem aut ſtatutum hominis particularis, qua lege voluit ſe obligare ad votum ſoluẽdum, ſeu ad adimplendum iuramentum. Et quamuis in his quæ ſunt iuris poſitiui poſsit diſpenſare abſque aliqua cauſa; non tamen in his quæ ſunt iuris diuini, niſi legitima cauſa interueniẽte 20, quia clauis conceſſa eſt Eccleſiæ ad ædificationem animarum, & non ad deſtructionem. In his verò quæ ſunt iuris diuini immediatè,

19 Quia dictum eſt Petro, Tibi dabo claues regni cælorum (ſcilicet, Eccleſiæ militantis) Quæcunque ligaueritis, &c. Si enim in lege veteri ſubditi tenebantur parere ſacerdotibus ſuperioribus, vt dicitur Leuit. 17. & Chriſtus Matth. 23. Super cathedram Moyſi, &c. Quęcunq; dixerint vobis facite, ergo in lege Euangelica.

ſiue

ſiue de neceſsitate ſalutis (vt ſunt decem præcepta naturalia, & omnia præcepta Euangelica) nullam habent poteſtatem. Eſt enim caſus reſeruatus Chriſto R. N.

Quatenus regnum cælorũ accipitur pro ſacra Scriptura Summus Pontifex habet poteſtatem interpretãdi ſacram Scripturam, & congregandi Concilium, & idem Concilium legitimè congregatum poteſt autoritatiuè interpretare Scripturã, & condere leges obligantes tranſgreſſores ad mortale [21]. Quarum legum finis intẽtus ab Eccleſia eſt dirigere homines taliter, vt vitã æternam conſequantur coercendo illos ab omni peccato, & dirigendo pedes illorum in viam pacis [22]. Et hac ratione poteſtas Eccleſiæ dicitur poteſtas ſpiritualis, diſtin-

21 Omnia hæc diffinita ſunt in multis Concilijs, & conſtat ex quamplurimis locis ſacræ Scripturæ. De qua re vide Caiet. lib. de prima tu Eccleſ. Rom. Et libello de autoritate Concilij & Papæ. Et Turrecrematam libro. 2. ſuæ ſummæ, per totum. Albertum Pyghium. Campẽſem libro. 1. Eccleſiaſticæ hierarchiæ, à capit. 2. per multa capit. Caſtro, de hæreſibus libro. 15. verbo, Papa. Et Thomam Vvaldenſem libro. 2. de doctrina fidei, à cap. 28. vſque ad 39. Ioannem Echium in tribus libris quos edidit de Primatu Petri.

22 Nam legibus canonicis homines ſe abſtinent à peccato, ſiue pœna excõmunicationis quæ eſt medicina: ait enĩ

cta



cta à poteſtate ciuili, cuius finis eſt temporalis, ſcilicet, reſarcire damnũ illatum proximo, ſiue Reipublicæ. Ex quo infertur, quod licet mulier poſsit vti poteſtate ciuili puniendo reum, & abſoluendo illum à pœna, aut condere leges ciuiles obligantes tranſgreſſores ad mortale, ſiue in ipſis diſpenſare: nõ tamen poteſt vti aliqua poteſtate Eccleſiaſtica: quia eſt poteſtas ſpiritualis, cuius mulier nõ eſt capax: non enim mulier poteſt habere iuriſdictionẽ ſpiritualem, vt cõſtat ex cap. dilecta. de maiorit. & obed. vbi prohibetur ne aliqua fœmina poſſit excõmunicare [23]. Vnde moniales nõ poſſunt per Abbatiſſam ligari virtute obediẽtiæ, quia hæc eſt poteſtas ſpiritualis: poterit tamen Abbatiſſa ligare moniales ſuis præ-

Paulus. 1. ad Corin. 5. excommunicans illum inceſtuoſum. Decreui hunc hominem tradere Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini. Et penes hunc finem diſtinguitur poteſtas Eccleſiaſtica à poteſtate ciuili cuius finis eſt bonum publicũ, ſcilicet, trãquillitas ciuiũ. Si enim iudex punit latronem, nõ punit eo ꝙ peccauerit in Deum, ſed in Remp. quia expedit ne delicta maneant impunita.

23 Et ex cap. noua. de pœniten. & remiſsionibus. vbi Innocentius I I I. reprehendit ſtultitiam cuiuſdam Abbatiſſæ, quæ reſeruabat ſibi caſus: & docet ſimiliter quòd claues non ſunt conceſſæ alicui mulieri, nec ſanctiſsimæ Virgini, ſed

ſolis

ceptis, ſicut poteſtas ciuilis, ita ꝙ ratione iniuſtitiæ aut nocumenti publici peccent tranſgrediendo eius præceptum mortaliter, aut venialiter ſecundùm quantitatẽ nocumenti 24. Non tamen intelligas moniales priuari tali iuriſdictione iure diuino (cũ laicis poſsit cõuenire) ſed tantum poſitiuo, vt tenet cõmunis ſententia: & ita Abbatiſſa ex commiſsione prouincialis, aut generalis poteſt habere iuriſdictionem ſpiritualem ſuper moniales, vt poſsit virtute obediẽtię obligare tranſgreſſores ad mortale, tantum virtute obedientiæ 25. Non tamen poterit prouincialis cõmittere Abbatiſſæ, vt poſſit excommunicare: quia hoc prohibetur iure canonico, in quo ſolus Papa poteſt diſpenſare: & licet iuriſdictio ſpiritualis

ſolis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus: & per conſequens nullam habent iuriſdictionem: cum præſupponat poteſtatem clauium. Si arguas ex cap. dilecta. vbi Papa præcipit obſeruari ſuſpẽſionem quã fecerat Abbatiſſa ſuſpendens quoſdam clericos ab officio, & beneficio. Reſpondeo cũ Panor. quia illa ſuſpenſio non erat pœna canonica inducens tranſgreſſores ad irregularitatem, ſed ſolum in ſatisfactionem delictorum.

24 V. g. Si præ nimia frequentia literarũ monialis conſtitueretur in periculo peccandi, & præciperetur ei, ne ſcriberet literas, peccaret mortaliter eas ſcribendo.

25 Gloſſa in dict. cap. dilecta. & Paludanus in 4. diſtin. [illegible]



tualis poſsit iure eccleſiaſtico competere non presbyteris, aut Epiſcopis nondum ordinatis, aut Epiſcoporum vicarijs, qui poſſunt eſſe laici, & habent poteſtatem excõmunicandi, & in regula fratrum minorum conceditur, vt laici poſsint eſſe prælati, & reſeruare caſus, non per ipſos abſoluendos (cum non ſint ſacerdotes) ſed per alios, quibus ipſi mandauerint: non tamen poteſt competere non presbyteris poteſtas ordinis; illa ſcilicet poteſtas quæ fundatur in charactere; ſed ſolis ſacerdotibus. 26 Nam quando dicitur quòd eccleſiæ datæ ſunt claues regni cælorum, debet intelligi ꝙ aliquibus membris Eccleſiæ, conceſſæ ſunt claues, vt Papæ, & Epiſcopis, & alijs prælatis, ſeu ſacerdotibus. 27 Diuer-

19. quæſtione dicũt quod Papa poteſt concedere fœminę, vt poſsit excommunicare & in capitul. Mena. 2. quæſtio. 5. Regina Franciæ accepit authoritatem legati à Gregorio Papa, vt quidã Epiſcopus Mena nomine coram ipſa purgari poſsit à quodã crimine ei impoſito præſentibus aliquibus ſacerdotibus.

26 Vt ſupra dictum eſt quando in tractatu de Euchariſtia agebamus de miniſtro huius ſacramenti. Et ſimiliter in tractatu pœnitentiæ, capitulo de miniſtris, non enim omnes ſunt ſacerdotes: ſed ſolis Epiſcopis, & eorum ſucceſſoribus data eſt huiuſmodi poteſtas, Luc. 22. & Ioãnes. 20.

27 Ita docet Turris Cremata libr. 2. cap. 72. ſuæ ſummę.

ſimode tamen datæ ſunt huiuſmodi claues membris eccleſiæ: quia omnibus Apoſtolis dedit Chriſtus omnes claues regni cælorũ. 28 Quilibet enim habuit poteſtatem quam modo habet Papa: fuerũt enim inſtituti immediate à Chriſto Epiſcopi totius orbis: 29 licet autoritas conceſſa Petro fuerit ordinaria, alijs vero Apoſtolis à Petro ex comiſsione Chriſti delegata, iuxta illud Pauli. 2. Corinth. 5. Legationes quas fungimur, &c. Et idem ad Philippenſes capite vltimo. Vnde cum poteſtas ordinaria detur officio, ſeu dignitati, & non perſonæ tranſit ad ſucceſſores in illo officio: non tamen delegata, cum perſonæ particulari tantum concedatur: non enim tranſit ad ſucceſſores in of-

28 Quia quidquid promiſit Petro, Matth. 16. idem omnino promiſit poſtmodum, Matth. 18. cæteris omnibus, & quòd contulit Petro Ioan. vltimo dicens paſce oues meas contulit omnibus ſimul Ioã. 20. dicens. Accipite Spiritum ſanctum, &c.

29 Ait enim Paulus ad Galat. 2. Qui videbantur eſſe aliquid in eccleſia Dei nihil mihi contulerunt. Quibus verbis reſpondit calumniæ quorundam pſeudoapoſtolorum dicentium ipſum non eſſe Apoſtolum, cum ſit de ratione Apoſtolatus quòd immediate habeat authoritatem prædicandi, & gubernandi Eccleſiã ab ipſo Chriſto: & ita Paulus probat ipſum non eſſe miſſum ab ali-





ficio talis perſonæ. Ex quo manifeſte infertur, Papam habere eandem poteſtatem quam habuit Petrus, cum ſit eius ſucceſſor: & hoc immediate à Chriſto: ſiquidem dicitur Chriſti vicarius, & non Petri. Non tamen ſucceſſores aliorum Apoſtolorum (ſcilicet Epiſcopi) habẽt eandem iuriſdictionem, & poteſtatem, quam habuerũt Apoſtoli, ſed limitatam, & non à Chriſto immediatè, ſed à Papa immediatè, & mediatè à Chriſto: quod conſtat ex conſuetudine Eccleſiæ ſeruata à temporibus Apoſtolorum. Nam ſemper Papa potuit deponere Epiſcopos, vel limitare eorum iuriſdictionem: quod non poſſet facere, niſi haberet immediatè iuriſdictionem ab ipſo: 30 ſicut

quibus Apoſtolis. Sic enim exorditur epiſtolam; Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ. Hæc doctrina eſt communis, præcipue Caietan. in tractatu de poteſtate Papæ contra Turrecrematam. libro ſecundo. capite ſeptuageſimo ſeptimo. Summæ Eccleſiæ dicentem Petrum habere à Chriſto immediate poteſtatem, ſiue iuriſdictionem ſupra totum orbem, cæteros vero Apoſtolos illam habere à Petro, ſicut modo Epiſcopi habent poteſtatem iuriſdictionis à Papa.

30 Si Summus Pontifex (quod abſit) incidat in hæreſim, vt eſt perſona particularis, eo ipſo ꝙ eſt hæreticus

est depoſitus, vt tenet Turrecremata lib. 4. par. 2. cap. 18. 19. 20. & ita Eccleſia, cum illum exterius deponit tunc indicat eſſe depoſitum à Deo, ita Auguſt. de anchora libello de poteſtate ſummi Pontif. quæſtio. 5. art. 1. Syluestro in ſumma verbo. Papa numer. 4. Ioanni Driedoni de libertate Chriſtiana. libr. 1. cap. 4. Caſtro lib. 2. de iuſta punitione hæreticorum cap. 22. & 23. quorum potiſsimum argumentum eſt, quia Pontificia dignitas fundatur in fide, vt patet Matth. ibi. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ideſt ſuper confeſsiones fidei. Tamen quia quãdo ſummus Põtifex incidit in hæreſim non loquitur vt ſummus Pontifex, ſed vt perſona

Papa non poteſt deponi ab Eccleſia, ſiue à collegio Cardinalium, quanuis ab ipſis Cardinalibus eligatur: quia non habet iuriſdictionẽ immediate ab Eccleſia, ſiue à Cardinalibus, ſed à Chriſto, ſicut Diuus Petrus. Fuit enim Petrus prælatus ordinarius totius Eccleſiæ, & Apoſtolorum, & ſanctiſsimæ Virginis; in quo etiam Diuus Petrus diſtinguebatur ab alijs Apoſtolis, qui erant Petri ſubditi, nõ tamen Petrus illorum. Sacerdotes vero ſimplices poteſtatem ordinis, ſcilicet, conſecrandi, & abſoluendi à peccatis in articulo mortis recipiunt immediate à Chriſto, ſicut Epiſcopus recipit poteſtatem inſtituendi ſacerdotes, ſeu conſecrandi alios Epiſcopos. Fundatur enim huiuſmodi poteſtas ordinis in cha-



in charactere indelebili à ſolo Deo in anima impreſſo: Poteſtatem vero iuriſdictionis recipiunt, vel à Papa, vt fratres priuilegiati, vel ab Epiſcopo, ſeu ab alijs prælatis ſuperioribus quoad ſuos ſubditos: ſiquidem poſſunt deponi quoad iuriſdictionẽ ab illo prælato à quo ipſam iuriſdictionem recipiunt, ſicut Epiſcopi à Papa [31].

particularis, non bene infertur quòd ipſo facto deficiat fundamentum, nam infallibilitas promiſſa eſt Papæ, vt perſona communis. Secundo dico cum Caietan. in opuſculo de authoritate Papæ. capit. 18. & 19. quia non eſt ipſo facto depoſitus, ſed eſt deponendus ab Eccleſia, quæ in hoc caſu habet authoritatem à Deo, in quo caſu poteſt dici, concilium eſſe ſupra Papam, vt tenet probabilis opinio. Vide Turrecrema. lib. 2. cap. 95. & ſequentia, Caietan. de poteſtate Papæ & Concilij.

31 Hoc totum conſtat ex antiquiſsima conſuetudine Eccleſiæ, quæ conſuetudo eſt efficaciſsimum argumentum. Ait enim Paulus. 1. Corint. 11. Siquis autem veſtrum contentioſus eſſet nos neque Eccleſia Dei talem conſuetudinem non habemus:

# De iuriſdictione ſpirituali Summi Pontificis, & de eius dominio, ſiue poteſtate temporali ſuper ſuos ſubditos, Cap. V.

SVMMVS Pontifex ratione ſui officij non eſt iudex ſimpliciter, & abſolute tam in ſpiritualibus, quã in temporalibus, ita quod poſsit deponere Reges, & ad eum in cauſis criminalibus appellari, vt tenent aliqui: [1] nec dicendum eſt nullam poteſtatem habere, [2] etiam ſi ipſi ſuis legibus conentur labefacere fidem Chriſtianam, ſed media via eſt tenenda cum Turrecrema. ſcilicet Papam non eſſe abſolute dominum omnium temporalium, niſi quatenus eorum abuſus vergit in detrimentum fidei, aut obſeruationis mãdatorum Dei: veluti ſi aliquis rex eſſet hæreticus, aut chiſmaticus, aut ſi faceret leges contra ſacramenta, aut mandata diuina: quia ſcilicet,

1 Quos refert & ſequitur Syluest. verbo Papa. §. 2.

2 Circa hãc quæſtionem eſt duplex opinio, quas refert Turrecrema. lib. 2. de poteſtate Eccleſiæ. capit. 113. cum ſequentibus.



licet inſtituit in ſuo regno, nullum abſque regia facultate cõtrahere matrimonium; quòd per præſcriptionem malæ fidei acquiri poſsit dominium. Non enim habet abſolutã facultatem temporalem: quia ſic nec Chriſtus quatenus homo illã habuit[3], prout cõſtat ex verbis Chriſti, qui Ioã. 18. interrogatus à Pilato, an eſſet Rex, reſpõdit. Regnũ meum nõ eſt de hoc mundo[4]. & Luc. 12. quando dicens ei quidã de turba. Magiſter dic fratri meo, vt diuidat meã hæreditatem, reſpõdit. Quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorẽ inter vos. Habuit tamen nihilominus poteſtatẽ quatenus homo ſuper tẽporalia regna in ordine ad ſpirituale regnũ vt cõſtat Matth. 21. & Marci. 11. Vbi dicitur quod ingreſſus in templum eiecit inde

3 Quanuis contrariũ ſuſtineat Burgenſ. additiõe quarta ſuper Matt. capite. 1. concluſione 3. prout refert Soto diſtin. 25. 4. quæſt. 2. artic. 1.

4 Et ſimiliter rogatus à Phariſæis liceret ne dari tributum Cæſari non reſpondit authoritati ue vt Dominus, ſed ſolum tanquam doctor ait. Quæ ſunt Cæſaris date Cæſari, &c. Hoc etiam innuauit quando noluit cõdemnare mulierem adulteram. Et quando dicitur in Euangelio regnauit in domo Iacob in æternum, ſcilicet, ſedebit in ſede Dauid patris eius, non intelligitur, de regno temporali, ſiquidem renuit principatum, vt dicitur Ioann. 6. ſed de ſpirituali.

ementes & vendentes, &c. Et vt dicit Marcus non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templum. Hoc autẽ nõ poſſet facere, niſi haberet poteſtatẽ iudicãdi ſuper temporalia, in his quæ pertinent ad regnum ſpirituale 5. Vnde ſummus Pontifex quãuis non habeat omnem poteſtatem quam habuit Chriſtus quatenus homo ( ſiquidem habuit poteſtatem cõdendi ſacramenta & remittendi peccata citra ſacramentum ) habet nihilominus poteſtatem ſpiritualem ordinis, & iuriſdictionis in Eccleſia vniuerſali ( prout in præcedenti capitulo dictũ eſt) & ſimiliter poteſtatẽ tẽporalẽ, non abſolute, ſed quando fuerit neceſſaria ad finẽ ſpiritualis poteſtatis aſſequendũ. Ex quo ſequitur primo quod Sũmus Põtifex poteſt

5 Et confirmatur, quia poteſtas ciuilis non eſt omninò diſtincta à poteſtate ſpirituali, imo ei ſubordinatur, & ab ipſa imperatur, eſt enim finis poteſtatis ciuilis, facere homines bonos moraliter, vt ſic poſſint conſequi finem ſpiritualem, ſcilicet, vitam æternam: vnde poteſtas ſpiritualis præſtat ciuili, quia vt dicitur. 1. Ethicorum, qualis eſt ordo inter fines, talis eſt inter facultates, & artes. Si ergo poteſtas ſpiritualis eſt præſtantior ciuili, & ei ſubordinatur, & ſeruit habens poteſtatem ſpiritualem, habebit temporalem quando fuerit neceſſaria ad finem poteſtatis ſpiritualis aſſequendũ.



poteſt priuare bonis temporalibus quamcunque poteſtatem ciuilem, quando hoc fuerit neceſſarium ad conſeruationem fidei, & mãdatorum Dei 6. Neque ex hoc inferas Papam poſſe ſolo titulo infidelitatis expugnare infideles: quia ex his quæ foris ſunt nihil ad nos, niſi quatenus eos expugnare expedierit ad conſeruationem fidei & religionis Chriſtianæ. Sequitur ſecundò, quod Papa circa caſus dictos nec poteſt priuare aliquem bonis temporalibus, neque alicui Regi Chriſtiano tribuere poteſtatem, vt

6 V. g. Si aliquis Rex fuerit hæreticus, aut ſchiſmaticus, poteſt Papa eũ deponere, & implorare auxilium aliquorum Regum ad eum deponendum. Similiter ſi aliquis Rex inſtituit leges legibus diuinis contrarias poteſt eas reuocare per cenſuras Eccleſiaſticas, & vſque ad depoſitionem Regis procedere. Hoc diffinitur in c. cũ ſecundũ leges. §. confiſcationis. de hæreticis in. 6. vbi per ſedem Apoſtolicam confiſcantur omnia bona hæreticorum laicorum. & per capitulum vigilanter. de præſcriptione. ſunt abrogatæ omnes leges concedentes dominium, per malæ fidei præſcriptiones.

Si arguas legem latam de teſtamentis. qua fit irritum teſtamentum minus ſolenne, hoc eſt, minus quam quinque teſtibus firmatum) eſſe contra legem diuinam. Matth. 18. vbi dicit Chriſtus. In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, & tamen Papa non poteſt reuocare huiuſmodi legem? Reſpondetur, quòd huiuſmodi lex eſt iuſta, & per conſequens irreuocabilis, nec aduerſatur legi diuinæ: ſiquidem

Chriſtus R. N. loquitur vbi hominũ malitia non viget, vbi autẽ viget,quia duo homines facile corrumpũtur,æquũ eſt, vt in teſtamentis plures teſtes exigãtur,ſcilicet, quinque,quia difficilius corrumpentur. Ad punienda vero delicta duo ſufficiunt, quia ſi quinque eſſent neceſſarij plura delicta manerent impunita, & Summus Pontifex in caſu præmiſſo non annullans huiuſmodi legem ſolum illam approbat in foro exteriori:quia in foro cõſciẽtiæ quomodocunque conſtet de voluntate teſtantis tenetur hæres adimplere teſtamentum. Sicut Summus Pontifex in cap.cum cauſam. approbat legem qua inſtituitur contractus in quo eſt deceptio citra dimidium valere. Non enim Summus Pontifex liberat decipientem à reſtitutione,ſed tantum negat ſic deceptis actionem in iudicio,& hoc ex legitima cauſa, quia deceptio intra dimidium difficile poteſt probari in iudicio, & propter vitandas quamplurimas contentiones,vel lites.

poſsit vſurpare regna infidelium: neque poteſt Reges aliquos de nouo inſtituere: hoc conſtat Luc.22. quãdo Chriſtus R. N. dixit diſcipulis ſuis. Scitis quia principes gentium,&c. Quibus verbis eiſdem Apoſtolis prohibuit regnum temporale ſuper ſubditos, prout confirmatur ab Innocentio Papa in cap.per venit.vbi ait, Papam non habere poteſtatem ſuper Regem Francorum, ſicut nec Principes ſeculares habent poteſtatem, ſeu iuriſdictionem ſuper clericos. Prout in ſequenti cap.dicetur.

De



## De exemptione clericorum, ſiue eccleſiaſticorum à poteſtate ſeculari. Cap. VI.

IN cauſis ſpiritualibus iure diuino clerici ſunt exempti à poteſtate Principis ſecularis: ſolus enim Papa poteſt diffinire cauſas ſpirituales clericorum, & Epiſcoporum: vt ſunt cauſæ circa eorum iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationem, & idem cenſendum eſt de cauſis ſpiritualibus laicorum, vt ſunt cauſæ matrimoniales, quia hoc pertinet ad poteſtatem clauium, tam in foro conſcientiæ, quam in foro exteriori,quæ ſolis prælatis conceſſæ ſunt [1]: prout dictum eſt capit.4.iſtius tractatus. In cauſis vero criminalibus propriæ perſonæ, & quoad eorum bona temporalia non ſunt iure diuino exempti clerici, ſed poſitiuo: ſequendo opinionem Diui Thomæ [2], de cauſis criminalibus, conſtat ex vſu Eccle

1 Hoc conſtat ex Concilio Conſtantienſi, vbi diffinitum eſt contra Ioannem Vvitcleff, & alios hæreticos,clericos in cauſis ſpiritualibus eſſe iure diuino exemptos à poteſtate ſeculari & circa hoc non eſt dubitandum, nam contrarium aſſerentes eſſent hæretici.

2 Diuus Thomas ſuper epiſtolam ad Romanos. capitulo 13. contrarium tamen affirmat gloſſa in cap.

ſiæ, quæ tradidit clericos degradatos iudici ſeculari ſuſpendendos, & comburendos quod non poſſet facere Papa, ſi iure diuino eſſent exempti; ſiquidem fundaretur tale priuilegium in charactere indelebili, & per degradationem nõ poſſet amitti 3. Si ergo non ſunt exempti clerici quoad perſonas à iuriſdictione ciuili iure diuino, neque quoad bona temporalia eſſe exemptos manifeſtè infertur, valet enim argumentum à maiore ad minus, imo ſunt exempti iure poſitiuo: nam vt ait D. Tho. priuilegio Principum ſunt exempti clerici à ſolutione tributorum 4. Et quãuis Reges temporales non habent dominium à Papa, ſed à Deo per electionem Reipublicæ, ſeu per ſucceſsionem, poteſt

nihi-

in cap. quamquam. & Gratianus in capit. tributum. 23. quæſtione. 8.

3 Quando dicitur in Pſalmo. 104. Nolite tãgere Chriſtos meos, ibi tantum dicitur quòd miniſtri Dei nõ afficiantur iniurijs, & contumelijs: quia hoc eſſet irrogare iniuriam ipſi Deo, cui miniſtrant. Nõ tamen quod ſint exempti à iuriſdictione ciuili iure diuino in cauſis criminalibus.

4 Priuilegio, ſcilicet, Imperatoris & Summorum Pontificum, & inde eſt quod incidunt in excõmunicationes, & grauiſsimas pœnas exigentes tributa & alias exactiones à perſonis Eccleſiaſticis. vt in capit. bene quidem. 96. diſtin. & capit. Eccleſia. de conſtitutione. & cap. aduerſus.



nihilominus Papa eximere clericos à poteſtate ciuili in cauſis criminalibus, & ciuilibus 5: ſiquidẽ Summus Pontifex habet poteſtatem temporalem ſupra Reges, & eſt dominus temporalium omnium: quatenus eorum dominium eſt neceſſarium ad conſeruationem religionis, & fidei Chriſtianæ, & quia expedit fidei Chriſtianæ cõſeruationi, vt miniſtri Chriſti, qui paſtores ſunt ſeculariũ, & Regum, & Principum, ne iudicentur ab eis in cauſis criminalibus, aut ciuilibus: ideo potuit Papa qui ſuperior eſt clericorum ab eorum iuriſdictione eximere 6. Ex quo colligitur quod clerici tenentur ſeruare leges ciuiles, quæ obligant alios in conſcientia tantum, quatenus earum tranſgreſsio eſt contra virtutem moralem, & charitatem proximi, non autem quatenus ſubduntur Regibus ſiqui

dem

de immunitate Eccleſiæ.

5 Summus Pontifex Sixtus V. excommunicat, & anathematizat in Bulla Cœnæ Domini omnes iudices laicos ſe intromittentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus cõtra perſonas Eccleſiaſticas.

6 Vileſceret enim ſtatus clericorum, ſi à ſecularibus criminaliter iudicarétur. Vnde Paulus. 1. ad Corinth. 6. reprehendit Corinthios, eo quòd diſceptarent coram iudicibus gentium, quanuis eis temporaliter ſubderentur, eo quòd vileſceret ſtatus Chriſtianorum.

7 Et Sixtus V. in Bulla Cœnæ ponit pœnam excommunicationis in eos qui iuriſdictionem & fructus Eccleſiaſticos vſurpant, & decimas aut talias quaſcunque perſonis Eccleſiaſticis imponunt aut exigũt, ac aſſenſum auxilium, vel conſilium præſtant.

8 Quando Reſpublica patitur penuriam, ſeu Reges, taliter quod non poſſent debellare infideles ex proprijs redditibus ex conſenſu ſolius Papæ poſſunt imponi tributa clericis, prout conſtat ex cap. aduerſus. de immunitate Eccleſiæ. & etiã ex conſuetudine Hiſpaniarum, vbi Reges autoritate Papę exigunt à clericis quartam partẽ redituum Eccleſiaſticorum ad ſuſtentandas triremes.

dem ab eis ſunt exempti iure poſitiuo, & eadem ratione ſunt liberi à ſolutione cuiuſcunque tributi, & ſimiliter eorum bona à decimis, & quacunque alia exactione, dummodo clerici ſint in maioribus ordinibus conſtituti, ſiue ſint religioſi, aut religioſæ: vt diffinitum eſt in cap. quamquam. de cenſibus. libro. 6. & incurrunt pœnam excõmunicationis exigentes ab huiuſmodi perſonis Eccleſiaſticis tributa, aut vectigalia, ſiue alia huiuſmodi 7. Ex quo ſequitur quod princeps non poteſt compellere eccleſiaſticos aut religioſos, vt recipiãt hoſpites, aut ſoluãt ſiſam quę ſolet imponi in cibis emẽdis 8. Nõ tamen gaudẽt hoc priuilegio clerici primæ tõſuræ, aut in minoribus ordinibus, quia nõ ſunt perſonæ eccleſia-



ſiaſticę, ſed tantũ fruuntur priuilegio canonis. Si quis ſuadẽte diabolo. & priuilegio fori nullo modo gaudent iuxta nouũ decretum Conc. Trid. Seſsio. 23. c. 7. niſi beneficium eccleſiaſticũ habeat, aut clericalem habitũ & tonſurã deferens alicui Eccleſiæ ex mãdato Epi inſeruiat: ex quo ſequitur quod portitores exigẽtes pedagia à clericis, in minoribus ordinibus conſtituti non ſunt excõmunicati 9, ſimiliter clerici negotiatores, qui emunt merces cauſa negotiãdi, non vt eis vtantur, ſed vt eas alijs vendant, tenentur ſoluere earundem mercium vectigalia, pedagia, ac cætera tributa quæ ſoluunt laici. Ita diffinitur in capit. quamquam. de cenſibus. in ſexto. Non tamen intelligas, clericos eſſe immunes à ſolutione tributorum ſolo iure humano, hoc eſt, ſolo iure imperiali (vt affirmat Metina de reſtitutione. quæſt. 15.) vel ex priuilegio imperiali, & non

9 Cauendus eſt in hac parte Doctor Metin. aſſerés, quod clerici primæ tonſuræ fruuntur hac immunitate, cuius contrariũ teſtatur communis vſus totius Reipublicæ Chriſtianæ, neque in capit. minus. neque in cap. meminimus. & in cap. aduerſus. de immunitate eccleſiarum. & in capit. quamquam. de cenſibus. Ius canonicũ nó meminit niſi perſonarum Eccleſiaſticarum: qui autem habet primam tonſuram non eſt eccleſiaſticus.

10 Si arguas clericos eſſe exemptos à ſolutione tributorum iure diuino immediato ex eo quod Ioſeph qui prout dicitur Gen. 41. ſubiecit omnem terram AEgypti Pharaoni, vt ſolueret tributũ præter terram ſacerdotalem. Reſpondetur, quòd Ioſeph fecit illud, vt ſeruaret ius gentium, quo omnes eius ſacerdotes erant immunes à ſolutione tributorum: non tamen ex hoc ſequitur ſacerdotes Euangelicos eſſe exemptos iure diuino: ſed debere eximi iure poſitiuo Dei autoritate, & de facto ſunt exempti. Si præterea arguas ex verbis Chriſti Matth. 12. Qui cũ Quæſtores Cæſaris exigerent tributum, conuerſus Petro ait: Reges gẽtium exigunt tributum à filijs ſuis, an ab alienis? Reſpondit Petrus. Ab alienis. Et ſtatim ſubdit Chriſtus: Ergo liberi ſunt

& non ex iure canonico: nã ſi hoc eſſet verum non poſſet Papa excommunicare Imperatorem, & Reges imponentes clericis vectigalia: ſiquidem per illam impoſitionem videntur reuocare ſua priuilegia, quod quidem poſſent. Et inſuper in dicto cap. quamquam. dicitur, quod clerici ſunt exempti iure *diuino* à ſolutione gabellarũ, quod debes intelligere mediatè, ideſt, quia Papa poteſtate ſibi tradita à Chriſto, hoc prohibet 10. Sic enim expedit ad cõſeruationẽ religionis Chriſtianæ. Si enim ſtatus clericorum coerceretur à poteſtate ciuili, valde vileſceret, quorum deſpectus redundaret in religionis Chriſtianæ detrimentum.



ſunt filij: ergo iure diuino ſunt liberi eccleſiaſtici à ſolutione tributorum. Reſpondetur iuxta doctrinam D. Bonauenturæ in. 2. diſtin. 22. quod ex illo loco non colligitur libertas clericorum à poteſtate ciuili, ſed ſolum libertas Chriſti, qui eſt verus Deus, & eiuſdem familiæ, qui ratione libertatis Chriſti, de cuius familia erant nulli temporali principi erant ſubiecti. Si enim iure diuino immediato clerici eſſent liberi à ſolutione tributorũ nullo modo poſſet in hoc Summus Pontifex diſpenſare, ſicuti diſpenſat concedendo Regibus quartam partem reddituum Eccleſiaſticorũ in noſtra Hiſpania. Colligitur ergo eſſe de iure diuino mediato, vt obligatio ſoluendi votum, & ideo diſpenſat.

# TRACTATVS IX. De Indulgentijs.

## Quid ſit Indulgentia, & quotuplex 1. Cap. I.

INdulgẽtia eſt remiſſio temporalis pœnæ pro peccato iã dimiſſo, conceſſa ab exiſtenti in gratia, data à prælato Eccleſiæ, ob rationabilem cauſam, de the

1 Pro tractatu de Indulgentijs vide Alphonſum de Caſtro, de hæreſibus verbo indulgentia. Palud. diſtinct. 20. quæſt. 4. Ioannem Echium in Inquiridione capit. 24. Richard. diſtinctione 20. artic. 3. Adria. in ma-

ſauro Eccleſiæ. 2 Ex prima particula infertur ꝙ indulgentia nõ eſt remiſſio culpæ, ſed pœnæ debitæ pro peccato iam dimiſſo. Nõ pro peccato originali, cui ſolum reſpõdet pœna dãni, & indulgẽtia eſt remiſſio pœnæ ſenſus, ſed pro peccato actuali iã dimiſſo: quia in dimiſſo reſpõdet pœna æterna, quæ nõ poteſt redimi per indulgentias. 3 Aduerte tamen quod triplex poteſt cõcedi indulgentia, ſcilicet, plenaria, plenior, & pleniſſima. Plenaria eſt remiſſio omnis pœnæ luẽdę in purgatorio pro mortalibus, modo ſit pœnitentia iniuncta, modo nõ. Plenior eſt remiſſio totalis pœnæ ꝓ peccatis mortalibus & venialibus dimiſſis luẽdæ in purgatorio. Pleniſſima eſt etiã remiſſio pœnæ luendæ in purgatorio pro venialibus nondum dimiſſis quoad culpã:

in materia indulgentiarum Alexander Alenſ. 4. parte. quæſtio. 34. per totum Caietan. in tractatu de indulg. in opuſculis.

2 Hæc diffinitio eſt Hẽrici, quęſt. 15. articulo. 2. & Syluestri verbo indulgentiæ. §. 1.

3 Indulgentiæ cõceduntur applicando illis quibus dantur, opera ſatisfactoria Chriſti, & ſanctorum facta in charitate, quæ non poſſunt applicari exiſtentibus in inferno, vbi nulla eſt redemptio, neque eſt locus veniæ ſed diuinæ vindictæ, vt ſupra dictum eſt in tractatu de pœnitentia capi. de ſatiſfactione.



pã: ratione cuius indulgentia pleniſſima dicitur remiſſio à culpa & pœna, à culpa venialium, & à pœna debita peccatis iam dimiſſis: 4 Vnde cum pœnitentia iniuncta à ſacerdote ſit ob redimendã pœnã purgatorij, quæ poteſt redimi per indulgentias, qui conſequuntur indulgentias non tenentur adimplere pœnitẽtiam iniunctam; 5 dummodo tales indulgentiæ ſint conceſſæ generaliter, vt conſueuerunt concedi abſque reſtrictione ad pœnitentias iniunctas, & non iniũctas: 6 prout colligitur ex authoritate Innocentij in cap. ex eo. vbi dicitur quod per indulgentias eneruãtur pœnitẽtię iniũctę; quę nõ eneruarẽtur, ſi nõ relaxarẽtur. Sicut enim in humanis nõ tenebitur debitor bis ſatisfacere, ita nec Deus dupli

4 Iſte modus loquẽdi emanauit ex extrauaganti antiquorum, vbi Bonifacius Octauus. ait, viſitanti Baſilicam Apoſtolorum, concedimus indulgentiam & veniam ſuorum peccatorum.

5 Niſi pœnitentia impoſita ſit medicinalis ſimul, & hac intentione impoſita à ſacerdote confeſſore; quia huiuſmodi pœnitentia, ſicut non poteſt impleri per alium, ita nec excuſatur per indulgentias conſequutas.

6 Ita tenet Adrianus quæſtione de indulgentijs, & omnes Canoniſtæ in capitulo quòd autem de pœnitentijs, & remiſſionibus, quibus non contradicunt Theologi, imo Caietanus & Palud. tenentes

cem quærere ſatisfactionem. Conſulendum tamē eſt pœnitenti, quod adimpleat pœnitentiam iniunctam, etiam poſt conſequutionem indulgentiarum: quia magis accepta eſt Deo ſatisfactio propria, quam aliena: 7 maximè quia opera pœnalia non tantum ſunt ſatisfactoria, ſed etiam meritoria & medicinalia contra peccatum. Quando vero conceditur indulgentia ſub hac forma. Concedimus vnum annum pœnitentiæ iniunctæ, aut indulgendæ, tantum valet illa indulgentia quantum valeret pœnitentia per annum acta in hac vita. 8 Amplior enim eſt quam ſi remitteretur vnus annus pœnæ luendæ in purgatorio: ſiquidem magis ſatisfacimus per opera pœnalia exhibita in hac vita quam per tormenta inflicta in purgatorio. 9 Ex hoc infertur quod indulgentiæ quæ conceduntur nulla habita ratione ad pœnitentias iniunctas, veluti quando dicitur; Concedimus 40. dies remiſsionis peccatorum, incertū eſt, an æquiualeant pœnæ luendæ in purgatorio, an pœnitentiæ agendæ in hac vita: quia huiuſmodi valor pendet ex intentione concedentis, quæ non exprimitur in bulla.

quòd indulgentiæ ſemper conceduntur in forma iuris, de pœnitentijs iniunctis, conueniunt in hac ſententia.

7 Vt docet Diuus Bonauentura in 4. diſt. 20.

8 Hæc doctrina eſt Adriani quæſtione de indulgentijs, notabili, ſed ex hoc petas vlterius.

9 Quia ſunt voluntaria opera pœnitentialia perpeſſa in hac vita, non autem pœnæ toleratæ in purgatorio: forſan enim vno anno pœnitentiæ in hac vita ſatisfacim⁹ pro decem annis purgatorij.



## Qualem diſpoſitionem debent habere conſequentes indulgentias. Cap. II.

EX ſecūda particula diffinitionis (conceſſa exiſtenti in gratia) ſequitur quod faciens aliquod opus ad ſtatim conſequendam indulgentiam, ſi tale opus eſt cauſa immediata conſequendi indulgentiam (veluti recitans ſepties orationem dominicam, cum ſalutatione Angelica coram ſanctiſsimo Sacramento corporis Chriſti) debet tunc exiſtere in gratia ad ipſam indulgentiam conſequendam. 1 Quod cō-

1 Quia remiſsio pœnæ luendæ in purgatorio eſt remiſsio peccatorum quæ non poſſunt remitti niſi per opera facta in charitate, ſeu per merita paſsionis Chriſti, quæ nō applicantur mēbris mortuis, ſcilicet, exiſtentibus in peccato mortali.

ſtat ex forma conceſsionis, quia dicitur in diplomate, & in extrauaganti antiquorum. Qui pœnitens fuerit, & viſitauerit Baſilicã Petri & Pauli conſequatur indulgentias. Quando vero opus non eſt immediatum, & cauſa proxima concedendi indulgẽtias, ſed mediatum tantum, 2 vt elargitio duorum argẽteorũ, vt conſequatur indulgentias contentas in bulla in diebus feſtiuis viſitando altaria, vel vt poſsit abſolui ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis ab omnibus peccatis & pœnis vel peregrinatio verſus Baſilicam Apoſtolorum ad cõſequendum Iubileum, non eſt neceſſarium quod tẽpore quo elargitur duos argẽteos, 3 vel peregrinationis ſit in gratia, vt cõſequatur indulgentias cõtentas in bulla,

2 Tunc non eſt neceſſarium vt ſit in gratia. Et ita intelligendus eſt Antoninus Florẽtinus prima parte. titulo decimo. capit. 3. §. quinto. verſiculo, ſexto quæritur. non enim, inquit, eſt neceſſarium, quod ſit in gratia tempore quo ſit tale opus mediatum ad conſequendas indulgentias, quanuis eſſet vtilius tunc eſſe ſine peccato mortali. Nam Caietan. contrariam tenet ſententiam, cuius opinio, licet non ſit multum probabilis, eſt tamen ſecurior, & in re tã graui tutior pars eſt eligenda.

3 Niſi elargitio duorum argenteorum ſit opus immediatum ad conſequendam aliquam indulgentiam veluti ſi concederetur indulgentia plena-





& vt poſsit abſolui à peccatis in mortis articulo, ſiue vt cõſequatur Iubileum viſitando Baſilicã Apoſtolorũ, ſi tẽpore quo viſitat altaria ad cõſequendas indulgentias virtute bullę, aut abſoluatur, ſeu viſitat Baſilicã Apoſtolorũ ſit in gratia, vt cõſtat ex ſupradicta extrauagãti antiquorum, vbi dicitur quod accedentes ad curiam Romanam, ſi vere pœnitebunt conſequentur indulgentias. Non enim exigitur ab eis tempore peregrinationis actualis pœnitentia ſed propoſitum pœnitendi, neque ex tenore bullæ talis conditio colligitur. Si enim tẽpore quo Chriſtianus erogat duos argenteos deberet eſſe in gratia, rariſsimi eſſent qui bullarum indulgentias conſequerentur, & ſimiliter eſſet duriſsimum, ſi

ria omnibus elargientibus duos argenteos pro conſtruenda Baſilica Apoſtolorum, vel ſancti ſepulchri in Hieruſalẽ, tũc enim deberet eſſe in gratia tempore quo elargitur talem eleemoſynam; quia eſt opus immediatum ſiue immediata cauſa ad conſequendas indulgentias, & debet eſſe opus Deo acceptum; vnde quando conceditur indulgentia plenaria animabus purgatorij elargiendo duos argenteos ad ſuſtentandas Triremes contra infideles (vt concedunt bullæ defunctorum per modum ſuffragij) debet exiſtere in gratia ille qui dat pro aliquo defuncto prædictos duos argenteos tempore quo illos tradit, vel quando obligatur

peregrini pergentes verſus Romam, vel Cõpoſtellam non conſequerentur indulgentias, ſi contigerit in medio itineris peccare mortaliter. 4 Neceſſarium tamen eſt ad conſequendas indulgentias vt opus illud mediatum, ſit opus moraliter bonum, vt tenet Adrianus, ſiquidem indulgentiæ non debent concedi per opus moraliter malum; Veluti, ſi quis accipiat bullam, & elargiatur duos argenteos, vt habeat licentiam peccãdi vel propter

ad ſoluendum & recipit bullam defuncti; quamuis contrarium ſuſtineat Adrianus de indulgentijs quæſtio. ſed probabile dubium. Et Caietan. tractatu de indulgentijs cap. vltimo.

4 Hæc doctrina eſt omnium ferè doctorum vnico dempto Caietano in tractatu indulgentiarũ capite vltimo. Concedit tamen Caietanus in ſolutione ad vltimum, quod quãdo exprimitur in bulla, vnum poſſe pro alio conſequi indulgentias, quod licet exiſtens in mortali non poſſet ſibi conſequi indulgentias, poteſt tamen conſequi alteri, cuius ſententiæ eſt etiam Adrianus quæſtione. ſed probabile dubium. quorum fundamentum eſt: quia ſicut poteſt quis conſequi indulgentias per miniſtrum peccatorem elargiendo eleemoſynam, ita poteſt Papa applicare alicui quando vnus elargitur eleemoſynam pro alio exiſtenti in gratia, quamuis erogans eleemoſynam ſit in mortali. Hæc opinio ſaluo meliori iudicio erit vera reſpectu operis mediati, non autem immediati: nam tale opus debet eſſe Deo acceptum, & cum aliqua deuotione factum, quod non poteſt contingere exiſtenti in peccato mortali; non enim indulgentiæ con-





vanam gloriam, vel propter importunitatẽ quæſtorũ, & alia ſiniſtra intentione. Huic enim non debet ſuffragari ſecundùm tacitam Papæ intentionem. Conſulendum eſt nihilominus omnibus Chriſti fidelibus, vt tempore quo recipiunt bullas conterantur cum propoſito confitendi, quia hoc eſt ſecurius, & ad hoc tenentur quæſtores bullarum obtinens indulgentias, non ſufficit, vt ſit in gratia, & faciat illa quæ præcipiuntur à cõcedente: ſed etiã requiritur aliqua deuotio, aut voluntas ſatisfaciendi pro ſe

ſequuntur ad modum effectus ſacramentorum ex opere operato, ſcilicet ſola habita ratione ad conceſsionem, ſed quodammodo ex opere operantis, ſcilicet habita ratione ad opus factum propter conſequendas indulgẽtias: ſiquidem non poſſunt cõcedi abſque aliqua ſufficienti cauſa (vt infra dicetur) vnde eleemoſyna facta ab aliquo pro animabus purgatorij debet eſſe opus ſatisfactorium ex parte operantis, aliter non prodeſt illis, & celebrãs miſſam in altari priuilegiato pro liberanda anima alicuius defuncti à pœnis purgatorij debet exiſtere in gratia, aliter non proderit ei ſacrificium, niſi reſpectu effectus qui debetur ratione ſacrificij, non tamen ratione effectus indulgentiæ conceſſæ: nam quodammodo conceditur ex opere operantis, ſcilicet habita ratione ad deuotionem miniſtri. Nam remiſsio pœnæ debitæ peccatis eſt remiſsio peccatorum, prout dictum eſt tractatu de pœnitentia. cap. de ſatisfactio, peccatum vero non poteſt remitti niſi per pœnitentiam perfectam, quæ ſit actus charitatis, aut

ipſo, ſiue pro alio . Si enim non habet talem intentionẽ, ſiue aliquam deuotionem, ſeu reuerentiam, nec voluntatem placendi Deo per merita Sanctorum, neque tantum intendit placere & ſatisfacere Deo, quam redimere pœnas non conſequetur indulgentias. Et eadem eſt ratio de illo qui reſpuit acceptare pœnitentiam, neque acceptatam

per ſacramentum, ſiue ſacrificium.

5 Non tamen intelligas vniuerſaliter magis prodeſſe indulgentias habenti maiorem deuotionem, ſiue maiorem eleemoſynam largientem, nam, quando indulgentia habet cauſam determinatã, veluti quando dicitur, Qui audierit miſſam Conceptionis, conſequetur. 40. dies indulgentiarum, tũc qui deuotius audierit non ampliorem conſequetur indulgentiam, quam minus deuotè audiens, quia indulgentia non tantum reſpondet, aut proportionatur labori, aut deuotioni, ſed meritis Chriſti & Sanctorum applicatis per voluntatem applicantis, ſeu concedentis indulgentias, & forſitan intentio diſpenſantis eſt, quod omnes deuoti, & multum deuoti æqualem conſequantur indulgentiam ratione indulgentiæ conceſſæ. Quando vero indulgentia conceditur generaliter abſque determinatione cauſæ, vt ſi Papa dicat, elargientibus eleemoſynam ad ſtruendam Baſilicam concedatur indulgentia. 40. dierum: tunc qui plus erogauerit ampliorem conſequetur indulgentiam, quantum ad intenſionem, ſed omnes æqualiter quantum ad extenſionem. Hoc conſtat per extrauagantem antiquorum, vbi Bonifacius VIII. dicit. Vnuſquiſque plus merebit, & efficacius indulgentiam conſequetur, qui Baſilicam Petri, & Pauli amplius & deuotius viſitauerit. Ex quo ſequitur, quod in



vult adimplere nolens operari opera pœnalia hoc animo quod obtinebit indulgentias, vel parum curans pœnam purgatorij redimere, reputans ſibi ſufficere quod gehennalem pœnam per cõtritionem ſeu confeſsionem euaſerit, quia indignus eſt auxilio & ope amicorum qui ſibi non opem fert, & hoc iuxta doctrinam Caietani, & Adriani.

in exemplo poſito, ſi duorum hominũ æquè diuitum vnus elargiatur. 10. alius 20. ſinguli conſequentur. 40. dies indulgẽtiarum, ideſt, ſingulis remittentur. 40. dies pœnarum: ſed largienti 20. valebũt illi 40. dies, acſi in duplo ſatisfeciſſet, quam ille alius qui dedit 10. & ſi plus aliquid ſatisfaciat nõ erit virtute indulgentiæ, ſed ratione operis. Vide Ricardum in. 4. diſtinctione. 20. articulo. 3. quæſtione. 2. & Paludanum vbi ſupra. & Adrianum quæſtione de indulgentijs. not. ſed probabile dubium. §. Reſpondetur ad primum. Antoninum. 1. parte, titulo. 10. capitulo. 3. §. 3. Sylueſtrum, verbo, Indulgentia. §. 8. Nauarrum relectione de pœnitentia, notab. 11.

## Quis poteſt concedere indulgentias. Cap. III.

EX tertia particula diffinitionis, ſcilicet, à prælato Eccleſiæ data, Sequitur contra Ioannem Vvitcleff Eccleſiam poſſe cõcedere indul-

indulgentias 1. Ait enim Clemens VI. in extrauaganti Vnigenitus, quod Chriſtus promiſit theſaurũ Beato Petro, & eius ſucceſſoribus diſpenſandum rationabilibus cauſis: & theſaurus Eccleſiæ aggregatur ex operibus ſatiſfactorijs Chriſti & Sanctorum, quanuis enim ſola paſſio Chriſti ſufficiebat ad ſatisfaciendum pro pœna debita peccatis hominum, voluit Chriſtus vt ex merito etiam Sanctorum cõſtitueretur theſaurus, ſicut corpus conſtituitur ex capite & mẽbris 2. Sed dices. Qui ſunt in Eccleſia qui poſſunt concedere indulgẽtias. Reſpõdetur, quod Summus Pontifex, Patriarchæ, & Primates, omnibus in Patriarchatu & Primatu exiſtentibus, & Archiepiſcopi omnibus ſubditis etiam ſuffraga-

1 Ita diffinitur in Concilio Conſtantienſi, & Lateranenſi, & traditur in cap. cum eo. de pœnitentijs & remiſsionibus, & in Concilio Trident. Seſsione. 25. capite. 2. & Seſsione. 21. cap. 9.

2 Hoc inſinuat Paulus ad Coloſſenſes. 1. Adimpleo ea quæ deſunt paſsionis Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Et quanuis non expreſsè conſtaret ex ſacris literis conceſsio indulgentiarum, vt teſtatur Caietanus cap. 1. de indulgentijs, non tamen cõtradicit ſcriptura ſacra, & ſic ſufficit hoc affirmare eccleſiam illuſtratam Spiritu ſancto quæ ſe habet, vt Aurora conſurgẽs, quę in principio minus habet luminis quã in meridie, & paulatim luceſcit. Hoc



fraganorum: & Epiſcopi ſuis ſubditis & delegatis 3. Epiſcopus electus etiam non ſacerdos aut conſecratus poteſt cõcedere indulgentiam, iuxta ſententiam Sylueſtri, verbo, Indulgentia. §. 5. & notanter dicitur, ſibi ſubditis, quia Epiſcopus non poteſt concedere alicui non ſibi ſubdito, niſi de licẽtia proprij Epiſcopi: ſimiliter dicendum eſt de Archiepiſcopis 4. Quia concedere indulgentias eſt relaxare pœnam debitam peccatis, aut pœnitentiam iniunctam; & nullus poteſt abſoluere à peccatis, neque relaxare pœnitentiam, niſi proprius eius ſacerdos. Abſolutio enim à pœna eſt abſolutio à peccatis (vt in tractatu de Pœnitentia dictum eſt) ſiquidem pœna eſt propter peccatum nondum perfectè dimiſſum. Generales miniſtri, & Prouinciales ex commiſsione Romani Pontificis poſſunt indulgentias concedere, vt apparet ex conceſſione multorum Pontificum: & ſimiliter quicunque prælatus, vt Guardianus quanuis non poſsit

inſinuat Chriſtus dicens. Multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo.

3 Hoc conſtat ex communi conſenſu doctorum in capit. quod autem. de pœnitentijs, &c. & in cap. noſtro. eodem titulo. & in extrauaganti, Vnigenitus.

4 Hoc expreſsè diffinitur in locis ſupra citatis.

5 Hæc eſt ſententia Ricardi diſtinct. 20. quarti. articulo 1. & 2. & Thomæ Vvaldenſis, lib. de ſacramentalibus, titulo de participatione meritorum.

poſsit indulgentias concedere, poteſt tamen applicare opera ſatisfactoria ſuper abũdantia ſubditorum ſuorum cui voluerint. 5 Et omnes prælati præter Summum Pōtificem, niſi ex ſpeciali facultate Papæ non poſſunt concedere, niſi 40. dies, vel annum ratione ædificandi aliquam Baſilicam: prout conſtat ex capit. cum ex eo. de pœnitentijs. &c. An vero exempti à iuriſdictione Epiſcopi, vt religioſi & alij poſsint conſequi indulgentias ſub iudice eſt. Papa & quicunque alius prælatus poteſt cõſequi indulgentias quas ipſe conceſsit: qui non ſunt deterioris conditionis, ne illis proſint merita Chriſti & Sanctorum ad ſatisfaciendum pro pœna temporali. Et quia applicatio indulgentiarũ eſt actus iuriſdictionis, & nullus poteſt habere iuriſdictionem ſupra ſeipſum, de conceſsione indulgentiæ pro ſeipſo idem cenſendum eſt, quod de confeſsione facta à Summo Pontifici alicui ſacerdoti: ipſe enim ſacerdos poteſt ei autoritate diuina condonare indulgentias ab eodem conceſſas alijs ſibi ſubditis. Animabus



6 Vide D. Bonauen. diſt. 20. 2. par. diſtinctionis. quæſtio. 5. Caietanum de theſauro indulgentiarum, quęſtione. 5. & 6. Ricard. diſtinctio. 20. quarti. articulo. 3. quæſtione. 3. Palud. diſtin. 20. quæſt. 4. artic. 3. concl. 6.

bus exiſtentibus in Purgatorio. Poteſt ſimiliter Summus Pontifex concedere indulgentias ſicut hominibus exiſtentibus in hac vita, vt tenet D. Bonauentura & Caietanus: 6 quia Summus Pontifex poteſt aperire ianuam regni cæleſtis, quam non poteſt aperire animabus exiſtentibus in purgatorio, niſi communicando illis merita Chriſti, & Sanctorum ad ſatisfactionem. Diuerſimodè tamen concedit indulgentias viuis, & defunctis: qui viuis concedit illas autoritatiuè tanquam princeps applicando eis theſaurum publicum: defunctis vero concedit indulgentias per modum ſuffragij, ſiue auxilij, ſicut princeps liberans captiuos ſub alieno dominio exiſtentes: iam enim animæ exiſtentes in purgatorio ſunt extra iuriſdictionem Eccleſiæ militantis, vbi tantum Summus Pontifex habet iuriſdictionem. Ex quo ſequitur, quod indulgentiæ conceſſæ animabus exiſtentibus in purgatorio, non proſunt illis de rigore iuſtitiæ, ſed de miſericordia, quia

quia redimere aliquem non ſibi ſubditum nõ eſt in poteſtate liberantis, ſed ex beneplacito creditoris, & animæ exiſtentes in purgatorio non ſubduntur Papæ, ſed ſoli Deo, quia ſunt extra viam.

## Ob quã cauſam indulgentiæ debeant concedi. Cap. IIII.

EX quarta particula diffinitionis (ſcilicet, ob rationabilem cauſam) ſequitur, quod ad hoc quod indulgentiæ valeant, requiritur ſufficiens cauſa in obtinente indulgentias 1. Si enim nõ poteſt dare oppidum, aut villã ex patrimonio Eccleſiæ abſque rationabili cauſa, ſimiliter non valebit condonatio rerum ſpiritualium, ſcilicet, meritorum Chriſti & Sãctorum, & Papa diſpenſator eſt rerum ſpiritualium, & non diſsipator 2. Diſsiparet autem

1 Contra Paludanum diſt. 20. quarti. quæſt. 3. art. 1. & Maiorem aſſerentes, Papam poſſe autoritatiuè abſq; aliqua cauſa condonare indulgẽtias, quorum oppoſitio eſt contra diffinitionẽ Eccleſiæ, in extrauaganti, Vnigenitus, vbi dicit Clemens VI. quod Papa poteſt impartiri theſaurũ Eccleſiæ rationabili cauſa interueniente.

2 Vt inquit Adrianus de indulgentijs nota. Sed probabile dubium. §. 2.

tem



tem, ſi abſque rationabili cauſa impartiretur Eccleſiæ theſaurum: Si enim Papa non poteſt diſpẽſare in voto, aut iuramentum relaxare abſq; rationabili cauſa, neque indulgentias concedere, ſiquidem concedere indulgẽtias, eſt relaxare pœnam debitã peccatis, & ſoluere pœnam debitam peccatis, ita eſt de iure diuino, ſicut adimplere votum, aut iuramentũ. Cauſa ſufficiens & rationabilis indulgentiarum eſt commenſuranda quantitati ipſarum. Maior; ſcilicet, indulgentia indiget maiori cauſa. 3 Vnde illa communis ſententia, indulgentiæ tantum valent quantum ſonant, eſt intelligenda, legitima cauſa interueniente, & Papa non errante in diſpenſatione theſauri, qui cum ſit bonum com-

3 Ita tenent omnes doctores communiter, & præcipue D. Bonauentura diſtin. 20. quæſt. vltima ad vltimũ. & Adrianus vbi ſupra. §. ex his dico, & conſtat ex cap. cum ex eo. vbi dicitur quod per indiſcretas indulgentias eneruatur ſatisfactio pœnitentialis, id eſt, manet inſoluta, & vocat indiſcretam indulgentiam quando pro minima cauſa indulgentia conceditur. Veluti illæ indulgentiæ quæ ſolent concedi, ſcilicet, cuicunque recitauerit ſalutationẽ Angelicam per ligneos globos à tali prælato benedictos conſequatur plenariam indulgentiam, & aliæ eiuſdem formæ. Huiuſmodi eñ indulgentiæ ſecundum Caietanum & Adrianum, quæſtione. ſed probabile du-

V bium

bium, & ſecundum Gerſonem quæ ipſe citat ſunt indiſcretæ, non tamen tantum valent, quantum promittunt. Valebunt tamen (vt ait Adrianus vbi ſupra. §. ex his dico) ſecundum proportionem cauſæ.

mune debet diſpenſari ſecundum iuſtitiam diſtributiuã; Nam licet Papa non poſsit errare in deciſionibus fidei, poteſt tamen errare in quacunque diſpenſatione, vt aſſerit Caietanus. Nec inferas ex dictis (vt dicunt aliqui) prout refert Caietanus, vbi ſup, ra cauſam propter quam conceditur indulgentia debere eſſe omnino æquiualentem ipſi indulgentiæ, hoc eſt, quod ſi per indulgẽtiam remittatur vnus annus pœnæ purgatorij, cauſa imponenda debet eſſe tantæ efficaciæ, quod abſque indulgentijs ſola ipſa poſsit remitti pœna vnius anni; quia hoc eſſet extenuare virtutem indulgentiarum, & nullius vtilitatis eſſent. Tunc enim potius eſſet commutatio æquiualentis pro æquiualenti quam remiſsio: ſed ad ſenſum ſupra explicatum dicendũ eſt. Et cauſam propter quam conceditur indulgẽtia ſemper debet applicari honori ſanctorũ, aut Chriſti, aut in publicam & piam cauſam. 4 Verbi gratia, ſi concedatur indulgentia propter eleemo-

4 Vt inquit Diuus Bonauen. diſt. 20. 4. 2. parte quæſt. 4.



eleemoſynam talis eleemoſyna debet applicari vel ad ædificandam Baſilicam, vel ædificium alicuius hoſpitalis, ſeu monaſterij, vel in fauorem fidei, ad expugnandam ſectam Mahometicam, aut in publicam vtilitatem, vt perſona publica, ſcilicet, vt Papa rectè gubernet Eccleſiam. Non enim Papa poteſt applicare indulgentias in ædificium arcis Regis, aut propter erigendos muros ciuitatis; quia quanuis ſint publica ædificia, non tamen ſunt pia; & vocatur vſus pius quando interuenit aliquod opus ex operibus miſericordiæ corporales, vt ſepelire mortuos, viſitare languentes &c. Applicatur tamen honori Dei, & Sanctorum quando cauſa eſt confeſsio, ieiunium, oratio, peregrinatio & viſitatio altaris, ſeu Eccleſiæ. Ratio huius doctrinæ eſt, quia theſaurus Eccleſiæ eſt bonum publicum aggregatum ex meritis Chriſti & Sanctorum. Sed quæres, eleemoſyna quæ offertur pro bulla Cruciatæ eſt ne cauſa ſufficiẽs ad conſequendas omnes indulgẽtias, quæ continentur in bulla? Reſpõdetur affirmatiuè, 5 quia

5 Contra Magiſtrum Victorium, & Sotum aſſerentes huiuſmodi

 Diploma

diplomata continere intolerabilẽ errorem eo quod pro minima eleemoſyna ampliſsimæ concedantur indulgentiæ.

6 Si enim per benedictionem Papalem impartitam à Summo Pontifice in die ſancto Paſchatis omnibus exiſtẽtibus in platea ſancti Petri conſequitur indulgentia plenaria (vt inquit Caietanus in tractatu ad Iuliũ Cardinalem) vbi ait quod eſt ſufficiens cauſa concedendi illam indulgentiam, quia omnes proteſtantur ibi fidem Romanæ eccleſiæ: ita erit ſufficiẽs cauſa pro diplomate binos argenteos offerre pro tot indulgentijs; quia ſic offerentes proteſtãtur fidem Chriſti, & Eccleſiæ aduerſus infideles.

Diploma nõ conceditur pro binis argenteis qui à ſingulis offeruntur, ſed conceditur toti Hiſpaniæ, & omnibus regnis ſub ditione regis Hiſpaniæ exiſtentibus, pro ingenti theſauro qui ex publicatione Diplomatis aggregatur, & quia tanta pecuniæ ſumma impoſsibile erat, vt ab vno offerretur, ideo conceditur omnibus qui partem illius theſauri ſoluerint, & eſt ſimile, eſto quod Rex offerret centum millia ducatorum Papæ, vt concederet illas indulgentias toti regno, eſſet ſufficiens cauſa diſpenſandi; quanuis poſtea Rex à ſingulis ciuibus exigeret partem illius ſummæ pecuniariæ. Ita fit in conceſsione Cruciatæ. 6 Sed dices, ſi Papa cõcedit indulgẽtias (quæ eſt res ſpiritualis) pro pecunia, quomodo liberatur à ſimoniæ peccato? Dico quod nõ dantur, in conceſsione indulgentiarum, pro pecunia, ſpiritualia pro temporalibus, ſed ſpiritualia pro ſpiritualibus, ſiquidem Papa concedit indulgentias ſpirituales, non elargientibus duos argenteos, ſed elargiẽtibus eleemoſynam in redemptionem captiuorum, aut in defenſionem fidei, quæ eſt opus ſpirituale. Eſſet enim eleemoſyna illa res temporalis, aut corporalis, ſi non eſſet opus pium, 7 & tunc nõ poſſet concedi indulgentia, vt dictum eſt.



7 Hæc doctrina eſt Ricardi in. 4. diſtinctione. 20. articulo tertio. quæſtione prima.

## De theſauro Eccleſiæ, ex quo conceditur indulgentia. Cap. V.

Ex quinta particula diffinitionis (ſcilicet de theſauro Eccleſiæ conceſſa) infertur eſſe neceſſarium theſaurum Eccleſiæ ad concedendas indulgentias. 1 Et theſaurus Eccleſiæ aggregatur

1 Contra Ioannẽ Maiorem. diſtin. 19. 4. dicentem Papam poſſe concedere indulgentias authoritatiue nõ applicando alienam ſatisfactionem, quæ opinio eſt contra diffinitio-

finitionem Eccleſiæ in extrauaganti vnigenitus.

2 Vt in quinto tractatu dictum eſt capit. de ſatisfactione & quando agebatur de valore miſſæ.

ex ſuperabundantia meritorum Chriſti & Sanctorum, non quatenus ſunt meritoria gloriæ, ſed quatenus ſunt ſatisfactoria; quia vnus homo, non poteſt alteri mereri: bene tamen poteſt ſatisfacere. 2 Sancti enim multa opera ſatisfactoria præſtiterunt, quibus ipſi non indigebant, vt conſtat Iob. 7. Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior in ſtatera. Et ſanctiſsima Virgo nullam habuit culpam, tamen perpeſſa eſt acerbiſsimos dolores in morte Filij, vt teſtatur Simeon apud Lucam. Et ſimiliter beatus Ioannes Baptiſta ab vtero matris repletus gratia, vinum & ſiceram non bibit, & paſſus eſt carcerem, & martyrium, & ſic de multis ſanctis poteſt probari, qui habuerunt animum expreſſum, ſeu virtualem, vt huiuſmodi opera ſuperabundantia nobis applicarentur (vt conſtat ex Diuo Paulo ad Coloſſenſes. 1. Gaudeo in Paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti (id eſt ſanctorum) in carne mea, pro corpore eius quod eſt Eccleſia. Vnde Papam cōcedere indul-



gentiam vnius anni nihil aliud eſt quam dare illi opera ſatisfactoria Chriſti & ſanctorum quæ ſufficiunt ad ſatisfaciendum pro illa pœna, quibus homo poteſt Deo ſatisfacere, ac ſi eſſent propria quæ opera poteſt applicare Summus Pontifex pro alienis peccatis in ſatiſfactionem. 3 Bona enim cōmunia per principem diſtribuenda ſunt. Hoc expreſſè diffinitur in dicta extrauagāti vnigenitum. Cuius verba ſunt. Ne ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua tantæ effuſionis ſanguinis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit, nō in ſudario poſitū, aut in agro abſconditum, ſed per beatum Petrum cæli clauigerum eiuſq; ſucceſſores commiſit diſpēſandum, & pro pijs, & rationabilibus cauſis nunc pro totali, nunc pro partiali remiſsione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quam ſpecialiter vere pœnitentibus, & confeſsis miſericorditer applican-

3 Paulus primæ ad Corinthios. 4. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, & cap. 10. mihi diſpenſatio credita eſt, &. 2. Epiſtolæ capit. 2. Cui donaui ego in perſona Chriſti donaui: non donauit culpam peccatorum, quia hoc ſolius poteſtatis diuinæ eſt principaliter loquendo, ergo donauit pœnam.

applicandum: quem poteſt Summus Pōtifex ſimiliter applicare animabus exiſtentibus in purgatorio (vt ſupradictũ eſt) ſicut proſunt eiſdem ſuffragia & ſacrificia: quæ ſi in vniuerſali offerantur proſunt omnibus plus, aut minus, ſecundum diuinam diſpenſationem: Sacrificia vero non poſſunt prodeſſe animabus purgatorij quoad ſatisfactionem quoaduſque offerantur, quanuis ipſe defunctus dum viueret ea mandauerit; quia quod nō eſt non poteſt operari: hæredis vero ſeu ſacerdotis negligentia in offerendis ſacrificijs punietur eadem pœna qua fuit punitus defunctus ob eorum negligentiã in offerendo, ſiquidem fuerunt cauſa damni defuncti, & omne damnum illatum proximo eſt ſoluendum in alia vita, vel in iſta.

TRA-



# TRACTATVS X.

# De ſacramento Matrimonij.

## De inſtitutione & eſſentia huius ſacramenti. Cap. I.

MATRIMONium eſt indiſſolubile vinculũ, ac perpetuum, quo duo copulantur, ſcilicet, vir & fœmina per mutuum conſenſum liberum, expreſſum ſignis, aut verbis ad copulam, ſi petatur. Hæc eſt diffinitio completa ſacramenti matrimonij, quod fuit inſtitutum à Deo in officium, & vt eſſet ſignum rei ſacræ, ſcilicet vnionis humanitatis Chriſti & Eccleſiæ, quando dixit Adæ & Euæ in ſtatu innocentiæ [1]. Creſcite & multiplicamini, &c. Hæc tamen inſtitutio manſit in remedium, ſcilicet ad vitãdam fornicationem poſt

1 Geneſ. 1. Creſcite, &c. prout inſinuat Paulus ad Epheſ. 5. dicens. Sacramentum hoc magnum eſt, hoc autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Hoc ſacramentum tantum in officium pronuntiauit Adam quando dixit. Hoc nunc os de oſſibus meis, & caro de carne mea quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.

V 5 pecca-

peccatum Adæ [2]: ſub qua acceptione durauit in toto mundo, vſque ad aduentum Chriſti, & durat modo apud infideles: prout conſtat per cap. gaudemus de diuortijs [3]. Modo vero in ſtatu legis euãgelicæ eſt ſacramentum collatiuum gratiæ: prout diffinitur in Conc. Trid. Seſsio. 24. can. 5. ſiquidem omnis cæremonia inſtituta, vel approbata à Chriſto in Euangelio in remedium contra morbum peccati eſt ſacramentum. Et Chriſtus R.N. Matth. 19. referens primã inſtitutionem factã à Deo dixit. Quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Quibus verbis approbauit inſtitutionem Dei factã in principio [4]: & hòc ſacramentum confert gratiam ipſis coniugibus quando mutuum conſenſum de præſenti exprimunt per

2 Prout inſinuat Paulus ad Corin. 7. Bonum eſt mulierem non tangere, propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat.

3 Vbi dicitur matrimonium infidelium eſſe ſacramentum non collatiuũ gratiæ, ſed in quantum vinculum indiſſolubile, & ſignũ rei ſacræ, ſcilicet, vnionis indiſſolubilis inter humanitatem, & verbum.

4 Aduerte tamen quod matrimoniũ ſacramentum non ſupponit pro vinculo indiſſolubili, nec pro contractu maris & fœminæ, quo permutantur corpora ad actum coniugalem (quia omnia iſta habent eſſe permanens) ſed pro mutuo cõſenſu maris & fœminæ expreſſo verbis, ſeu ſigno aliquo exte-



per verba, ſeu ſigna externa. Nam verba, ſeu ſigna externa vtriuſque coniugis, ſunt ſibi inuicem materia, & forma huius ſacramenti, videlicet, Accipio te in meam: Accipio te in meum. Verba viri, reſpectu ſuiipſius ſunt materia, & verba mulieris forma: & ècõuerſo. Nã proprium eſt materiæ eſſe indeterminatam, & formæ determinare. Et ſic hæc verba prolata (verbi gratia à Petro: Accipio te in meã, ſunt indeterminata ad quãcunq; mulierem recipiẽdã: quæ determinãtur per verba mulieris, ſcilicet, Mariæ quando dicit. Accipio te in meum: nam his verbis determinantur, & reſtringuntur verba Petri, vt dirigantur tantum ad contrahendum cũ Maria. Econtra tamen eſt dicendum de verbis mulieris, reſpectu ſuiipſius: & ita ambo ſunt inuicem miniſtri huius ſacramenti, non tamen ſacerdos, ſed potius eſt teſtis neceſſarius ad hoc,

riori: quia hæc habẽt eſſe infieri, quod eſt proprium ſacramenti. Ex quo infertur ſecũdum Ricard. diſtinctio. 26. quarti. quęſtione. 2. ad primum. & ſecundum Sotum eadem diſtin. quæſt. 2. artic. 1. ad primum. materiam & formã huius ſacramẽti eſſe verba vtriuſque coniugis ſibi inuicẽ, ſeu ſigna illa externa: quibus exprimunt ſuum conſenſum: quia mutuus conſenſus per verba, ſeu ſigna de præſenti, eſt de eſſentia huius ſacramenti.

5 Et ita verba illa prolata à ſacerdote non ſunt forma huius ſacramenti, ſed tantum ſacramentalia, ideſt cæremonia, ſiue ſolennitas ſeruanda ex inſtitutione Eccleſiæ tempore quo celebratur hoc ſacramentum: non tamé eſt de eius eſſentia: quia ſi ſacerdos eſt præſens,&teſtis oculatus huius contractus matrimonialis, quanuis nulla proferat verba eſſet verum ſacramentum collatiuum gratiæ. Hæc doctrina inſinuatur à Concilio Florentino ſub Eugenio IIII. vbi expreſsis formis cæterorum ſacramentorum,cum peruentum fuit ad ſacramentum matrimonij, nullam aſsignauit formam: ſed ſolum dicit,quod cauſa efficiens huius ſacramenti eſt mutuus cõſenſus coniugum per verba de præſenti expreſſus, non tamen dicit actiones miniſtri efficere ſacramentum. Ex quo manifeſtè colligitur, quod verba vtriuſque coniugum ſunt ſibi inuicem materia,& forma,& quod ipſi ſunt ſibi miniſtri, ſiquidem nullum ſacramentum nouę legis efficitur,niſi concurrente materia,& forma, & actione miniſtri cum intentione

ad hoc, quod hoc ſacramentum conficiatur 5: qui debet eſſe proprius Parochus viri, aut mulieris,iuxta determinationem Concil. Triden. annullantis matrimonium clandeſtinum:& illud vocat clandeſtinum quod non celebratur coram duobus aut tribus teſtibus,& Parocho. Tres vero illæ monitiones faciendæ, quanuis ſint de ſolennitate matrimonij, non tamen ſunt de eius eſſentia. Et Parochus ſi aliter recipiat coniuges ad matrimonium erit grauiter puniendus, vt diffinit Cõcil. Trid. Seſsio. 24. cap. 1.



ne conferendi ſacramentum. Vnde etiam manifeſtè colligitur gratiam recipere coniuges ſtatim poſt prolationem verborum: quia tunc perficitur ſacramentum: non tamen quando ſacerdos profert illa verba ſacramentalia. Et non ſolum datur in hoc ſacramento gratia ſanctificans, ſed etiam auxilium,quo poſsint vitare fornicationem cum aliena, ſiue alieno, & vt mutuo amore ſe proſequantur, neque ſe inuicem faſtidiant,cum naturale ſit homini faſtidire fœminam,poſtquam ea fuerit potitus,& ſimiliter mulier faſtidire virum,vt patet in exemplo Amon filij Dauid, qui poſtquam potitus fuit Thamar ſorore ſua,quam ardenter amabat, graui odio eam eſt poſtea proſecutus. Ita diffinitum eſt in Concil. Triden. Seſsio. 24. quæſt. 8. de doctrina ſacramenti matrimonij, vbi ſic ait: Gratiam vero,quæ naturalem illum amorem perficeret,& indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugesq; ſanctificaret, ipſe Chriſtus venerabilium ſacramentorum inſtitutor ſua nobis paſsione promeruit.

## De conſenſu requiſito ad hoc ſacramentum. Cap. II.

DICTVM fuit in diffinitione huius ſacramẽti liberum conſenſum eſſe de eius eſſentia, & quidditate: quia licet Deus poſsit efficere per ſe ſolum matrimonium abſque aliquo conſenſu partium 6, lege tamen ordina-

6 Veluti, ſi diceret Petro, eſto vir Mariæ: quia in hoc euentu, ſtatim Maria eſſet vxor Petri antequam præſtaretur aliquis conſenſus, ſiquidem Deus eſt Dominus ſuorum corporum: & per conſequens poterit

ria inſtituit non dari verum matrimonium abſq; conſenſu interno contrahentiũ, qui debet exprimi verbis, aut ſignis exterioribus, nõ per verba de futuro (quia hæc efficiunt ſponſalia, vt infra dicetur) ſed per verba de præſenti: quæ verba ſimul cũ conſenſu (etiam nõ interueniente copula, ſi perſonæ ſunt habiles ad contrahendum) efficiunt verum matrimonium ratũ. Hæc doctrina cõſtat ex multis locis 7, & maximè ex Cõcil. Floren. cuius potiſsima ratio eſt: quia de ratione cuiuſcunq; contractus eſt mutuus cõſenſus cõtrahentium expreſſus verbis, aut ſignis: & ſacramẽtũ matrimonij eſt perfectiſsimus, & ſolennis contractus: per matrimonium enim permutantur corpora ad copulam, ſi petatur 8. Ex quo
ſequitur

ſequitur quod poteſt dari matrimonium inter abſentes per procuratorem exprimentem conſenſum ſuæ partis: dummodo tẽpore contractus abſens retineat conſenſum, nec illũ reuocauerit. In hoc enim caſu non ſolũ tenet matrimonium in ratione contractus, ſed etiã in ratione ſacramenti nouæ legis collatiuũ gratiæ 9. Quã gratiã recipiunt contrahentes tempore quo procura

poterit illa permutare.

7 Videlicet ex c. ſufficit. 23. queſt. 2. & ex capit. tuas. de ſponſa. & cap. cum locum. & in cap. cũ apud. de ſponſal.

8 Et eadem ratione non ſufficit conſenſus internus, niſi exprimatur verbis, aut ſignis: nõ enim perficitur aliquis contractus, donec conſtet de voluntate vtriuſque contrahentium. Siquidem quilibet dat alteri, vt det. Ergo debet conſtare vnicuique, vtrum alter velit permutare ſuum corpus, quod non poteſt conſtare, niſi exprimatur conſenſus verbis, aut ſignis externis. Quia prout dicitur 1. Regum. cap. 16. Homines vidẽt quę apparent, &c. Et inſuper, quia matrimonium eſt ſacramentum; & per conſequens, debet perfici per aliquod ſignum exterius. Eſt enim ſacramentum ſignũ ſenſibile, &c. Nec debet neceſſario exprimi verbis, ſed ſufficit quod exprimatur aliquo ſigno exteriori (vt dictum eſt) quia in Concil. Florentin. dicitur, quod cauſa efficiens matrimonium eſt mutuus conſenſus, regulariter per verba de præſenti expreſſus: & dicit regulariter, quia contingit, quod aliquando non exprimatur per verba, ſed per ſigna, & per nutus: eſt tamen verum ſacramentum, quanuis vt in plurimum per verba exprimatur. Nec eſt de eſſentia huius ſacramẽti, quod exprimatur cõſenſus vtriuſque contrahentium, præſentibus ipſis contrahentibus: ſiquidem datur verum matrimonium inter abſentes, quando contrahitur per procuratorem.

9 Vt inquit Soto diſtinctione. 27. quarti. quæſtione. 1. articulo. 3. Hæc enim eſt natura huius ſacramenti, vt poſſit effici inter abſentes: quia cum idem ſacramentum ſit etiam contractus, ſicut in ratione contractus poteſt effici inter abſentes, ſimiliter, & quatenus ſacramentum, maxime cum interueniat ibi materia, & forma, ſcilicet, conſenſus contrahentium expreſſus per procuratores. Temerarium enim eſſet aſſerere, poſſe dari matrimonium verum in ratione contractus, quod non ſit ſacramentum modo
in lege

tores perficiunt contractum; licet aliquis eorum dormiat tempore cõtractus, dummodo habuerit tẽpore quo ibat dormitum animum contrahendi,& contritionem peccatorum ſuorum,ſi erat cõſcius alicuius peccati mortalis 10.

Secundò ſequitur, quod ſi aliquis coniugum contrahat fictè, hoc eſt, quod non intendat contrahere, ſeu obligare ſe ad matrimonium, licet verbis exterioribus verè videatur contrahere,& poſſit compelli ab Eccleſia, vt habitet cum tali vxore: quoad Deum tamen non tenetur,ſed poteſt relicta vxore fugere; & tranſire ad ſecundas nuptias. Nec eſt credendus, quanuis iuramento affirmet non habuiſſe intentionem contrahendi, quia Eccleſia non iudicat de occultis. Sic tamen cõtrahens committit graue ſacrilegiũ, & peccat mortaliter ſiquidẽ irridet ſacramentum 11.

in lege Euangelica, cum ex inſtitutione Chriſti omnis contractus matrimonialis inter Chriſtianos ſit verum ſacramentum nouæ legis collatiuum gratiæ.

10 Qua diſponat ſe ad gratiam recipiendam; ſicut ille qui patitur martyrium inter dormiendum ſecundũ probabilem opinionem verum patitur martyrium & recipit gratiam, ſi tempore quo ibat ad dormiẽdum habuit deſiderium patiendi martyrium.

11 Ita quod potius tenetur ſubire mortem, quam verbo tenus contrahere, ſed ſimul tenetur

Tertiò



Tertio ſequitur quod matrimonium metu factum eſt nullum, dummodo metus ſit grauis ſufficiens ad immutandum animum viri conſtantis,& inferatur iniuſtè, videlicet à non habente authoritatem inferendi; ſi vero metus fuerit leuis, aut iuſtus ( quanuis grauis ) quia infertur ab habente authoritatem inferendi; & petitur ab illo, qui metu contrahit quod alias tenetur facere, matrimonium tenet, quia non vitiatur libertas voluntatis, quæ requiritur ad præſtandum conſenſum: ſecus autem in priori caſu. Metus enim iuſtus dicitur, veluti ſi Petrus inueniat Ioannem cum propria ſorore, aut filia virgine, & metu mortis compellat ipſum Ioannem, vt ducat vxorem virginem, quam corruperat: iniuſtus tamen diceretur, ſi inferatur ab aliquo extraneo, qui non eſt frater, aut pater virginis; nam deficit authoritas in compellente; vel quanuis ipſam habeat, ſi petat ab ipſo, quod alias non tenetur facere, erit ſimiliter iniuſtus,& per conſequens matrimonium eſſet nullum. Veluti, ſi iudex imponat latroni pœnam capitis, ſi non

præſtare aſſenſum in animo; qui, ſi iniuſtè compellatur ad præſtandum aſſenſum, quanuis illum præſtet, non tamen valet matrimoniũ.

 contra-

contrahat cum tali muliere; licet poſsit eum occidere iuſtè propter furtum, non tamen ex eo quod non contrahat: 12 & per conſequẽs conſenſus non eſt liber,& matrimoniũ ſic cõtractum nullũ. Duas enim conditiones pręciſas debet habere metus grauis,vt ſit iuſtus, nõ vitiãs conſenſum,nec matrimoniũ.Prima quod inferatur metus ab habẽte authoritatẽ inferẽdi. Secũda quod petatur à cõpulſo per metum, quod ipſe ſecundũ conſcientiam, vel ſecũdum leges facere tenetur. Deficiente aliqua ex his conditionibus erit iniuſtus metus annullãs matrimoniũ,dũmodo talis metus ſit cadẽs in virũ conſtantẽ;vt metus mortis,infamiæ,aut perpetui exilij, ſiue amiſsionis omnium bonorum temporalium 13.

Quarto

12 Ita diffinitur in lege Timorem.& in lege iſti quidem. ff. quod metus cauſa,&c.

13 Vide ſummiſtas verbo Metus. Huiuſmodi eñ metus poteſt cogere virum conſtantem,vt metu faciat, quod ceſſante metu non erat facturus.Et per virum conſtantem non intelligas virum pertinacem,ſed virum ſtudioſum;cuius eſt eligere minus malum pro cauendo maiori, ſcilicet, eligere amiſsionem bonorum temporalium pro defenſione vitæ. Pertinax vero eligit maius nocumentum temporale, pro cauendo minori: ſiquidem aliquãdo eligit mortem pro defenſione aſsis; quod potius dicitur pertinacia, quam conſtantia. Vnde cum libertas contrahentium ſit



Quarto ſequitur quod pater non poteſt compellere filium ad contrahendum cum aliqua, niſi in caſu quod expediat paci, & tranquillitati Reipub. ſeu alicuius prouinciæ,vel regni:nam tunc tenetur filius obedire patri ſub reatu peccati mortalis. Quando vero non fuerit neceſſarium non poteſt licite cogi, vt cõſtat per legem nõ cogitur.ff.de ritu nuptiarum.

de iure naturali, vt conſtat Geneſ. 24. quando ſeruus Habrahæ petens Rebecham,vt duceret filiº Domini ſui Iſaac in vxorem, reſponderunt eius parentes. Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem:Benè infertur quod quando deficit hæc libertas eſt nullum matrimoniũ, prout deficit quando interuenit metus cadens in virum conſtantem; ſiquidem voluntas tunc violentatur,cum ratione principij extrinſeci,ſi,licet metus determinetur ad vnum,ſcilicet, ad eligendum matrimonium: nam proprium eſt voluntati liberæ, & non coactæ poſſe eligere vtranque partem contrariorum: quod non contingit quando metus eſt leuis, ſiquidem talis metus non ſufficit ad voluntatem determinandam, etſi ſit inconſtans:& perconſequens poſsit compelli per tale metum;in hoc euentu determinatio voluntatis prouenit ex defectu libertatis,& ex puſillanimitate,& ſic non eſt à principio extrinſeco,ſed intrinſeco,ſcilicet,ab errore meticuloſo, qui arbitrabatur illud malũ eſſe grauius. Et ideo eccleſia in ca.cũ locũ,& in.c.cõſultationi,& in c.veniẽs.ll. 2.de ſpõſalibº cõfirmat matrimonia per metũ leuẽ cõtracta,& annullat matrimonia,facta metu graui iuſto cadẽte in virũ cõſtãtẽ,cõfirmat inquã matrimonia metu leui facta,ſcilicet declarãdo nõ deficere in tali cõtractu libertatẽrequiſitã ad cõtrahẽdũ,

 & legi-

& legitimando perſonas ſic contrahentes, vt ſacramentum teneat: ſicut illegitimat perſonas contrahentes metu iniuſto cadente in virum conſtantem. Prout affirmat Ricard. diſt. 29. 4. quæſtione. 1. quem ſequitur Duran. & Soto, & Palud. eadem diſt. Sicut enim ius ciuile poteſt interdicere, ne in aliquo euentu aliquis poſſit alienare bona ſua; ita ſimiliter poteſt Eccleſia interdicere, ne quis metu graui alienet ſuum corpus, bene tamen metu leui, etſi aliquando in conſciẽtia matrimoniũ metu leui contractum fuerit nullum propter maximam incõſtantiam contrahentis compulſi, ſaltem in foro exteriori erit validum; ita quòd Eccleſia cõpellet ſic contrahentes ad ſimul cohabitandum, nec dabit actionem in iudicio vni, aut alteri; dabit tamen actiones quando fuit contractum metu graui: quia cum Eccleſia iudicet ſecũdum allegata, & probata, quando metus eſt grauis legitime probatur extenuatio libertatis, ſecus autem quando eſt leuis.

Quinto ſequitur, quod quando compulſus non tenebatur contrahere, ſi contrahat timore mortis erit validum matrimonium, quando non fuit illatus metus, hoc animo, vt ipſe contraheret, ſed potius ipſe compulſus timore mortis, voluntariè ſe obtulit ad contrahendũ propter vitandam mortem: In hoc enim euẽtu metus mortis non fuit cauſa matrimonij, ſed occaſio. Veluti ſi aliquis ductus ad patibulum dicat, ſe velle ducere meretricẽ in vxorem, vt ſecundum ſtatuta quarundam prouinciarum euadat mortem, vel ſi

14 Aduer-



quis metu naufragij imminentis promittat Deo ſe ducturum aliquam pauperculam in vxorem, vel ſi facto cõtrahat cum illa. In his omnibus euentibus ſacramentum tenet: quia cum metus non ſit cauſa matrimonij, ſed occaſio, libere contrahit: nõ enim fuit inductus ab alio, ſed ipſe induxit ſeipſum timore mortis 14.

14 Aduerte quod quando matrimonium eſt nullum ratione metus, erit etiam nullum, quanuis iuramento firmetur, quia cum eccleſia annullet huiuſmodi matrimonium, & illegitimet perſonas ad ſic contrahendum, non poteſt effici verum aliquo modo per iuramentũ, poteſt enim Eccleſia, reſcindere huiuſmodi contractum, ſicut omnem alium contractum metu factum; alioquin innocens pateretur ſine remedio. Si enim votum ſolenne emiſſum per metum grauem eſt nullum ipſo iure, prout diffinitur in cap. 1. quod metus cauſa, &c. Ergo & matrimonium iuramento firmatum metu contractum, non enim quoad Deum eſt aliquod diſcrimen inter votum, & iuramentum.

## De Matrimonio conditionali, Cap. III.

CVM de ratione huius ſacramẽti ſit actualis conſenſus (nam verbis contrahens inſinuat, actu tunc conſentire in tali contractu) ſequitur matrimoniũ ſub conditione cõtractum

nõ ratificari,ſeu perfici vſq; dum adimpleatur conditio,ſiquidẽ contractus conditionalis eſt ille,in quo ſuſpenditur cõſenſus;quando conditio eſt de futuro,vel limitatur,ſi cõditio eſt de præſenti. Veluti ſi aliquis dicat,cõtraho tecum ſi dederis mihi centum,vel contraho tecum ſi modo Papa viuit, vel ſi tuus pater viuit. Per matrimonium cõditionale non intelligas contractum matrimonij demonſtratiuum,in quo demonſtratur qualitas cõiugis, cum quo contrahitur. Veluti ſi dicat. Accipio te in vxorem quæ es libera,vel pulchra,vel filia Regis. Nec intelligas contractum modalem,in quo explicatur aliquã moderatio,vel limitatio: vt accipio te in meam,vt præſtes mihi obſequiũ, ſiue vt nutrias filios. Nec intelligas contractum cauſalem in quo explicatur cauſa impulſiua cõtrahendi,ſcilicet,accipio te in vxorem,quia diues es:quia deficiente demonſtratione, modo,& cauſa,tenebit nihilominus cõtractus; nõ enim claudicat ex hac parte;quia conſenſus fuit abſolutus:ſed intellige contractum cõditionalem, in quo ſuſpenditur conſenſus, vſque ad certum tẽpus. Si cõditio eſt de futuro, vel ſi cõditio eſt de præſenti,nõ ſit contractus abſolute, ſed ſub

aliqua



aliqua lege. Nec intelligas omnes cõditiones ſuſpendere conſenſum,quia ſi cõditio eſt de re neceſſaria neceſsitate naturali, veluti ſi dicatur. Contraho tecũ ſi digito cœlũ tetigeris; vel ſi ſol oriatur cras, valet matrimonium antẽ adimpletã cõditionẽ, cum huiuſmodi cõditiones ſint neceſſario futuræ: cõſenſus non ſuſpẽditur. [15] Et ſimilis erit ratio,quando conditio appoſita fuerit impoſsibilis ſecundũ naturã. [16] Nã ,pur dicitur

15 Ita tenet D. Thom. diſtin. 28. contra gloſſam in cap. per tuas de conditionibus appoſitis, & confirmatur per legem, impoſsibilis. ff. de verborũ obligationibus.

16 Si vero conditio non eſt impoſsibilis ſecundum naturã; ſed potius impoſsibilitate morali,veluti ſi dicat mulieri pauperculæ. Contraho tecum, ſi dederis mihi cẽtum millia ducatorum, matrimoniũ eſt nullũ vſq; dũ adimpleatur cõditio, quia naturaliter eſt poſsibilis; qui enim imponit talẽ cõditionẽ manifeſte inſinuat diſſenſum, niſi adimpleatur cõditio. Pendẽter enim eſt poſita. Quod non contingit quãdo cõditio eſt impoſsibilis ſecũdũ naturã,cũ inſipienter, & iocoſe addatur talis cõditio,ideo habetur pro nõ adiecta,ita quod in foro exteriori huiuſmodi matrimoniũ iudicatur verũ,niſi aliũde cõſtiterit,de cõſenſu,vel diſſenſu cõtrahẽtiũ,veluti ſi prolatis verbis. Cõtraho tecũ,ſi cœlũ digito tetigeris, cõtrahens amplexetur vxorẽ,& faciat quod cæteri ſponſi cõſueuerunt facere,his enim ſignis inſinuauit,quod abſolute cõtraxit, & quod iocoſe fuit appoſita conditio,ſecus autem, ſi ſtatim recedit,neq; amplius illã vidit, manifeſte enim habẽtur ſigna diſſenſus, & matrimonium erit nullum, & ita intelligendus eſt

dus eſt textus Gregorij in dicto capit. finali, non enim dicit Papa quod tale matrimonium ſub conditione impoſsibili valeat in omni euentu, ſed ſolum dicit, quod illa conditio habeatur pro non adiecta, acſi dixerit, ſi aliunde conſtiterit de conſenſu contrahentium, tūc illa conditio impoſſibilis nihil nocet, quo minus iudicetur verum matrimonium, & idem cēſendum eſt de conditione turpi, prout conſtat ex eodem capit. finali, huiuſmodi enim matrimonium in foro exteriori præſumitur verum; Iudicatur enim acſi cōſenſus eſſet abſolutus, ſiquidem habetur pro non adiecta, niſi aliunde conſtet, aut probetur diſſenſus. In foro vero conſcientiæ, ſi contrahens appoſuit talem conditionem turpem eo animo & intentione quod non valeat matrimonium de præſenti ante adimpletam conditionem, matrimonium eſt nullum, quia aliter non habuit aſſenſum, quod eſt de eſſentia matrimonij: & licet conditio fuerit turpis, & nullo modo adimplenda, res tamen promiſſa, ſcilicet, matrimonium eſt licita, & honeſta, & per conſequens adimplenda; ita quod adimpleta cōditione turpi tenetur contrahere; ſicut ad reddendum promiſſum factum meretrici pro actu turpi.

17 Quia

in cap. fina. de conditionibus appoſitis, habetur talis conditio pro non adiecta, & idem diffinitur de conditione turpi; veluti, Contraho tecum, ſi te inuenero virginem: ſtatim enim tenet matrimonium, neque conditio illud impedit; niſi aliunde conſtiterit de diſſenſu, videlicet quod ioco ſè locutus ſit. Dicitur enim cōditio turpis cōditio illicita veluti. Accipio te in meā, ſi adulteriū, vel furtū cōmiſeris. Illa enim cōditio, ſi te in-



uenero virginē, habetur pro cōditione turpi, ſi explicatio virginitatis debet fieri per congreſſum virilē: ſecus autē, ſi exploranda eſt virginitas per aſpectum matronarum. Non tamen annumeres inter conditiones turpes illas conditiones quæ ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, veluti contraho tecum, dummodo nō tenearis ſoluere debitum, quæ conditio eſt contra bonum fidei. Vel contraho tecum, ſi generationem prolis vites: quæ eſt contra bonum prolis. Vel contraho tecum, donec inueniam aliā honore, & facultatibus digniorem: quæ conditio eſt contra bonum ſacramenti, cuius eſt perpetuitas; quia contractus matrimonij, in quo ponitur vna ex tribus conditionibus, eſt nullum, prout diffinitur in dicto cap. fina. Quia qui ponit tales conditiones manifeſtè inſinuat non habere conſenſum requiſitum ad perfectionē matrimonij [17], cum matrimoniū nihil aliud ſit, quam obligatio mutua ad bonum prolis, & ad bonum fidei, & ad perpetuitatem.

17 Quia quandocunque ponitur cōditio incompoſsibilis contractui implicat cōtradictionem cōtractum fieri. Veluti ſi aliquis in cōtractu venditionis, de cuius eſſentia eſt pretium diceret. Vēdo tibi hanc domū, dummodo nullum mihi ſoluas pretiū.

quæ venditur, ſcilicet, quod ſit talis vinea, in tanta quantitate, & quod vendens habeat poteſtatem alienandi vineam: error vero in qualitate vineæ, ſcilicet, ſi eſt ſterilis, quam emptor arbitrabatur fertilem non vitiat contractum: ſiquidem conſenſus in accidentalibus non eſt de eſſentia contractus; ita in propoſito.

## De ætate & qualitate contrahentium matrimonium, & ſponſalia. Cap. IIII.

CVM de eſſentia matrimonij ſit potentia reddendi debitum quotieſcunque petatur, & libertas ad conſentiendum: bene colligitur, matrimonium contractum ante annos pubertatis completos, non tenere: ſiquidem ante prædictam ætatem non habet homo illam diſcretionem, quæ requiritur ad conſenſum, nec potentiam coeundi. Ita diffinitur in cap. impuberes. & clarius in cap. Atteſtationis. vbi dicitur, quod illud matrimonium eſt verum, quando vir conſentit in matrimonio circa finem. 14. annorum, & mulier circa finem 12. annorum. Si vero ante annos pubertatis ſuppleat malitia ætatem, hoc eſt concupiſcentia quoad potentiam coeundi, & prudentia, & diſcre-



diſcretio, valet matrimonium ante ſupradictã ætatem, dummodo fuerit conſummatum, prout diffinitur in cap. de illis el. 2. & in capit. fina. de deſponſat. impuberum [22]. Totum hoc debes intelligere ad matrimonium ratum de præſenti, quod fit per verba de præſenti, & per proprium conſenſum. Nã ad matrimonium per verba de futuro (quod non dicitur verum matrimonium, ſed ſponſalia, quæ ſic diffinitur. Sponſalia ſunt promiſsio mutua maris, & fœminæ de contrahendo matrimonium in futurum) ſufficit ætas. 7. annorũ vt coniuges, ſeu ſponſi cõtrahant per ſe ipſos: prout diffinitur per cap. literas. [23] non tamẽ requiritur ſeptennium cõpletum, ſed ſufficit, quod ſeptimum annum dimidiauerit [24]. Ante ſeptimum annum poſſunt puberes deſpon

22 Dicitur dummodo matrimoniũ ſit conſummatum: quia quanuis alioquin deprehenditur potentia coeundi, quia forte vir cognouit aliam vxorem, & vxor alium virum, non ſufficit hoc, vt inter eos ſit verum matrimoniũ niſi ipſi mutuo ſe cognouerint, ita docet Syluest. verbo, matrimonium. §. 2.

23 Et in capit. acceſsit. & in capit. ad diſſoluendum. & in capit. vnico de deſponſatione impuberum.

24 Ita tenet Sanctus Thomas & alij quos refert Sylueſter, verbo, Sponſalia. §. 2. & ratio eſt quia quod parum diſtat; nihil diſtare videtur.

25 Si

ſari per patres, aut tutores: quamuis ipſi in conſcientia nõ teneantur adueniente ætate contrahere per verba de præſenti: ſicut quando ſponſalia fuerunt facta per ipſos pueros. Tunc enim tenentur contrahere legitimum matrimonium altero illorum volente: ſiquidem omnis promiſsio facta obligat iure naturali: ſecus autem de promiſſione facta per parentes, & tutores, quia quantũ ad contrahendum filij, & pupilli ſunt ſui iuris [25]. Non tamen iudex eccleſiaſticus poteſt cõpellere ſponſum ad contrahendum per verba de præſen-

25 Si arguas ex capit. 1. de deſponſatione impuberũ, vbi Honorius III. videtur diffinire oppoſitum, Reſpondetur ſecundum gloſſas ibidẽ, quòd hic textus intelligitur de honeſtate, non tamen in conſcientia ſecundum aliquam obligationẽ naturalem, aut ciuilem: & licet matrimonium contrahatur per verba de præſenti, ſi fuit celebratũ ante adimpletos annos pubertatis cenſentur tãtum ſponſalia: prout docet Syluest. verbo, ſpõſalia. §. 5. & ſimiliter ſi matrimoniũ celebratur per verba de futuro, etiam ſi anni pubertatis ſint impleti, & huiuſmodi verba iuramẽto firmentur, nõ habent virtutem matrimonij de præſenti: prout diffinitur in cap. 2. de ſponſalibus. vbi dicitur, quod huiuſmodi ſponſalia iuramento firmata poſſunt diſſolui de conſenſu partium: non enim iuramentum mutat naturam contractus, ſed fortificat illum intra eandem ſpeciem, nec hac ratione poteſt iudex illos compellere ad adimplendum promiſſum.

26 Nulla



ti: prout diffinitur in c. quæſiui, vbi ſic dicitur. Monendus eſt ſponſus, vt adimpleat iuramentum: non tamen cogendus, cum nuptiæ coactæ ſoleant habere difficiles exitus [26]. Licitè tamen ſponſalia, etiã iuramẽto firmata poſſunt diſſolui in aliquibus caſibus, quos omnes poteris videre apud Sylu.[27]. Eſt enim regula generalis ꝙ in omnibus caſibus, in quibus matrimoniũ diſſoluitur quo ad thorũ,

15 Nulla eſt iuriſdictio in iudice quando reus poteſt illudere iudicis imperio, & poteſt ſponſus durante iudicio cõtrahere cum alia per verba de præſenti, quo facto diſſoluuntur ſponſalia, prout diffinitur in c. de illis de ſpõſal. Si arguas ex. c. ex literis Siluani, vbi Alexãder III. dicit, quod puella quæ iurauit ſe alteri nupturã eſt compellenda per cenſuras eccleſiaſticas, vt ſeruet iuramentum. Reſpondetur, quod caſus iſtius capituli eſt intelligendus, quando ex ſponſalibus iuramento firmatis ſperatur mutuum commodum publicum, quia tunc poteſt compelli; ſiquidem ex periurio timetur damnum Reipub. & ipſe ſponſus tenetur parere iudici: quod ſi interim contraxerit per verba de præſenti, matrimonium valebit, Deum tamen habebit vltorem.

27 In octo, ſcilicet euentibus, ſiue caſibus. Primò, per alterius ſponſi religionis ingreſſum: prout dicit Syluest. verbo, Sponſalia. §. 10. & refert cap. vnicam. qui clerici aut vouentes. Et ratio eſt, quia vnico ſponſo renuente alter manet liber, & recipiẽs habitũ religionis videtur renuere ſpõſalia. Secũdus caſus, quãdo vnus nõ cõtrahit termino præfixo, alter manet liber: ꝑut cõſtat ex. c. ſicut ex literis. de ſpõſa. Tertius caſus, quãdo ſpõſalia ſunt ſub cõditione, tũc ſoluuntur

ſponſa-

diſſoluuntur ſponſalia. Quando matrimonium de præſenti eſt nullum defectu ætatis cōtrahentium æquiualet deſponſationi: & ſimiliter illa qualitas perſonæ, quæ requiritur ad matrimonium ratū, requiritur etiam ad ſpōſalia: debet enim eſſe liber, & non ſeruus [28]: niſi alter coniugū cognoſcat eius ſeruitutē: quia tunc volenti, & conſentienti

ſponſalia deficiente conditione, prout diffinitur in cap. de illis. de conditionibus appoſitis. Quartus caſus, quando alter ſponſus fornicatur ſoluuntur ſponſalia, ſi innocenti placuerit: prout diffinitur in cap. quemadmodum. de iureiurando. idem eſt, ſi alter incidit in hæreſim. Quintus caſus eſt ille, qui ponitur in capit. ex literis. de eo qui cognouit cōnſanguineā vxoris ſuæ, videlicet, ſi alter ſponſus cognouit cōſanguineā alterius in primo & ſecundo gradu, efficiuntur affines tunc ſponſi: & per conſequens inhabiles ad contrahendum: non tamen ſic contingit, ſi cognouit conſanguineam in tertio aut quarto gradu: prout diffinitur in Cōcil. Triden. Seſsio. 24. cap. 4. Sextus caſus, quando ſuperuenit lepra poſt ſponſalia: prout diffinitur in cap. literas. de coniugio leproſorum. Septimus caſus, quando vnus leproſorum receſsit ad longinquas terras, veluti ad Indos, tunc ille qui manet, eſt liber ab obligatione: prout diffinitur in cap. de illis. de ſponſalibus. Octauus caſus, quando ſuperueniunt inter ipſos graues inimicitiæ, tunc diſſoluuntur ſponſalia: ita diffinitur in cap. dilectus. eodem titulo. quia melior ſperatur euentus, quam, ſi matrimonio coniūgerentur.

28 Quando ignoranter aliquis contraxit cum ſeruo, matrimonium eſt nullum: prout expreſsè diffinitur in. c. propoſuit. & in cap. ad noſtram. de cōiugio ſeruorū. eſt enim error

circa



nō fit iniuria. Et ſi Dominus conceſſerit ſeruo facultatem contrahendi cum libera tenebit matrimonium, & ſeruus manet liber. Ita diffinitur in quadam authentica, quam refert gloſſ. in capit. ad noſtram. Imo ſecundum Panormitanum, ſi ancilla domino ſciente, & non contradicente contraxit cum libero, videtur eam manumittere. Similiter qui eſt aſtrictus voto ſolenni religionis [29] eſt inhabilis ad contrahendum, & ſi votū fuerit ſimplex ſeruandi caſtitatem, & facto cōtrahat, quanuis peccet mortaliter matrimonium tenet. Non tamen huiuſmodi ratione voti caſtitatis emiſsi poteſt petere debitum ſecluſa diſpēſatione, bene tamē reddere. De hoc tamen in materia de voto eſt videndū. Simi

circa ea quæ ſunt de eſſentia matrimonij, vt ſupradictum eſt.

29 Sūt enim aſtricti voto ſolenni caſtitatis omnes religioſi profeſsi in aliqua religione ex approbatis, & omnes illi, qui ſunt in ſacris ordinibus maioribus conſtituti, & inhabiles ad cōtrahendum per capitulum vnicum de voto in ſexto, & modo in Conc. Tridé. ſeſſ. 24. canon. 9. Si tamen votum religionis, ſeu caſtitatis ſit ſimplex, quāuis impediat matrimoniū quominus vouentes poſsint licite cōtrahere, nō tamen dirimit cōtractū; imo tenet matrimoniū, & ille qui erat aſtrictꝰ voto ſimplici caſtitatis, quāuis licite poſſit reddere debitū, non tamē petere ſecluſa diſpenſatione vt latiſsime in materia de voto dicetur.



30 Con-

liter matrimonium inter perpetuo amentes eſt nullum; quia nõ habent vſum liberi arbitrij ad conſentiendũ. Amentes vero per lucida interualla ſunt habiles ad matrimonium tempore quo potiuntur ratione, & licet amentia ſit perpetua valebit matrimoniũ, ſi ſuperuenerit poſt matrimonium cõtractũ, cũ ſolũ dirimatur per votũ ſolẽne, & nõ per aliquã cauſam naturalẽ.

## De frigidis, & maleficiatis, & de impedimentis quæ oriuntur ratione delicti. Cap. V.

MATRIMONIVM (prout ex dictis cõſtat) eſt mutua obligatio ad reddendum debitum quotieſcũq; petatur, qua ſolutione debent fieri vna caro, iuxta illud. Erũt duo in carne vna. Ad quod requiritur cõgreſſus, & ſeminatio intra vas naturale ex parte viri. Vnde impotens impotentia perpetua ad cõſummandũ matrimoniũ, eſt inhabilis ad cõtrahẽdum 30. Et illa dicitur impotẽtia perpetua, quæ nõ poteſt ſubueniri arte medicorũ, neque per aliquam

30 Conſummatur enim matrimonium per cõgreſſum & cõmiſtionẽ ſeminum, qui enim eſt potens ad cõgreſſum, & ſe-



aliquã cauſam naturalẽ ſiue ſit impotẽtia naturalis ex improportione membrorũ, debilitate, ſiue frigiditate, ſiue artificiali, ratiõe alicuius maleficij. Mulier vero impotentia naturali tantũ redditur impotẽs propter arctitudinem: quia licet non ſit de eſſentia matrimonij, & cõſumptionis copulæ ſeminatio fœminæ, cũ ſe habeat tantũ paſsiue ad copulã, eſt tamen neceſſariũ ipſam eſſe aptã ad cõgreſſum. Et tũc mulier dicitur arcta, quãdo clauſtrũ honeſtatis eſt ita obſtruſum, vt per inſtrumentũ virile nullo modo valeat reſerari, & erit talis arctitudo perpetua quando per nullam artem medicorũ, ſiue per aliquod inſtrumentũ, abſque periculo mortis, poteſt reſerari. Eſt ergo matrimoniũ nullũ quando alter cõiugũ tẽpore cõtractus eſt impotẽs tali impotẽtia, & peccat cõtrahẽdo, ſi cõtrahat cognita tali impotẽtia. 31 Ita diffinitũ eſt in ca. ex literis, & in cap.

minandũ intra vas, erit potẽs ad cõſummandũ matrimoniũ & per cõſequẽs habilis ad cõtrahẽdũ: quãuis ſit impotens ad generationẽ, quæ impotentia potius dicitur ſterilitas; vt patet de matrimonio inter ſenes.

31 Eſt enim de ratiõe matrimonij perpetua obligatio ad reddẽdũ debitum, ſi petatur, & laborans tali impotẽtia perpetua naturaliter non põt reddere debitũ, & per conſequẽs neque obligari, quia nullus obligatur ad impoſsibile.

aliunde probauerit impotentiã viri. Si autẽ petat vir poterit probare arctitudinem mulieris per aſpectum matronarũ. Si autem vir eſt impotens ad virginem potens autem ad corruptã quia forte habet ex eis liberos in hoc euentu matrimonium tenet; & tenebitur eius vxor ſi fuerit virgo reſerari, vt fiat apta viro, cui nupſit; quia ſi mulier arcta tenetur pati inciſionem ergo & virgo, cum arctitudo ſit maius impedimentum, & maiori cum periculo remoueatur, quàm virginitas. Si vero facta ſeparatione per Eccleſiam, qui diffinitus fuit impotens fiat potens per aliquam cauſam naturalem, reparandum eſt matrimonium primum, quia tunc apparet talem impotentiam non fuiſſe perpetuam ſed temporalem. 34 Secus autem quando huiuſmodi impedimentum fuit remotum per miraculum, ſiquidem fuit nullũ ratione impotẽtiæ perpetuę. Quod enim per miraculum reparatur, & non poteſt reparari per naturam, perpetuò irreparabile dicitur. 35 Et eadem ratio eſt de impotentia artificiali

34 Ita diffinitur expreſſe per Innocentium in cap. fraternitatis. Iam enim conſtat huiuſmodi impedimentum nõ fuiſſe perpetuũ ſed temporale.

35 Et per conſequens non poteſt ſe obligare coniux impotens, nullus enim





artificiali quæ fit arte dæmonum per inuocationem alicuius malefici. 36 Nam Deo permittẽte arte diabolica impeditur coniugium, ita vt nõ poſsint ſimul copulari coniuges. Perpetuum impedimentum annullat matrimonium temporale vero minime, & debet iudicari eius perpetuitas, ſicut dictum eſt de impotentia naturali. Prout diffinitur in capit. finali. & in cap. ſi per ſortiarias. & quotieſcunque conſtiterit Eccleſiæ maleficium eſſe ſublatũ, reparãdum eſt primũ matrimonium, quia iam non erat perpetuum. Et non poteſt cõſtare Eccleſiæ per ſolã habili

poteſt obligari ad id quod non eſt in eius poteſtate ſecundum cauſas naturales.

36 Eſt enim maleficium in præſentia rũ impotentia artificialis coeundi cũ aliqua certa fœmina proueniens ex artificio diaboli. Permiſſione enim diuina poteſt diabolus hoc facere multismodis. Primo modo phantaſma mulieris, vt inſtrumentum virile appareat ſibi horrẽdum; ita quod metu ſubterfugiat illud tãgere. Secũdo modo poteſt maleficare virum ipſum, vt exoſam valde habeat vxorem, ita quod eã nõ valeat accedere. Tertio modo efficere, ne inſtrumentum virile erigatur, aut erectum relaxare, cum primum conetur aggredi vxorem. Quarto modo poteſt diabolus hoc facere applicando actiua paſsiuis per aliquas herbas & efficere virum impotentem vt fœmineum vas nimis durum & tunc coniuges erunt maleficiati non ſolum reſpectu vnius, ſed omnium. Solent etiã dæmones maleficare cõiuges miniſterio magorũ,

quibuſdā ſignis poſitis à magis in abditiſsimo loco, ponūt enim accum arcuatum in angulo pontis, aut in cauernis terræ, & paciſcuntur cum dæmone, quod durante illo ſigno impediat copulam inter maleficiatos: quòd diabolus ſeruat, vt magos ſibi alliciat, & in ſuum redigat perpetuum obſequium. Hæc colliguntur ex cap. ſuper ſortiarias. 33. quæſt. 1.

37 Hoc remedium ponitur in dicto ca. ſi per ſortiarias. Secundo modo adhibitis aliquibus medicinis quibus plerunq; ſoluitur maleficiū, quando oritur ex applicatione aliquarū herbarū. Tertio tollitur per deſtructionē ſigni. Cōtingit enī quod cauſa naturalis, vel aliquis magus deſtruat illud maleficium,

tatē maleficiati cum ſecunda vxore; ſiquidē poteſt perſeuerare maleficium reſpectu prioris: Maleficiatus enim reſpectu vnius, nō eſt reſpectu omniū. Poterit tamen cōſtare, ſi priores coniuges maleficiati, qui iam ſecundo cōtraxerunt, caſu, & abſq; permiſſione eccleſiæ copulentur. Si enim tūc vir maleficiatus poteſt coire cū priori vxore, cōſtat maleficiū ſublatū eſſe; & tunc ſecūda vxore relicta, debet habitare cū priori; ſiquidem primum matrimoniū fuit validum. Maleficium enim ſolet remoueri remedijs ſpiritualibus, ſcilicet ieiunijs, orationibus, & contritione peccatorum; vt ſic placatus Deus diſſoluat opera diaboli. 37 Non tamen licebit vti aliquo alio maleficio, ſeu adminiculo alicuius veneficæ,



veneficæ ad illud diſſoluendum. Aduerte tamen, quod quando impotentia (ſiue naturalis, ſiue artificialis) fuerit temporalis, poſſunt coniuges ſimul cohabitare: & amplexus & oſcula inter ipſos, & tactus impudici, erunt licita: ſi vero fuerit impotentia perpetua, non poſſunt ſimul cohabitare, niſi tanquam frater, & ſoror. Vnde ſi non poteſt ſe abſtinere ab amplexibus, & oſculis, tactibus impudicis, tenentur in conſcientia reclamare, vt autoritate Eccleſiæ ſeparentur: cum aliter ſeparari non poſsint ſecluſo ſcandalo. Hæc doctrina eſt Extrauagan. 7. in capit. laudabilem. Ait enim. Si ambo conſentiant ſimul eſſe: vir eam, etſi non vt vxorem, habeat vt ſororem.

quia forte eſt conſcius loci, in quo ſeruatur ſignum. Quarto diſſoluitur per aliud maleficiū, veluti, ſi alius magus per inuocationem dæmonum deſtruat maleficium factum ab illo. Inter hos quatuor modos tres priores ſūt liciti, & meritorij, quartus vero minime: non enim licet vti maleficio dæmonis ad aliquam rem. Ita tenet Angel. verbo, Superſtitio. §. 13. & Magiſter Soto diſt. 34. & probatur autoritate Aug. dicentis (qui refertur in. c. qui ſaluatore. 26. q. 2.) qui maleficio diaboli volunt ſibi mederi, nō ſunt ſani, ſed ægri.

# De impedimento ratione delicti.

ET quanuis ſint potentes ad conſummandum matrimonium, ratione tamen alicuius delicti efficiuntur inhabiles ad contrahendum. Veluti ſi Petrus dixit Mariæ, Occidamus meam vxorem & contraham tecum. Vel ſi Petrus coniugatus cognouiſſet Bertam coniugem Ioannis, & ipſa poſtea ſciente, vel ignorante Petrus occidiſſet Ioannem eius virum, vel ipſa Berta occidiſſet vxorẽ Petri, nõ enim poteſt inter eos eſſe matrimoniũ. Vel ſi idem Petrus ſolutus dicat Mariæ vxoratæ. Permitte me coire tecum, & ducam te in vxorem mortuo tuo viro, vel de facto contrahat per verba de præſenti. Huiuſmodi nõ poſſunt cõtrahere. Primus caſus conſtat ex. c. laudabilem. de cõuerſ. infideliũ, & coniug. Secũdus caſus per ca. ſuper hoc. de eo qui duxit in matrim. Tertius caſus per c. illud vero. 31. q. 1. Itaque primũ crimen impediens matrimoniũ eſt homicidiũ commune. Secundũ eſt homicidium mixtum adulterio 38.

38 Magiſter Soto oſtendit hũc caſum quando adulter interfecit propriam vxorem, aut adultera ſuum virum. diſtin. 37. quarti. art. 4. ſed contra ipſum eſt argumentũ: quia ſtatuta pœnalia nõ ſunt extendẽda extra caſus in quibus loquuntur. Dicitur enim in. c. illud vero. 31, q. 1. Si quis cum vxore alterius fornicatus fuerit, moriẽte marito poterit matrimonio cõiũgi eam quã prius polluerat adulterio, niſi in morte viri machinatus fuerit, vel ſi viuente viro fidem adulteræ non dedit ſe ſumpturum eam in coniugem ſibi, ſi viro eius ſuperuixeret.



Tertium eſt, adulteriũ mixtum fidei dationi, aut matrimonio cum adultera, viuente coniuge, quãdo interuenit ex parte vtriuſq; conſcia adulterij. Nã ſi vnus adulter ignorat alterum eſſe coniugatum, in hoc euentu mortua vxore, poſſunt inter ſe contrahere adulteri, quia adulter ignorãs alterum eſſe coniugatũ nullũ commiſit peccatum propter quod puniatur priuatione cõtrahendi cum Petro mortua vxore, quem exiſtimabat eſſe ſolutũ tempore quo fuit. V.g. Maria quę fuit cum ipſo copulata, & contraxit ſponſalia: nec malitia Petri debet nocere Mariæ innocenti, & ignoranti. Ita diffinitur in cap. 1. & in cap. veniens. de eo qui duxit in matrimonium. Nec adulterium abſque fidei datione impedit matrimonium, nec ſola fidei datio, aut matrimonium, viuente priore coniuge, abſque adulterio ſufficit. Primum diffinitur in cap. ſignificaſti. de eo qui dux. &c. Vbi Innocentius III.

reuocat

reuocat textum in contrariũ capit. 1. & in capit. illud vero. 3. quæſtio. 1. ſecundum vero diffinitur in capit. fina. de eo qui duxit, &c. 39

39 Hoc intellige, dummodo neq; ante fidei dationẽ, neque poſt ſequatur adulterium. In ſumma primum crimen impediens matrimonium, eſt homicidium commune. Secundum eſt homicidium mixtum adulterio. Tertium, adulterium mixtum fidei datione, aut matrimonio cum adultera viuente coniuge, quando interuenit ex parte vtriuſque conſcientia adulterij.

## De impedimentis cultus, conſanguinitatis, affinitatis, & cognationis ſpiritualis, & adoptionis impedientibus matrimoniũ. Cap. VI.

QVANVIS (vt ſupra dictum eſt) matrimonium in ratione contractus inueniatur inter infideles, prout eſt ſacramentum nouæ legis non poteſt dari, niſi inter fideles baptizatos quia iſti tantum poſſunt recipere ſacramentum. Si enim aliquis coniugum eſt infidelis, aut non baptizatus, non poteſt dari, aut perfici ſacramentum matrimo-



trimonij 40. Vnde fidelis etiã eſt inhabilis ad contrahendum cum infideli iuxta conſuetudinem Eccleſiæ: conſuetudo enim eſt optima legum interpres. Si vero fidelis contrahat cum hæretico, ſeu apoſtata olim baptizato, quanuis peccat mortaliter quia eſt prohibitum per multa Concilia 41, ex eo quod timetur exinde malum prolis, & perverſio coniugis catholici: ſacramentum tamen matrimonij tenet: quia non eſt quare non ſit validum, cum ambo ſint baptizati, ſi habeant omnia alia requiſita ad matrimonium. Quando vero diſſoluatur matrimonium per conuerſionem alterius coniugis. infra dicetur cap. 7.

### *Impedimentum conſanguinitatis.*

¶Loquendo de impedimento con-

40 Siquidem fidelis etiam eſt inhabilis ad contrahendum cum infideli, vt tenet communis opinio Theologorum, & conſtat ex antiqua conſuetudine, prout colligitur ex Diuo Paulo. 2. Corinth. 6. vbi increpat Corinthios eo quod cum infidelibus matrimonio permiſcerentur, & quando deficit lex, ſeu ius canonicum conſuetudo Eccleſiæ habenda eſt pro lege: prout expreſſe docet D. Auguſt. & refertur in capit. in his. diſtinct. 11. maxime cum verba vtriuſque ſint ſibi inuicem materia & forma, & quilibet ſit miniſter alterius.

41 Et præcipuè per Concilium generale Chalcedonẽſe quod refertur canone. quoniam in quibuſdam.

to conſanguinitatis. Omne matrimonium inter conſanguineos intra quartum gradum eſt nullum. Conſanguinitas enim eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagine contractum. Eſt enim conſanguinitas idem, quod communicatio in ſanguine (habere, ſcilicet, ſanguinem communem inter ſe) quales ſunt illi qui generantur ab eodem patre immediate, vt fratres, aut mediatè, vt nepotes. Et iſte ordo qui inuenitur inter conſanguineos, vt vnus ſit pater, alius filius, alius nepos, Iſte inquam ordo inter priores; & poſteriores, vocatur linea: & hæc linea eſt duplex; recta & lateralis. Recta eſt inter aſcendentes, & deſcendentes, vt inter patrem & filium. Lateralis eſt, inter tranſuerſales: vt inter fratrem & ſororem: quæ linea diuiditur inter æqualem, & inæqualem. AEqualis eſt inter illos, qui æqualiter diſtant ab ſtipite, vt frater, & ſoror. Inæqualis vero inter eos, qui inæqualiter diſtant ab ſtipite, vt auunculus, & conſobrinus. Hæc autem determinata propinquitas, quæ eſt perſonæ ad perſonam, dicitur gradus: vt pater & filius ſunt in primo gra-



gradu 42. Auus vero, & nepos in ſecundo, &c. pro quo accipe aliquas regulas.

Prima regula. In linea recta aſcendentium, & deſcendẽtium tot ſunt gradus, quot perſonæ, vna minus. V.g. Pater, filius, nepos, pronepos, abnepos. Sunt quinque perſonæ, & erũt inter eos quatuor gradus tantum. Et ratio eſt, quia tot ſunt gradus, quot propagationes, ſeu generationes. Propagatio vero, minus quam inter duo eſſe non poteſt. Igitur tot ſunt gradus, quod perſonæ, vna minus, quæ præſupponitur toti generationi, ſcilicet, ſtipes.

Secunda regula. Loquendo de linea laterali æquali, quoto gradu diſtant æqualiter tranſuerſaliter ab ſtipite, eodem diſtant inter ſe. V.g. Si frater & ſoror quilibet eorum diſtat ab ſtipite in primo gradu, eodem primo gradu diſtant inter ſe. Ratio eſt, quia diſtantia, vel propinquitas non eſt, niſi reſpectu ſtipitis.

Tertia regula. Quãdo linea lateralis eſt inæqualis facta eſt computatio à remotiori: nam quantum

42 Scilicet, per vnum medium patrem reſpectu vero pronepotis in tertio, quia per duo media, &c. Hęc computatio eſt ſecundum ius canonicũ, nõ tamen ſecundũ ius ciuile, vbi inter fratrẽ & ſororem ſunt duo gradus, vnus fratris ad ſororem, & alius ſororis ad fratrem.

quantum iſte diſtat ab ſtipite, eodem diſtant inter ſe. V. g. Si quæratur quoto gradu diſtant inter ſe auunculus & conſobrinus, hoc eſt, filius ſororis: reſpondetur, quod diſtant in ſecundo gradu: quia filius ſororis ſic diſtat ab ſtipitē. Hæc regula expreſsè ponitur in cap. vir. quia ſtipite. de conſanguinitate & affinit. Ex quo ſequitur, quod in diſpenſatione eorum, qui inæqualiter diſtant ab ſtipite, ſola habenda eſt ratio deſcendentis remotioris 43. Papa non poteſt diſpenſare in aliquo gradu lineæ rectæ, nec in primo gradu tranſuerſalis, quia iure diuino hoc eſt prohibitū: bene tamē in alijs gradibus trāſuerſalibus, quia omnes iſti ſunt prohibiti iure poſitiuo canonico. Ius autem ciuile ſolummodo prohibet inter patrem

43 In Leuitico cap. 18. decem gradus erant prohibiti, quidam conſanguinitatis; quidam vero affinitatis, quę prohibitiò modo nulla eſt; ſi alia de cauſa nō ſunt prohibiti, ſcilicet, lege naturali, aut poſitiua Eccleſiæ: quia lex vetus poſt ſufficientem promulgationem Euangelij iam eſt euacuata, & hoc non ſolū quoad præcepta cæremonialia, ſed etiam quantum ad moralia. Sunt ergo ex gradibus Leuitici aliqui lege naturali prohibiti, videlicet omnes gradus lineę rectæ conſanguinitatis; & hac ratione Summus Pontifex non poteſt in eis diſpenſare. Veluti, vt pater contrahat cū filia, vel nepote, cū de iure naturali ſit honorare parentes, & ipſi coniuges in



patrem & adoptantem, & filiam adoptiuam: vt patet per totum textum. ff. de adoptionib. & tunc lex ciuilis nō impedit matrimonium, in quātum ſacramentū: ſed in quantum contractus permutationis corporum 44. Per ius autem canonicū annullatur matrimonium inter filiam naturalem, & filium adoptiuum: vt patet per cap. vnicū. de cognatione legali, de quo infra.

*Impedimentum Affinitatis.*

¶Loquendo de impedimento affinitatis. Affinitas nihil

cōgreſſu maritali inuicem ſe ipſos inhoneſtant detegēdo inuicē pudenda, prout inſinuat textus Leuitici, dicens, Turpitudinem patris tui, & matris tuæ ne diſcooperias, niſi in caſu, quod non eſſet in mundo niſi pater, & filia vna, vel plures: nam tunc propter conſeruationē ſpeciei teneretur pater ducere proprias filias; quia magis tenetur homo diligere totum genus humanum quam honorem proprium, ſeu proprij patris, vt optime docet Soto diſtinct. 40. quarti. arti. 3. contra Caieta. & eadem eſt ratio de primo gradu lineæ lateralis. Siquidem ita ſeruatur apud omnes gentes, vt conſtat Geneſis 12. vbi dicitur quòd Pharao accepit ſibi in vxorem Saram, eo ꝙ dixerat Abraham eſſe eius ſororem, & ſimili modo fuit deceptus Abimelec Geneſ. 20. Non enim ob aliud arbitrabantur huiuſmodi gentiles Saram non eſſe vxorem Abrahæ, niſi quia ipſa fatebatur eſſe eius ſororem, erat ergo apud infideles etiam prohibitum huiuſmodi matrimonium.

44 Ius ciuile poteſt hoc impedire ex permiſsione Eccleſiæ, non in quantum matrimonium eſt ſacramentum, ſed in quantum eſt contractus. Ita docet Ricar. d. 24. 4. art. 2. q. 2.

 45 Affini-

45 Affinitas quæ cauſatur per copulam carnalem licitam ſiue illicitã, debet eſſe naturalis, prout diffinit Vrbanus Papa in cap. extraordinaria: ex quo ſequitur, quod per nefandam copulam cum muliere in vaſe contra naturam, vel per ſeminationẽ extra vas non cauſatur affinitas. Ratio eſt quia affinitas cauſatur, ex eo quod vir & fœmina efficiuntur vna caro: & non efficiuntur vna caro quando non permiſcentur ſemina: non enim permiſcẽtur per nefandã copulam, aut ſeminationem extra vas.

aliud eſt, quam propinquitas perſonarum ex carnali copula proueniens 45, ſiue ex matrimonio rato non cõſummato. Verbi gratia, Petrus duxit, aut cognouit illicitè Mariam, ex tali matrimonio vel copula contraxit affinitatem cum conſanguineis Mariæ. Sed circa hoc aduerte, quod quando affinitas cauſatur ex copula coniugali, ſiue ratione matrimonij rati, contrahitur affinitas cum conſanguineis alterius coniugis vſq; ad quartum gradũ, ita quod mortua propria vxore, non poteſt contrahere, con ſu hermana, ni prima hermana, ni prima ſegunda, ni prima tercera. Et ſi vir cognoſcat carnaliter aliquam ex conſanguineis propriæ vxoris intra quartum gradum non poteſt petere debitum à propria vxore abſque dipenſatione, quam poteſt dare quilibet Epiſcopus: bene tamen poterit reddere debitum, aut ſoluere.



ſoluere. Si petatur à propria vxore. Ita diffinitur in cap. non debet. Et in Concil. Trid. ſeſſio. 24. cap. 4. Si vero affinitas fuit cauſata ex copula fornicaria, ſolum impedit matrimonium intra primum, & ſecũdum gradum. No pôteſt contrahere, con ſu hermana, ni prima hermana: pero ſi podra con la prima ſegunda de la muger que conocio carnalmente. Ita diffinitur in eodem concilio. Aduerte etiam quod, ſi affinitas cauſata ex copula illicita ſequatur poſt matrimonium contractum, impedit matrimonium vſque ad quartum gradum, quantum ad poſſe contrahere cum alia conſanguinea vxoris mortua vxore, & quantum ad petendum debitum à propria vxore (vt dictum eſt). Illa tamen affinitas impedit vſq; ad ſecundũ gradũ cauſata per copulã illicitã quæ præcedit matrimoniũ, quã doctrinã colligo ex verbis cõcilij, cuius verba ſunt. Impedimentũ quod propter affinitatẽ ex fornicatione cõtractã inducitur & matrimoniũ poſtea factũ dirimit: ad eos tantũ, qui in primo, & ſecũdo gradu cõiung tur, Sancta ſynodus reſtringit. Vnde colligitur, quod Concilium ſolũ loquitur de affinitate quæ dirimit matrimoniũ. Hæc autem affinitas ſolũ eſt

 illa,

illa; quæ præcedit matrimonium, & non ſuperuenit. Ergo ſolum loquitur concilium de affinitate præcedente, & non ſuperueniente matrimonium.

Matrimonium ratum, quod contrahitur per verba de præſenti, quanuis diſſoluatur per mortem, ſiue ingreſſum religionis alterius coniugis, impedit alterum coniugem, vt non poſsit contrahere, ſecundo cum aliqua conſanguinea intra quartum gradum prioris vxoris; quanuis non fuiſſet cum ea copulatus, aut matrimonium fuiſſet conſummatum: prout diffinitur in capit. non debet. Si vero matrimonium ſit per verba de futuro tantum, oritur impedimentum vſque ad primum gradum. Nam mortua ſponſa, quam nondum carnaliter cognouit, non poteſt contrahere cum propria ſorore eius ſponſæ. Pero bien ſe podra caſar con ſu prima hermana. Ita diffinitur in Concilio Tridentino, Seſsione 24. capitulo tertio. Olim tamen impediebat vſque ad quartum. Hoc autem impedimentum nominatur, publicæ honeſtatis; quia publica honeſtas prohibet, quominus vnus ſponſus iungatur cum conſanguineis alterius prout diffinitur in cap. ad audien-

dien-



dientiam, de ſponſalibus 46. & in cap. 1. eodem titulo.

Aduerte etiam quod prædicta impedimenta ſolum oriuntur inter vnum coniugum, & conſanguineos alterius, & nullo modo inter cõſanguineos ipſorum coniugum. Ita diffinitur in cap. ſuper his. de conſang. & affini. verbi gratia. Pedro, que eſta caſado con Maria, contrae parenteſco con Iuana hermana de ſu muger, y Maria cõ Frãciſco hermano de Pedro ſu marido: no empero contraheran parenteſco entre ſi Iuana y Franciſco; antes ſe podran caſar, y anſi ſe hallaran dos hermanos caſados con dos hermanas 47. Summus Pontifex non poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis quantum ad forum exterius, prout communiter affir

46 Aduerte tamẽ quod ante cõcilium oriebatur hoc impedimentũ ex quibuſcunque ſpõſalibus, etiam illegitimis dũ modo non fuiſſent illegitima ex defectu conſenſus, ſed aliunde. Modo vero non oritur, niſi ex verbis, & legitimis ſponſalibus. Vtrũq; diffinitur in Conci. Tridenti. vbi ſupra. ſub iſtis verbis: Publicæ honeſtatis impedimentũ vbi ſponſalia quacunque ratione valida non erunt Sancta Synodus prſus tolit. Vbi autẽ valida fuerint primum gradum nõ excedant; quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſq; diſpendio obſeruari.

47 Aduerte quod inter gradus affinitatis aliqui ſunt iure naturali prohibiti, in quibus Papa



non

matur ab omnibus doctoribus: quantum vero ad forum conſcientiæ propter vitandũ deterius malum; aliquando permittitur. In omnibus alijs gradibus poteſt in vtroq; foro, & etiam abſque vrgente cauſa: quia ſolum ſunt prohibiti iure poſitiuo canonico, & quilibet Epiſcopus poteſt poſt matrimonium contractum in facie Eccleſiæ, ſi eſt periculum incontinentiæ diſpenſare: maximè ſi alter coniugum eſt in bona fide, & impedimentum eſt omnino occultum, & propter inopiam non poſſunt occurrere ad ſedem apoſtolicam, & ſeparatio ſine ſcandalo magno fieri non poteſt.

non poteſt diſpenſare, vt affirmat Palud. diſt. 41. quarti. & Ricard. & Duran. & D. Bonauen eadẽ diſtinct. & D. Thomas ſuper primũ ad Corinth. ca. 7. & huiuſmodi gradus ſunt inter vitricũ, & priuignam, el padraſtro y ſu entenada. Secũdus inter nouercam & priuignũ, madraſtra, y ſu entenado. Tertius inter ſocrũ & generum. Quartus inter ſocerum & nurum: hoc probãt ſupradicti doctores: quia huiuſmodi gradus ſunt prohibiti, Leuitic. 18. quæ ratio nulla eſt prout ex ſupradictis conſtat, ideo dicendum eſt huiuſmodi gradus eſſe prohibitos lege naturali, quia ita ſeruat apud omnes gentes, & nationes, & hactenus ita eſt in vſu, vt eius contrarium nunquam fuerit admiſſum, hoc inſinuat Diuus Paulus primæ Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, vt vxorem patris ſui aliquis habeat, talis enĩ fornicatio, teſte Paulo, eſt inaudita, etiã inter

gentes



*De cognatione ſpirituali.*

¶ Ex cognatione ſpirituali, oriuntur aliqua impedimenta dirimentia matrimonium contrahendũ, vel impedientia ſolutionem debiti, quãdo iam eſt contractũ: prout conſtat, per totum textum de cognatione legali, in decretalibus, & modo in Cõcil. Trid. ſeſsio. 24. ca. 2. Statuit Sancta Synodus, vt vnus tãtum vir, ſiue mulier, & ad ſummum vnus, & vna baptizatũ de Ba

gentes propter reuerentiã, quã filius tenetur exhibere patri. & Geneſ. 31. Rubẽ maledicitur à patre Iacob, eo ꝙ acceſſerit ad eiꝰ vxorẽ. Sic enĩ dicit Ruben nõ creſcas, quia aſcẽdiſti cubile pr̃is tui. De alijs autẽ gradibus ſimiliter ꝓbatur quia caro viri eſt caro vxoris, & nõ licet vitrico accipere. Priuignã, quia eſt caro ꝓpriæ vxoris, & velut ſua; nec ſocero nurũ, quia eſt caro filij. Hæc doctrina intelligit de diſpẽſatione quæ cõcedit in ſoro exteriori; nã in foro cõſcientiæ ꝓpter vitandũ maius malũ ſpirituale, aliqñ conceditur à ſede apoſtolica: bonũ enĩ animæ præſtat bono honoris, & obediẽtiæ. Hæc enim cõſuetudo eſt in vſu, & eſt optima legũ interpres. Bene tñ poterit, & in foro exteriori Sũmus Põtifex diſpẽſare cum muliere, vt ſucceſsiuè nubere poſsit cũ duobus fratribus, vel è cõtra, & ſi fiat legitima cauſa interueniẽte nõ violat aliquo modo ius naturale: nã licet recta ratio dictet, vt fratribus hũc honorem exhibeamus; vt turpitudinẽ eorum nõ reuelemus, prout habetur Leuit. 18. tamen ex rationabili cauſa non eſt contra legem naturalem, prout dicitur Leuit. 1. Si homo moriatur abſq; liberis, frater eius ſuperſtes ducat vxorẽ relictam, ad ſuſcitandum ſemen fratris. Ex quo ſequitur, quod Papa poteſt in huiuſmodi gradibus, ex rationabili cauſa diſpenſare, & de facto

 diſpen-

diſpenſauit Alexander Sextus, cũ Rege Angliæ Henrico, & Innocẽtius III. cum quodã Rege Legionẽſi. Et Martinus V. ſimilem conceſsit diſpenſationem.

48 Pro maiori explicatione ſunt tres termini explicandi, ſcilicet, paternitas, ſpiritualis, compaternitas, & fraternitas. Pater ſpiritualis dicitur, qui ſuſcipit aliquem, aut tenet interdũ dum baptizatur, aut confirmatur. Per baptiſmum enim regeneratur homo ſpiritualiter, & per confirmationem roboratur in fide. Vnde tenens baptizatũ, ſeu confirmatum dicitur pater ſpiritualis, ſimiliter & miniſter. Baptizatus ſeu confirmatus dicitur filius eorum. Compaternitas autem ſpiritualis eſt vinculum inter hos patres

ptiſmo ſuſcipiant: inter quos, & baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem ſpiritualis cognatio contrahatur. Ex quibus verbis colligitur, ſolum relinquere concilium duos gradus, ſcilicet paternitatem, & compaternitatẽ 48. Pater ſpiritualis dicitur ille, qui ſuſcipit aliquẽ, aut tenet dum baptizatur, aut confirmatur, & ſimiliter miniſter & inde compaternitas, ſcilicet, vinculum inter hos patres ſpirituales, & patrem naturalem ipſius baptizati, ſeu confirmati. Ex quo ſequitur, quòd quanuis, olim ante cõcilium contraheretur compaternitas ſpiritualis, non ſolum inter baptizatum & ſuſcipientem: ſed etiam cum vxore ſuſcipientis, ſi matrimoniũ erat iam conſummatum: modo tamen cũ vxore ſuſci-



ſuſcipientis, etiam ſi matrimonium ſit conſummatum, nulla contrahitur cognatio ſpiritualis. Hunc ergo gradum exploſit Cõcilium per illam dictionem, Tantum. Ad hanc ergo cognationem ſpiritualem requiritur, quòd ſuſcipientes, & miniſtri ſint baptizati: nec ſufficit quod ſint catechumeni credentes: quia nondum habent perfectum eſſe ſpirituale per baptiſmum, vt poſsint alios regenerare ſpiritualiter.

Aduerte tamen, quod quã do alter coniugum malitioſè baptizauit proprium filium, aut eum tenuit tempore baptiſmi, aut confirmationis, videlicet, vt priuaret vxorem ſolutione debiti, ſiue petitione: nõ priuatur vxor, ſed ipſe: non enim poteſt petere, & tenetur reddere, ſi petatur ei.

ſpirituales, & naturales, ipſius baptizati, vel confirmati, & per contrarium inter matrem & matrinam, ſeu patrinum. Fraterniras autem ſpiritualis eſt inter ipſos baptizatos, & filios baptizantis, ſeu ſuſcipientis, aut confirmantis, ſuſcipiens autem ſolus ille dicitur, qui tenet puerum tempore quo baptizatur, aut cum eum tangit animo tenendi, & ſi baptizatus fuerit adult⁹ ſufficit quod ſuſcipiens aſtet nomine ſuſcipientis quanuis eum non teneat.

49 V. g. Petrus vir Mariæ cum qua conſummauerat matrimonium, ſuſcẽpit ex ſacro fonte Ioannem filium Pauli. Non ſolum ipſe Petrus erat pater ſpiritualis Ioannis, ſed eius vxor, ſcilicet, Maria erat mater

 ſpiri-

ſpiritualis ipſi⁹ Ioānis, & commater ſpiritualis Pauli: ita quòd mortuo Petro viro Mariæ non poterat Maria contrahere cum Ioanne, neque cum Paulo. Modo autem eſt reuocatum.

Secus, ſi baptizauit aut tenuit in extrema neceſsitate: veluti, ſi puer erat in articulo mortis, & nō erat aliquis alius qui eum poſſet baptizare, aut qui paruulum ſuſciperet. Ita diffinitur in.c.ſi vir. de cognat. ſpirituali, vt ibi gloſſa. Ex exorciſmo autem, ſeu catechiſmo nulla oritur cognatio ſpiritualis.

*De Adoptione legali.*

¶ Loquendo de adoptione legali, dico primo, quòd adoptio, ſecundùm Theologos, eſt extraneæ perſonæ in filium, vel nepotem deinceps legitima aſſumptio. Duo enim requiruntur ad adoptionem. Primum, quod adoptatus ſit extraneus, hoc eſt, quod non ſit filius naturalis, aut nepos adoptantis. Secundum, quod adoptio fiat legitime, hoc eſt, ſecundùm legis conditiones: & hæc adoptio eſt duplex, perfecta, & vocatur arrogatio, & imperfecta, & vocatur adoptio. Adoptatus enim non tranſit in poteſtatem adoptantis patris: ſed remanet ſicut antea erat, vel ſui, vel alieni iuris: neque pater adoptans tenentur ei quicquam in teſtamento relinquere: ſuccedit tamen ei ab inteſtato. Arrogatus vero tranſit in poteſtatem arrogantis, ita quòd quicquid acquirit filius arrogatus, acquirit non ſibi, aut patri naturali, ſed patri arroganti. Præterea pater arrogati tenetur eum admittere, ſaltim ad quartam partem bonorum, & ſuccedit ei ab inteſtato deficientibus filijs naturalibus. Differunt vero ex parte formæ, quia ad faciendam adoptionem non requiritur certa verborum forma: ad arrogationem vero requiritur quod arrogatus interrogetur, an velit arrogari? & ſimiliter adoptio poteſt fieri per quemlibet magiſtrum: arrogatio vero non, niſi per ſolum principem.



His ſuppoſitis ſit prima regula. Adoptio, ſiue arrogatio dirimit matrimonium contrahendum in triplici gradu. Primus vocatur gradus paternitatis, aut filiationis legalis, & eſt inter adoptatum, & adoptantem, & omnes eius ſucceſſores. Verbi gratia. Petrus adoptauit Mariam, non poteſt eam ducere, neque aliquam deſcendentem ex Maria. Secundus gradus eſt fraternitatis legalis. Filius enim adoptiuus non poteſt ducere filiam naturalem patris

patris adoptantis: quia eſt ei ſoror legalis. Tertius gradus eſt veluti affinitas legalis, & eſt duplex. Primus eſt inter patrem adoptantem, & vxorem filij adoptiui. Non enim pater adoptans poteſt eam ducere mortuo filio adoptiuo: quia eſt eius quodammodo nurus. Secundus gradus eſt inter adoptatum, & vxorem adoptantis, nam eſt quodammodo mater eius legalis, & ſic non poteſt eam ducere mortuo patre adoptante.

Secunda regula. Primus & tertius gradus cognationis legalis ſunt perpetui, ita quod ceſſante adoptione non poteſt in illis gradibus eſſe coniugium. Secundus autem gradus, ſcilicet, fraternitas legalis durat durante adoptione: qua finita (veluti ſi repudietur adoptiuus, aut moriatur adoptans) poterit inter fratres legales eſſe coniugium. Ita diffinitur in cap. vnico. de cognatio, lega.

Tertia regula. Solus ſecundus gradus, ſcilicet, fraternitas, reperitur prohibitus per ius canonicum: cæteri autem gradus, ſcilicet, primus & tertius ſunt prohibiti per ius ciuile, vt patet per totum textum. ff. de adoptionibus. Sunt tamen canonizati, & recepti ab Eccleſia per conſuetu-



ſuetudinem. Ex quo colligitur, quod ſupra dixi, ſcilicet, quòd poteſtas ciuilis poteſt inhabilitare aliquos ad matrimonium, quod eſt intelligendum dummodo talis lex approbetur ab Eccleſia.

## De perpetuitate contractus matrimonij. Cap. VII.

SAcramentum matrimonij 50 (iuxta verba Chriſti R. N. Matthæi. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet) eſt indiſſolubile vinculum & perpetuũ, ita quod nec Summus Pontifex poteſt illum diſſoluere, etiam ante eius conſummationem: & contrarium aſſerere eſſet hæreticum. Matrimonium tamen ratum poteſt diſſolui autoritate diuina per ingreſſum religionis alterius coniugis, ſi profiteatur ſolenniter: prout diffinitur per totum

50 Cum inquantum contractus ſignificet vnioné indiſſolubilem humanitatis, & verbi (ſiquidem verbũ, iuxta ſententiam Damaſceni, humanitatem, quam ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit) ſequitur iure naturali, & diuino, ſacramentũ hoc eſſe indiſſolubile, & perpetuũ. Sic enim nominatur à Conc. Trid. Seſsio. 24. in princ. nulla facta diſtinctione de matrimonio rato, & conſummato. Ex quo infertur, cõtra gloſ. in cap.

textum, de conuerſione coniug. [51] & modo per Concilium Tridentinum Seſsio. 24. canone. 6. Poſt conſummationem matrimonij nullus coniugum poteſt tranſire ad religionem abſque licentia alterius: quia per copulam ſunt vna caro, & nemini licebit offerre Deo alienam carnem per votũ. Nec diſſoluitur matrimonium, quanuis alter coniugum, intret in religionem ex facultate alterius. Non enim diſſoluitur quantum ad vinculum: ita quod cõiux manens in ſeculo poſsit tranſire ad ſecũdas nuptias: ſiquidem matrimonium conſummatum eſt prorſus inſeparabile quo ad vinculum coniuge vi-

in capit. ex publico. & contra omnes canoniſtas ibidem, & contra Caietanum poſt 3. part. opuſcu. 27. & quæſt. 25. Papá nullo modo poſſe diſpenſare in matrimonio rato, quo ad vinculum, quacunque cauſa interueniẽte. Quos enim Deus coniunxit ſolus Deus poteſt ſeparare, & nullo modo homo.

51 Et maxime per Alexandrum Papam in capit. ex publico. Hoc enim fit ſolius Dei authoritate: prout diffinit Nicolaus Papa in capit. ſcripſit. 27. quæſtione. 2. Hanc tamen legem diuinam, qua Deus ſtatuit matrimonium ratum diſſolui per ingreſſum religionis, habemus tantum ex traditione Apoſtolorum, ſicut alia multa. Nec ad hoc faciendum indiget aliquis coniugum facultate alterius; ſiquidem ex Dei facultate ante conſummationem matrimonij eſt ſui

iuris



uente [52]. Poteſt tamen ſeparari quantum ad thorum, ſi vterque emittat votum ſimplex continentiæ cum conſenſu alterius: ita quod neuter poteſt petere debitum ſine diſpenſatione Papæ. Secus autem quando alter tantum emiſit votum continentiæ, quanuis emiſerit ex facultate alterius: quia tunc ille qui conſenſit poteſt reuocare facultatem datam [53]: quanuis huiuſmodi votum fuerit ſolenne ingrediendo alter cõiugum in religionem. Poteſt tamen coniux remanens in ſeculo illum extrahere: prout diffinitur in capitulo. 1. de conuerſio. coniugat. Quod intellige dummodo coniux remanens in ſeculo non fornicetur antequam intendat extrahere à religione coniugem religioſum: nam per fornicationem amiſit ius extrahendi illum: prout dicitur in capitulo veniens. & nullus coniugum poteſt intrare in religionem, etiam cum licentia

alterius

iuris ad intrandum religionem, & emittendum votum ſolenne.

52 Prout conſtat ex authoritate Eccleſiæ à temporibus Apoſtolorũ ſic interpretantis verba Chriſti Redemptoris noſtri, Matthæi. 19. Quos Deus coniunxit homo nõ ſeparet.

53 Propter vitandam fornicationem cum aliena, ſeu alieno: prout dicit Diuus Auguſtinus in capit. manifeſtum. 33. quæſt. 5.

54 Ambo enim debent ſimul profiteri religionem, aliter non eſt concedenda licentia ab Epiſcopo.

55 Vtrũque diffinitur in regula fratrum minorum confirmata per dominum Papam Honorium.

alterius poſt eius conſummationem, abſque facultate Epiſcopi diœceſani: prout diffinitur in capit. ſi vir. 27. quæſt. 2. quæ licentia non eſt concedenda, ſi coniux manens in ſeculo eſt ſuſpectus de incontinentia: quia forte eſt iuuenis 54. Si vero fuerit ſenex, & abſque vlla ſuſpicione, poteſt ei concedi. Debet tamen coniux manens in ſeculo, de licentia Epiſcopi, vouere continentiam 55: prout diffinitur in cap. Agatoſa vigeſimaſeptima, quæſt. ſecunda.

Sed quæres, eſto quod ille coniux qui ex facultate alterius fecit profeſsionem extrahatur à religione, ad quid tenebitur mortuo illo? Reſpondetur, quod tenetur reuerti ad religionem, prout diffinitur in cap. ex parte. de conuerſi. coniugat. Et ſi de facto contrahat ſecundas nuptias, erunt nullæ; quia votum ſolenne fuit validum. Secus autem quando alter coniugum ſine facultate alterius profitetur ſolenniter religionem: quia tunc cum non fuerit validum illo mortuo poterit tranſire ad ſecundas nuptias:



nuptias: nec tenebitur redire ad religionem prout diffinitur in capit. quidem. eodem titulo. Si vero vterque conuertatur ad Deum per votum ſolemne religionis: quamuis maneat matrimonium inſolutum quo ad vinculum (quilibet enim eſt coniux alterius) manet tamen perpetuo ſolutum quo ad torum per votum ſolemne continentiæ: ita quod neuter poteſt extrahere alium. Et idem dicendum eſt, quando vir promouetur ad ſacros ordines, aut aſſumitur ad epiſcopatum, quod de profeſsione ſolemni in religoine: emittit enim ſimiliter votum ſolemne continentiæ, prout diffinitur in capit. vnico. de voto. Non tamen per receptionis ſacri ordinis maioris poteſt diſſolui matrimonium ratum quo ad vinculũ: quia hoc ſolum conceditur voto ſolemni religionis ex traditione Eccleſiæ: iuxta diſpenſationem, ſiue conceſsionem diuinam. Similiter matrimonium diſſoluitur quo ad thorum per adulterium alterius coniugis, ſiue fuerit vir ſiue fœmina, prout diffinitur in capit. Chriſtiana. 32. quæſt. 5. Iuxa doctrinam Chriſti Redemptoris noſtri Matth. 19. vbi dicitur, quod non poteſt dimittere vxorem, niſi ob fornicationem

tionem. Et propter eandem rationem poterit mulier denegare debitum proprio viro adultero 56: quia vxor eſt æqualis viro quoad petitionē, & ſolutionem debiti. Verum tamen eſt quod mulier propter honeſtatem debet cedere iuri ſuo, vt virum à concubina deterreat: & ita ius ciuile non concedit vxoribus actionem in viros adulteros. Secundum autem iura canonica daretur actio vxoribus volentibus ab illis quo ad habitationem recedere, eo quod ipſi ſunt adulteri: viro tamen daretur actio in iure ciuili. Qui vir non poteſt ſeparari ab vxore quo ad habitationem, niſi autoritate iudicis, ſi ex tali ſeparatione orirètur ſcandalum, vel ſi vxor reclamauerit. Ceſſante autem ſcandalo, & ipſa non reclamante (ſi ipſe eſt certus adulterij commiſsi) poteſt dimittere autoritate propria, vel recedere ad terras longinquas, & eam relinquere, ſeptem caſibus exceptis, in quibus non licet viro dimittere vxorem adulteram, neque mulierem negare debitum viro.

56 Dicit enim Innocentius Papa in dicto capit. Chriſtiana. Chriſtiana religio adulterum, in vtroq; ſexu pari ratione condemnat: Idem dicitur in capit. placuit. eadem quæſtione. & in Concilio Mileuitano.

¶ Primus



Primus eſt, quando alter coniugum etiam commiſit adulterium, prout dicitur in capit. primo. trigeſimaſecunda, quæſtione ſexta. vbi dicitur, quod pari crimine infectus, non poteſt alium de eodem punire 57: nam paria delicta mutua recompenſatione tolluntur, & eſt regula conſultorum. Et intellige hunc caſum in quocunque euentu coniux fuerit adulteratus ante, vel poſt adulterium alterius: ſemper enim eſt locus recompenſationi, nec ſufficit alterum coniugum pluries commiſiſſe adulterium: nam hoc parum refert: quia cum vterque fregerit fidem delicta cenſentur paria. Ex quo ſequitur, quod ſi vir qui ſemper ſeruauit fidem dimittat vxorem (etiam autoritate iudicis) propter adulterium, ſi poſt ea ipſe fornicetur, tenetur in conſcientia illam reducere, aliter non eſt abſoluendus.

57 Idem diffinitur in capit. intelleximus. & in capit. finali. de adulterijs. Ratio aſsignatur in dicto capit. intelleximus. cum paria delicta mutua compenſatione tollantur, & eſt etiam regula conſultorum, & ponitur in. l. viro. ff. ſoluto matrimonio.

Secundus caſus, eſt quando mulier commiſit adulterium per violentiam, prout diffinitur in capitulo. Ita ne. trigeſimaſecunda,

quæſtione quinta.[58] Nec excuſatur ab adulterio timore mortis cum ſit peccatũ mortale: ſed quia adultèr, ita coactè ligãdo illam, vel alio modo eam cognouit, vt nullo modo ipſa potuerit ſe liberare ab illo [59].

Tertius caſus, quando mulier bona fide exiſtimans primum maritum eſſe mortuũ, ſecundo contraxit tunc enim excuſatur à perfidia, nec poterit dimitti, vt diffinitur in capit. cum per bellicam. 34. quæſt. 2. & tunc bona fide contraxit, nec damnanda eſt tanquam adultera, quando per teſtes fide dignos facta eſt certa de morte viri [60].

Quartus caſus, quando aliquis ſub ſpecie mariti eã cognouit prout diffinitur in ca. in lecto. 34. quæſt. 2. quia adulterium per ignorãtiam commiſſum

58 Et in capit. 1. 34. quæſt. 1. vbi dicitur ꝙ nullo modo ad opprobrium malæ voluntatis eſt trahendum quod neceſsitatis códitio extorſit.

59 Si enim volés (etiam coactè) ſubcubuit, abſque dubio non excuſatur à perfidia prout inſinuat D. Hieronym⁹, & refertur in ca. omnes. 32. quæſt. 9. metus enim mortis neminem excuſat, quo minus ſit peccatum adulterij.

60 Veluti ſi fuerunt teſtes deponentes virum fuiſſe ingreſſum prælium, & etiam teſtãtur, quod finito prælio nõ apparuit. Si vero mulier talem probationem non habuerit, etiam ſi vir fuerit abſens per longiſsimum tempus, nõ poteſt remeare bona fide ad ſecundas nuptias prout diffini-



miſſum eſt inuoluntarium, & per cõſequẽs inculpabile.

Quintus caſus, quãdo maritus tradit vxorem adultero, tunc ſibi, & non mulieri imputabitur prout diffinitur in c. diſcretionem. de eo qui cognouit cõſang. vxoris ſuæ.

Sextus caſus, quando maritus conſcius adulterij cognouit propriam vxorem, tunc enim viſus eſt remittere propriam iniuriam: nec poteſt eam propter adulterium reijcere, prout diffinitur in capit. ſi quis vxorem. 32. quæſt. 5. hoc intellige duplici limitatione. Prima eſt, quando tempore quo accedit ad vxorem

tur in capit. præſentia. de ſponſalib⁹. & in capi dominus. de ſecundis nuptijs. & quando mulier hac mala fide contraxit, quanuis mortuus ſit vir eius, matrimonium eſt nullum: ſi rõne dubietatis ipſa exiſtimabat matrimonium non tenere ex defectu conſenſus. Si autem habuit animum conſentiendi; ſi vir eius erat mortuus, quãuis peccauit mortaliter ſic contrahendo, matrimonium tamen fuit validum prout diffinitur in dicto capit. dominus, & quamuis, ſtante hac dubietate, mulier nõ poſſit exigere debitum, teneretur tamen reddere viro, & ipſe vir poteſt petere, ſi non contraxit cum tali dubietate prout ibidem dicitur, quòd intellige, quãuis poſt matrimoniũ cótractũ, ſit dubius, an illa ſit eius vxor necne: dummodo tempore contractus fuerit abſque tali dubitatione: quia bona fide contraxit, & eſt in poſſeſſione, cuius conditio eſt melior, quam non poſsidentis, non enim eſt magis certus, quòd ſit aliena, quam ſua, & quacunque fide mulier contraxit ſecundo, ſi eius vir nó erat mortuus matrimoniũ

 eſt nul-

adulteram, eſt conſcius adulterij. Secunda eſt, quando poſt reconciliationem mulier nullum adulterium committat: ſi vero poſtea incidat in adulterium poterit illam repellere [61].

Septimus caſus, quando repudiata fuit mulier ante baptiſmum, tunc ſi vterq; conuertatur ad fidẽ etſi ipſa fuerit à ſecundo viro cum quo ſecundo cõtraxit cognita ante baptiſmum, reconcilianda eſt priori, prout diffinitur in capit. gaudemus. de diuortijs. Ratio eſt, quia cum dedit illi libellũ repudij (quod facere illicitum eſt ſecũdum iudicium Dei) interpretatiuè tradidit eam adulterandam; & ideo nõ imputatur ei adulterium [62]. ¶ Aduerte tamen circa hos caſus, quod vir cognoſcens vxorem adulteram,

eſt nullũ; & per cõſequens reddenda eſt priori, quia primum matrimoniũ nõ fuit ſolutũ ita diffinitur in c. cũ bellicã. & in ca. cũ captiuitate. & in ca. ſi virgo. 34. q. 2. nõ tamẽ dãnanda eſt tanquam adultera, ſi bona fide contraxit.

61 Propter adulterium à reconciliatione prioris commiſſum, & aduerte, quod quandocunq; eam cognoſcat, etiã poſt ſeparationem, cẽſetur remittere iniuriam.

62 Octauus caſus ſecundum quoſdam additur prout dicit Ricard. diſt. 35. quarti. ſcilicet, quãdo vir inuita vxore promiſit continentiã prout colligitur, ex ca. ſi tu. 27. quæſt. 2. quia tunc ipſe fuit occaſio adulterij. Quo non obſtante dico, quod ſi adulterium imputabitur vxo-





nõ poterit mortua vxore promoueri ad ſacros ordines, prout dicitur in capit. ſi coniux. & in cap. ſi laici. 34. Aduerte etiã quod in huiuſmodi caſibus non amittit vir ius dimittendi vxorem iure eccleſiaſtico, cum eccleſia non poſsit limitare ius diuinum, concedens viris, quod poſſint ſeparari ab vxoribus adulteris, ſed iure diuino, & naturali [63]. Non tamen intelligas per adulterium diſſolui matrimoniũ quoad vinculũ, ſed tantũ quo ad thorũ, prout colligitur expreſsè ex cõc. Florent. [64] Nã Chriſtus

ri, & poterit vir ab ea ſeparari: quia nũquã eſt legitima cauſa peccandi.

63 Primus enĩ caſus iure naturali excipit, cũ nihil tã naturale ſit quã admittere recõpenſationẽ in delictis: in ceteris autẽ caſibus nõ imputat peccatũ ppter recõciliationẽ viri, vel quia delictũ nõ fuit volũtarium, vel quia vir fuit cauſa adulterij, quę omnes res ſunt naturales.

64 Ita docet Paulus 1. ad Corinth. 7. dicens, His qui matrimonio coniuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dñs, vxorem à viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit manere innuptam, aut viro ſuo recõciliari. Quibus verbis explicat D. Paulus verba ſaluatoris, Matth. 19. dicẽs, Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationẽ, & aliam dixerit mœchatur. Vbi Chriſtus R. N. duo præcipit. Primũ, ꝙ nullus dimittat vxorẽ propter leuem cauſam: ſed propter adulteriũ. Secundũ, quod vxore dimiſſa nõ contrahat cũ alia, prout expreſsè docet Paulus, vbi tãtum cõcedit facultatẽ dimittendi vxorem propter culpam, ſeu cauſam legitimam à qua eſt reconcilianda viro: non tamen concedit,

verbis ſupradictis ſolum conceſsit coniugi innocenti, vt poſsit alium dimittere, ſiue ei negare debitum: qui poteſt cedere iuri ſuo, ſi placuerit ſibi: maximè quando mulier non perſeuerat in crimine: vel ſi cognouerit, quod dimiſſa vxore erit deterior; quia verba Chriſti non ſunt præceptum, ſed permiſsio in fauorem coniugis innocentis. Si vero retinendo eam ſit deterior, aut nõ poteſt vitari ſcandalum, ſeu ſuſpicionem, quod ipſam retinendo, ſit ipſe particeps criminis, tunc

quod aliquis eorum poſsit ſecundo contrahere; quia dicit. Maneat innupta aut reconcilietur viro, neque tenetur manere innupta, ſi poſſit vir tranſire ad ſecundas nuptias, tam enim non eſſet locus reconciliationi, & licet non contraxiſſet ſecundo, ſi ſolueretur matrimoniũ non ſufficeret recõciliatio, ſed eſſet neceſſarius nouus contractus. Confirmatur ex quodam canone Apoſtolorum ex quibuſdam; quos Apoſtoli in primitiua Eccleſia cõſtituerant, quos Ioannes Damaſcenus libro 4. orthodoxæ fidei amplectitur tanquam diuinam ſcripturam, canon enim 45. Sic ait. Si quis laicus vxorem propriã expellens alterum, ſcilicet, ab altero dimiſſam duxerit communione priuetur. Tandem in Concilio Florentino, ſub Eugenio Quarto, ſic dicitur. Quanuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, non inde aliud matrimonium contrahere fas eſt, cum matrimonij vinculum legitimè contracti perpetuum ſit. Hæc doctrina eſt contra Caietanum incaute dicentem, hanc veritatem non eſſe hactenus diffinitam ab Eccleſia tanquam de fide.





tantum præcepto correctionis fraternæ tenetur eam dimittere, vt ſic eam corrigat. Hæc doctrina eſt Cõcil. Arelaten. in. c. ſi vir. de adult. & licet cõiux innocẽs poſsit ſibi reconciliare nocentem, non tamen tenetur ex præcepto hoc facere: tenetur tamen coniux repudiata reconciliari innocenti quotieſcunque ipſe voluerit, & ad ipſum redire [65]: ſiquidem innocens nunquam amiſit ius petendi debitum: & hoc quanuis coniux repudiatus emiſerit votum ſimplex continentiæ, ſecus autem ſi fuerit ſolenne: quia per diuortium conceſſa eſt facultas nocenti intrandi religionem: nec poteſt extrahi: prout diffinitur in cap. Gaudemus. de conuerſione coniugatorum. Quod intellige (vt ibi annotat gloſſa) ſi vir intra triennium non vult eam recipere: prout expreſsè habetur in Authen. vt nulli, & c. iud. li. ha. lo. ſen. §. ſi vero. & cap. de adulterijs. Authent. ſed hodie. Si vero coniux innocens poſt diuortium committat adulterium, tenebitur ad petitionem repudiati, & in foro exteriori reconciliari ſibi inuicem: prout dicitur in capit. ex literis. de diuortijs. & etiam in

65 Prout conſtat ex ſupradictis & explicatis verbis Diui Pauli. 1. Corinthiorum. 7.

foro conſcientiæ, vt affirmãt omnes Canoniſtæ in citato capit. & hoc propter rationem dictam, videlicet, quia ipſe tenetur ſeruare perpetuã fidem coniugij. Ergo ſi adulterauit erit locus recompenſationi. Ita tenet Durandus diſtin. 35. quæſt. vltima. contrarium tamen tenet Sanctus Thomas.

Non ſolum diſſoluitur matrimonium quoad thorum ratione adulterij, ſed etiam ratione infidelitatis: quia ſi ex duobus coniugibus infidelibus aliquis eorum conuertatur, ſtatim diſſoluitur matrimonium quoad thorũ: prout inquit Paulus. 1. ad Corint. 7. Poterat tamen in primitiua Eccleſia habitare [66] cum illa, non lege coniugij, ſed titulo charitatis, ſi habebat certiſsimam ſpem conuertendi infidelem coniugem ad fidem. Modo vero non licet, prout diffinitur in Concil. Tolet. 4. & in cap. Sæpe. 28. quæſt.

66 Ait enim Paulus. 1. Corinth. 7. Dico ego, non Dominus. Si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc cõſentit habitare cum illo, non dimittat illã, quanuis nõ imponit aliquod præceptum ſed præſtat conſenſum, ſiquidem dicit, dico ego non Dominus. Poteſt enim licitè dimittere illam. Et in primitiua Eccleſia poterat habitare cũ illa, ſi hoc poterat facere abſque iniuria creatoris, quia coniux infidelis nec blaſphemat Chriſtum, nec inducit fidelem ad perfidiam.

28. quæſt.



28. quæſt. 1. niſi expectetur certiſsima conuerſio coniugis, vel modo apud Indos, ſi timeatur ſcandalum: quia deterrerentur à fide, eò quod poſt conuerſionem alterius coniugis ſtatim fiat diuortium: in hoc euentu, ſi non timetur iniuria creatoris poterunt ſimul habitare: quod debet fieri præcedenti facultate Epiſcopi, & ipſo examinante infidelem, vt poſsit intelligere, an timeatur periculum ex huiuſmodi habitatione. Et ſi vir conuerſus habuerit plures vxores, & omnes vellent cum illo habitare, reddendus eſt priori, quanuis ante baptiſmum fuerit repudiata. Ita diffinitur ab Innocentio III. in capit. Gaudemus. & ratio eſt, quia lege naturæ poligamia eſt prohibita: neque repudium de lege naturali ſoluit matrimonium quoad vinculum. Et quando ex præcepto Eccleſiæ coniux fidelis ſeparatur ab infideli (vt modo fit Romæ, quando aliquis ex Iudæis ibi habitantibus conuertitur) filij, licet ſecundum ius Ciuile ſint ſub poteſtate patris, & non matris, debent nihilominus remanere cum parente conuerſo, prout diffinitur in capitulo. 2. de conuerſione infidelium. & in capitulo ad fidem. & in capit. Iudæis. 45. diſtin.

niſi

niſi filius vtatur ratione: quia tunc relinquendus eſt ſuo arbitrio. Tunc enim nondum vtitur ratione, quando propoſita fide ipſe in neutram partem inclinatur.

Sed quæres, poteſt ne aliquando diſſolui matrimonium infidelium quoad vinculum? Reſpondeo quod ſic, ſcilicet, quando infidelis noluerit habitare cũ fideli abſque iniuria creatoris: & ipſe coniux fidelis tranſit ad ſecundas nuptias. Secundum matrimonium eſt verum & legitimum, & per conſequens primum diſſoluitur. Ita expreſsè diffinitur per Innocentium III. in cap. Gaudemus. de diuortijs. & in capit. quanto. eodem titulo. Si vero antequam ſecundo contrahat coniux infidelis reſipiſcat, & conuertatur, & voluerit habitare cum illo, compellendus eſt primo conuerſus ad habitandum cum illo coniuge cõuerſo: prout expreſsè diffinitur à dicto Innocen. III. [67]

Si vero coniux fidelis intret religionem, & emittat votum

67 In ſupra allegato capit. Gaudemus. & hæc eſt ſententia Diui Thomæ. Palud. & Durand. diſt. 39. quarti. contra Magiſtrũ Sotum eadem diſt. aſſerentem hodiernis temporibus matrimoniũ ſolui quoad vinculum, ſi infidelis admonitus noluerit conuerti, quã uis velit habitare cum fideli abſque iniuria creatoris. Eſt



votum ſolenne, ſtatim ſoluitur matrimonium conſummatum infidelium: nam in hac parte idem cenſendum eſt de matrimonio conſummato infidelium, & de rato Chriſtianorũ [68]. Non tamen diſſoluitur quoad vinculum per ſuſceptionem ſacri ordinis: prout diffinitur in Extrauaganti antiquæ concertationi. de voto.

Nec ſoluitur quoad vinculum altero coniugum lapſo in hæreſim: prout diffinitur in cap. quanto. de diuortijs. diſſoluitur vero quantum ad thorum quando coniux hæreticus nondum eſt reconciliatus. Poſt reconciliationem vero coniux innocens tenetur eligere vnum de duobus, aut tranſire ad religionẽ monachalem, aut cohabitare cũ reconciliato, prout expreſsè

enim contra diffinitionem Eccleſiæ, & contra D. Paulũ vbi ſup. Si enim in primitiua Eccleſia non ſoluebatur, de quo tempore conſtat loqui ſupradictos canones, & autoritatem D. Pauli, ergo nec modo: quia matrimonium nũquã diſſoluitur, niſi autoritate Dei, quæ autoritas conſtat ex verbis Diui Pauli, & ex diffinitione Eccleſiæ ſic interpretantis Paulum, quæ nõ poteſt errare. Et modo nõ conſtat nobis ex aliqua diffinitione Eccleſiæ diſſolui matrimonium quoad vinculum, neque ex aliquo loco Scripturæ ea ratione qua dicit Soto: ſed tantũ viget ius antiquũ. Ergo ſi tũc ſoluebatur, & modo ſoluitur ſimiliter.

68 Vt expreſsè aſſerit D. Th. d. 39.

69 Con-

diffinitur in cap. fina. de conuerſione coniugatorum. Dicitur in religionem monachalem, quia non ſufficit intrare religionem militarem, nec ſuſcipere ſacros ordines 69. Nõ enim eſt de eſſentia illius ſtatus votum caſtitatis, ſicut de eſſentia monachatus, maxime quia ius Canonicum in illo cap. fina. ſolum loquitur de ingreſſu in religionẽ monachalem. *Si* vero aliquis cõiugum fuit criminoſus, ita quod crimina ſint in detrimentum alterius (quia, videlicet, vel eſt crudelis in vxorem, vel mulier deprædetur ſubſtantiam viri, vel interficiat filios, quæ crimina recenſentur in. l. conſenſus. C. de repudijs. vel quando vnus cõiugũ aliũ inducit in quoduis genus peccati) poteſt coniux innocens per ſententiam iudicis

69. Contra Magiſtrũ Sotum diſt. 39. quarti. quia votum ſolenne caſtitatis emiſſum in religione militari, aut in ſuſceptione ſacri ordinis non eſt de eſſentia illius ſtatus: nam dari poteſt cõmendatarius abſq; tali obligatione, & ſacerdos coniugatus, vt fit apud Græcos, & in primitiua Eccleſia coniugati ſuſcipiebant ſacros ordines maiores, & conſecrabantur Epiſcopi. Et per conſequens ratione illius ſtatus non neceſſario fiunt inhabiles ad reddendum debitum, & habitandum cum proprijs vxoribus, licet conſtitutus in maiorib⁹ ordinibus, præcepto diuino, & ratione ſui ſtatus eſt inhabilis ad contrahendum de nouo: prout habet ex traditione Eccleſiæ à temporibus Apoſtolorũ. Quãuis enim cõiugatus ordinabatur, non tamẽ ſacris ordinibus maiorib⁹ initiatus contrahebat matrimoniũ, neque aliquãdo cõtraxit, niſi ex diſpenſatione Papæ, propter aliquã vrgentiſsimã cauſam, videlicet, propter pacẽ & quietẽ alicuius prouinciæ, ſeu Regni: de quo in materia de voto.



cis, quoad thorum ſeparari: prout diffinitur in cap. quæſiui. de diuortijs. & in cap. literas. de reſtit. ſpoliat.

## De vſu licito, & meritorio huius ſacramenti. Cap. VIII.

SEcundùm S. Aug. ſuper Gen. & refertur in can. omne. 27. q. 2. tria ſunt bona eſſentialia matrimonij, etiã inquantũ cõtractus naturalis, ſine quibus nequit exiſtere, ſcilicet, bonũ ſacramenti, bonũ prolis, & bonũ fidei. Bonum ſacramenti eſt ſignificare vnionem inter Chriſtũ, & Eccleſiã, ſeu inter verbũ, & humanitatẽ: prout inquit D. Paul. Sacramentum hoc magnũ eſt, hoc autem dico in Chriſto & Eccleſia, ratione cuius boni matrimoniũ dicĩt indiſſolubile vinculũ: & ſimiliter poligamia, hoc eſt, plures habere vxores, eſt illicita & cõtra ius naturale, ſiquidẽ Chr̃s vnius tantũ Eccleſiæ eſt ſpõſus, & vni tantũ naturæ humanæ incorruptæ fuit vnitum verbũ. Et ſimiliter eſt cõtra bonum fidei, ſiqui-

ſiquidē fit iniuria priori vxori, cui debetur mutuum obſequium: cum vir, ſi plures habeat vxores, non poſsit illi dare debitum quotieſcunque illa petierit: ipſe vero quoties voluerit poteſt exigere: quod quidem eſt valde iniquum. Si vero patres veteris teſtamenti ſana conſcientia habuerunt plures vxores, hoc faciebant ex diuina diſpenſatione facta eis per reuelationē 70: prout dicitur in capit. Gaudemus. in quo potuit ſolus Deus diſpenſare, cum ſit autor naturæ. Poſt aduentum Chriſti ceſſauit talis diſpenſatio: prout colligitur ab Innocentio in cap. Gaudemus. ex verbis Chriſti Matth. 19. dicentis. Qui dimiſerit vxorē ſuam, & aliam duxerit mœchatur 71. Secundum bonū eſſentiale, eſt bonum prolis, ſcilicet,

70 Quæ reuelatio facta eſt Patriarchis, & cęteris Prophetis, alijs vero non, ſed exemplo ſanctorum licitè poterant cæteri vti poligamia: Gentilibus vero erat illicita: quia deerat cauſa diſpenſandi, ſcilicet, augmentum populi fidelis, neque excuſabantur, vt inquit Palud. quem ſequitur Magiſter Soto diſt. 33. exemplo Iudæorum, quia non excuſatur à peccato exēplo alterius, niſi qui veneratur aliū tanquam fidelem: & Gentiles non ſic venerabantur populū Iſraeliticum.

71 Ex verbis Chriſti poteſt intelligi argumētum cū Innocentio in dict. cap. gaudemus. dimiſſa vxore non licet aliam ducere. Ergo minus licebit eandem vxore retenta, & Eccleſia nō



ſcilicet, generatio, & procreatio liberorum, ratione cuius non licet ſumere venenū ſterilitatis, nec ſeminare extra vas. Tertium bonum eſt bonum fidei: ratione cuius non licet adulterare & quilibet tenetur, alteri dare debitum, ſi petatur, eſt enim de ratione matrimonij mutua permutatio corporum ad copulam, ſi petatur. Negare enim debitum, quādo petitur, eſt actus iniuſtitiæ, & peccatum mortale: niſi aliqua ratione excuſetur. Vt ait Diuus Paulus 1. ad Corinth. 7. Ex quo ſequitur, quod ſi aliquis cōiugum

poteſt diſpēſare quacunque cauſa interueniente, vt poſsit aliquis habere plures vxores, cum ſit polygamia iure naturali prohibita. & capit. propoſitū. 32. quæſt. 7. vbi dicitur ꝙ ſi mulier infirmitate correpta nō valuerit debitum dare, vir poterit aliam ducere, loquitur de infirmitate impotētiæ, de qua ſupra capit. 5. diximus. Si vero genus humanum eſſet prorſus extinctum, ita quòd non eſſet niſi vnus vir, & duæ mulieres, ſi eſſet copulatus vni earum, & illa eſſet fœcunda, non eſſet neceſſariū, neq; poſſet, aliam ducere. Si vero eſſet ſterilis poterit licitè aliam ducere: quia hoc præceptum de conſeruando genus humanum, quando eſt incompoſsibile cum præcepto de monogamia (cum ſit præſtantius) potius eſt obſeruandum: quia concurrentibus duobus præceptis illud eſt obſeruandum, cuius tranſgreſsio magis nocet. Nunquā tamen fuit licitum vxori plures habere viros, niſi in caſu poſito. Si vir quem habet eſſet impotens ad generationem: & tamen duo viri, & vna fœmina eſſent ſuperſtites in toto mundo.

reddit ſe impotentem præ nimia abſtinentia vel aliundè, peccat [72] mortaliter. Excuſabitur tamen coniux à mortali non reddendo debitũ, vel quando remiſſe petitur, vel quãdo rogatus cedit iuri ſuo: quia tunc nõ retinetur eo inuito. Vir tamen tenetur reddere vxori debitum, licet expreſsè illud non petat, ſed interpretatiuè: quia præ rubore non aliter conſueuerunt vxores debitum petere. Similiter coniux ſanus non tenetur reddere debitum coniugi leproſo, quando timetur infectio lepræ: quia non ſunt reddenda bona inferioris ordinis (qualis eſt copula delectabilis) cum amiſsione bonorum ſuperioris ordinis, qualia ſunt bona vitæ, & corporis [73]. Similiter excuſatur mulier à redditione debiti tempore menſtrui: quia tali redditione fit iniuria proli generandæ: frequentiſsimè

72 Et hoc ex induſtria, vel contra expreſſam voluntatem alterius coniugis, quod debes intelligere de ieiunijs, quæ fiunt extra tempora ſtatuta ab Eccleſia: quia per huiuſmodi ieiunia non cauſatur impotens ad reddendum debitum. Si vero eſſet impotens per iſta tantum ieiunia, magis obligat redditio debiti, quam ieiunium eccleſiæ. Ideo altero coniuge reclamante tenēretur non ieiunare.

73 Hæc eſt ſententia Durandi, & Paluda. diſtin. 32. contra Diuum Bonauẽturam, & Scotum eadem diſtinctione.





tiſsimè enim, ex tali concubitu generatur leproſa [74]. Ratione peregrinationis, aut voti nullo modo excuſatur coniux à redditione debiti: quia nullus poteſt emittere votum cum detrimento alterius: non enim, quantum ad hoc, eſt ſui iuris, ſed alterius coniugis, qui poterit irritare illi tale votum, excuſabitur tamẽ à redditione debiti quilibet cõiugũ in magnis feſtiuitatibus, prout ex Auguſt. cõſtat & refertur in cap. Quotieſcunque. 33. quæſt. 4. [75]. & ſimiliter excuſatur tempore, quo cõiux eſt cõicaturus. Ita colligitur ex D. Paulo 1. Corin. 7. Nolite fraudari inuicem, niſi ex conſenſu & vt vacetis orationi: nam mens delectatione grauata minus eſt apta ad orationem. Tempore vero quo Eccleſia nondum impartita eſt cõiugibus benedictionẽ, erit veniale cõmiſtio ſexus, & nullus tenetur reddere debitum: quia

74 Scotus diſt. 32. tenet eſſe peccatum mortale tunc reddere debitum contra D. Bonauent. & D. Thom. quos ſequitur Sylueſt. affirmãtes non eſſe peccatum reddere: bene tamen petere. Opinio tamen Scoti videtur probabilior: quia ſi ipſe peccat petendo, illa peccabit reddendo, ſiquidem cooperatur peccato illius.

75 D. Tho. d. 32. affirmat eſſe ſaltim peccatũ veniale reddere debitũ in iſtis diebus, quòd negat Caietan. in ſumma verbo, Matrimoniũ. capitul. ſecundo. §. ſeptimo.

minus reuerenter cõiunguntur, maximè, quia eſt contra ſtatutum eccleſiaſticum in Concil. Tridenti. ſeſſio. 24. capit. primo. non enim poſſunt in eadem domo ſimul habitare. Eſt tamen peccatũ mortale accedere ad propriam vxorem in loco ſacro, ita quòd ab aliquibus poſſit intelligi, & violatur eccleſia, non tamen quando fit occultè, & per Eccleſiam intelligunt doctores ſolam Eccleſiam conſecratam, aut benedictam, nõ tamen habitacula Eccleſiæ, vt turris aut cœmeterium 76. Ex quibus omnibus poteſt inferri, quod ſi cõiuges ſunt in charitate, per congreſſum maritalem poſſunt mereri, ſi moueantur bono fine, ſcilicet, propter multiplicandam prolem, aut, vt ſoluant debitum, ſeu propter vitandam fornicationem in ſe ipſo; vel cum aliena: & hoc etiam motu charitatis, ſcilicet, quia Deus

76 Cauendi tamẽ ſunt Ricar. diſt. 32. quarti. & Caiet. verbo, Matrimonio. capit. 2. §. 6. affirmantes, quòd ſi coniuges per multũ tempus in Eccleſia recluſi tenerẽtur poſſunt abſq; peccato, & violatione Eccleſiæ vti actu coniugali. Abſque ratione, & fundamento hoc dicitur, nõ enim eſt multum cõiuges teneri ad continentiam propter penuriam loci, ſiquidem tenentur propter lõgam abſentiam, vt ſi vir compellatur per biennium ob defenſionem patriæ militare, aut ſi exulet p longum tempus.





hoc præcipit, & ad hoc inſtituit Sacramentũ. Si vero accedat ad propriam vxorem ſolo animo ſatiandi libidinem, quærens ipſemet delectationem cum non patiatur aliquam tentationem: ſaltem erit peccatum veniale: ſi vero accedat ad propriam animo exercendi hunc actum cum aliena peccat eodem peccato, quo peccaret, ſi accederet ad alienam: ſiquidem voluntariè peccat cum illa.

Circa ſolemnitatem ſeruandam in iſto Sacramento, vide Concil. Trid. ſeſs. 24. cap. 1. vbi præcipit ꝙ hoc ſacramentum non celebretur, niſi præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi, ſeu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, aliter ſacramentum non tenere, & per parochum intellige, ſiue ſit viri, ſiue mulieris, prout interpretatum eſt per congregationem cardinalium tempore Pij Quinti interpretantium Concil. Tridenti. prout refert Nauarro in manuale latine recognito, & denuo capit. 25. numer. 144. Inſuper præcipit concilium, quod tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter miſſarum ſolemnia denuncientur illi, inter quos matrimonium ſit contrahendum, antequam cõtrahatur. Hoc ta-

men non eſt de eſſentia matrimonij. Si enim de facto contrahant abſque tribus denuntiationibus, dum modo ſeruetur ſolennitas teſtiũ, Sacramentum tenet, de quo hactenus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

# TRACTATVS. XI.

## De Excommunicatione.

### Quid ſit Excommunicatio?

### CAP. I.

1 Quatenus regnum cælorum accipitur ꝑ eccleſia militante. Prælati habentes claues regni cælorum habent ſimiliter poteſtatẽ excommunicandi, quã receperunt Matthei 15. à Chriſto R. N. quando dixit diſcipulis ſuis. Si peccauerit in te frater tuꝰ corripe eum inter te, & ipſum ſolum, &c. Si eccleſiæ non audierit ſit tibi tanquam Ethnicus, & Publicanus, id eſt, excommunicatũ illum habe. Amen, amẽ dico vobis, quæcunque ligaueritis, &c. id eſt, Ego do vobis poteſtatem ligandi vinculo anathematis, & ab ipſo abſoluendi. Hac poteſtate vſus eſt Paulus. 1. Corinth. 5.

EXcommunicatio 1, qua olim vexabantur excommunicati, corporaliter miniſterio diaboli iuxta doctrinam Diui Pauli, prima ad Corinth. 5. quando excommunicauit illum inceſtuoſum dicens. Decreui hunc hominem tradere Sathanæ in interitum carnis, &c. nunc eſt priuatio à conſortio, & communicatione



nicatione fideliũ, & hoc dicitur tradere illũ modo Sathanæ. Nã quæ conuentio Chriſti ad Belial? (inquit idẽ Paulus cap. 6. eiuſdẽ epiſt.) & inde infertur, ꝙ excommunicatio propriè eſt priuatio bonorum omnium ſpiritualiũ: quia communicare cum aliquo eſt habere aliquid commune cum illo 2: & quia bona ſpiritualia cõmunia omnibus fidelibus ſunt in triplici differẽtia, ſcilicet, ſacramẽta, ſuffragia quæ nomine eccleſiæ offerũtur ꝑ omnibus fidelibus, & exterior cõuerſatio fideliũ inter ſe: inde eſt ꝙ excõmunicatio maior eſt priuatio omniũ iſtorum bonorum. Minor vero excõmunicatio eſt priuatio à participatione paſſiua ſacramentorum: tantum enim diſtinguntur ex parte effectus, ſeu pœnæ. Vnde maior ſic poteſt diffiniri.

2 Vt ciues communicant in bonis ciuitatis, vt in foro, in templo, & redditibus cõmunibus: quia hæc omnia ſũt bona omnium. Vnde excommunicare aliquem eſt priuare illum bonis communibus omnium: quod fit in foro ciuili, quando aliquis relegatur à ciuitate: in foro Eccleſiaſtico, quando priuatur vſu bonorũ communium ſpiritualium Eccleſiæ.

Eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua priuatur excommunicatus à participatione actiua, & paſsiua Sacramentorum, ſuffragiorum Eccleſiæ, & conuerſatione fidelium. Prima pars diffinitionis conſtat per capitulum. Si celebret, de clerico excõicato miniſtrante. Secundus, & tertius effectus, ſcilicet, priuatio ſuffragiorũ, & à conſortio fidelium, cõſtat ex toto titul. de ſenten. excõicationis. Ratione prioris effectus, excõicatus miniſtrãs aliquod ſacramẽtũ peccat mortaliter, & ſi celebrat, manet irregularis, & niſi ſit proprius eius curatus, aut in articulo mortis, ſcienter recipiens ſacramentũ ab excõicato peccat mortaliter, & nullũ recipit Sacramentum 3. Bene tamen poteſt illud recipere, ſi ſit proprius eius curatus (dũ modo non ſit denuntiatus) vt di-

3 Quãdo verum Sacramentum recipiat excommunicatus, & quando conficiatur à ſacerdote excommunicato, & quando non, cõſtat ex dictis in ſecundo tractatu de Sacramẽtis in genere: & in quinto, & ſexto tractatu: quando de miniſtris ſacramẽti Eucharistiæ & pœnitẽtiæ agebatur. Excõmunicatus laborans ignorantia iuris, aut facti (vt ruſticus) verum recipit Sacramentum pœnitẽtię, & gratiam: quia facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. Cõſcius vero ſuæ excommunicationis, vel laborãs ignorantia culpabili, quãtumcunque conteratur, nullum recipit Sacramẽtum pœnitentię, vt tenet



vt dicitur in cap. cum Eccleſia: quia vtitur iure ſuo & in omni euentu, etiam ſi ſit alienus, & apoſtata à fide, in articulo mortis, ſi non adſit alius ſacerdos fidelis, aut non excommunicatus. Similiter excommunicatus laborãs ignorantia inuincibili iuris, aut facti, vt ruſticus, recipit ſacramentum pœnitentiæ, & gratiam. Conſcius vero ſuæ excõmunicationis, vel laborans ignorantia culpabili, quantũcunq; conteratur, nullum recipit ſacramentum pœnitentiæ, & idem dicendum eſt, de excommunicato excommunicatione minori. Ratione ſecundi effectus, ſcilicet, quatenus priuatur excommunicatus ſuffragijs Eccleſiæ, nõ poteſt aliquis nomine Eccleſiæ orare pro excommunicato: quod intellige de oratio

communis opinio contra Angelum, & Caietanum, ſiquidem recipit ſacramentũ contra præceptum Eccleſię, cuius inobediẽtiæ nullum habet dolorẽ: imo tempore confeſsionis actualiter peccat, & ſic deficit vera materia huius ſacramenti, quæ eſt integra cõfeſsio cũ dolore, & per conſequens ſacramẽtum eſt nullum. Ita tenet Soto in. 4. diſt. 22. quæſtione. 1. articulo. 1. & idem dicendum eſt de excommunicato excõmunicatione maiori. Cætera vero ſacramẽta recipit excõmunicatus (quanuis non recipiat gratiam) quantumcunque ſit conſcius ſuę excõmunicationis: quia cõcurrunt omnia, quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, licet peccet mortaliter illa recipiendo,

ne publica 4, aut de ſacrificio Miſſe, quod nõ poteſt offerri directe pro excommunicato: bene tamen indirectè, veluti quando Eccleſia orat pro cõuerſione hæreticorũ, & ſimiliter oratione particulari poſſumus orare (etiã in Memento Miſſæ) pro excõmunicatis ſiue hæreticis. Hæc eſt ſentẽtia Syluest. 5 cõtra Magiſt. Sotum: quia tantũ priuatur ſuffragijs Eccleſiæ, & oratio vnius particularis non eſt oratio Eccleſiæ. Suffragiorum cõmuniũ non poteſt eſſe particeps excõmunicatus quantumcunq; cõteratur ante abſolutionem, vt tenet cõmunis ſententia in c. A nobis. el. 2. 6 Aduerte tamen quod excommunicatus nõ eſt vitandus in diuinis, neque extra, niſi poſt denũtiationẽ: prout diffinitur in Extrauag. ad euitanda ſcan-

ſi eſt conſcius ſuæ excõmunicationis.

4 Quæ fit in aliqua congregatione, vbi vnus præeſt tanquã ſuperior aliorũ: nã dicitur in Euãgelio. Si Eccleſiæ non audierit, ſit tibi tanquã Ethnicus & Publicanus. Et cum Eccleſia nõ cõmunicet ſuffragia Ethnicis, & alijs infidelibus, nec excõmunicatis: ita diffinitur in capit. a nobis. el. 2.

5 Syluest. verbo, Excõmunicatio, primo. §. 2. Soto diſt. 22. q. 1. ar. 1. dub. 1. qa cũ ſacerdos poſſit orare in Miſſa nomine proprio ſicut extra Miſſam, poteſt in Miſſa orare oratione particulari ꝓ excommunicato.

6 Vbi dicitur, ꝙ quamuis aliquis præſtet iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, nõ eſt particeps omnium fidelium, antequam



ſcandala: quam refert Nauar. c. 27. nu. 36. 7 & ille dicitur denũtiatus: vel declaratus, qui per prælatũ publicè voce, vel ſcripto declaratur incidiſſe in excõmunicationem dicẽdo. Denũtiamus Petrũ excõmunicatũ. Hoc eſt intelligendũ, niſi ſit excommunicatus propter notoriã percuſsionẽ clerici: quia tũc ipſo facto eſt vitãdus: nõ enim eſt neceſſariũ

abſoluatur. Contrariam ſententiam tenet Ricard. diſtinctio. 18. articulo. 7. quæſt. 2. ſed ſufficit dicere, quòd ſit abſolutus à Deo per contritionem, vt ſit abſolutus ab Eccleſia, & per cõſequens particeps ſuffragiorum Eccleſiæ, quia Eccleſia in foro exteriori non iudicat de occultis, ſed iuxta allegata, & probata: & quia ante abſolutionem ſemper cenſetur contumax, ideo ante abſolutionem ſemper priuatur ſuffragijs Eccleſiæ.

7 Cuius verba ſunt hæc: ad euitanda ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientijs timoratis contingere poſſunt Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quod nemo deinceps à communicatione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut alijs quibuſcunque in diuinis vel extra prætextu cuiuſcunque cenſuræ Eccleſiæ à iure vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, vt interdictum Eccleſiaſticum ſeruare, niſi ſententia vel cenſura huiuſmodi fuerit in perſonam, collegiũ, vel Vniuerſitatem, vel locũ certum, vel certam terrã à iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter, & expreſsè; conſtitutionibus quibuſcunque apoſtolicis, & alijs in contrarium facientibus: ſaluo ſi quidem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum, ſententiam latam à canone, adeò notoriè conſtiterit, quòd factum

non

non poſsit aliqua tergiuerſatione celari, neque ab aliquo ſuffragio excuſari: nam à communicatione illius, licet denuntiatus nõ fuerit, volumus abſtineri, iuxta canonicas ſanctiones, & nolumus in aliquo per hanc conſtitutionem releuare ipſum excommunicatum, &c. Hactenus Concilium Cõſtantienſe in dicta Extrauaganti, quam rãtum referunt Summiſtæ: non enim inuenitur in corpore iuris, vt Nauar. cap. 27. num. 35.

illum declarare, ſeu denuntiare: & tunc dicitur notoria percuſsio clerici, quando aliquis inijcit manus in clericum ita publice, quod factum non poſsit aliquomodo celari, aut excuſari. Poſt denuntiationem excommunicatus eſt vitandus in quinque euẽtibus, qui continentur hoc verſu. *Os, orare, Vale, communio, menſa negatur.* Per, os, intellige locutionem, ſiue per ipſum, ſiue per literas, ſiue per internuntium: niſi ſpectent ad ſalutem animæ ipſius excommunicati, vt conſulendo illi, vel prædicando coram eo, vel legendo Theologiam: & ſimiliter diſcipulo reſpondere: quia hæc omnia ſpectant ad eius eruditionem, & correctionem, vt conſtat per cap. cum voluntate. de ſententia excommun. Similiter erit licitum communicare cum excommunicato in odium temporale illius, conueniendo eum in iudicio, vt dicitur in cap. intelligimus. de iudicijs.

cijs.



cijs. Similiter licet communicare ei neceſſaria, vt victum, & veſtitum, vt in cap. quoniã multos. 11. quæſt. 3. non autem licet communicare cum illo in miniſtrando illi ſuperflua. Similiter, licitum erit communicare cum excommunicato, quando propter repulſam excõmunicati timetur ſcandalum, vt conſtat per cap. prædeceſſor. 11. quæſt. 3. 8 Vxor verò, & filius, nondum mancipatus, ſeruus, ancilla, mancipium ruſtici, colentes agros & omnes ſeruientes (dummodo nullus iſtorum participet in crimine cum excommunicato) in omni euentu poſſunt communicare cum proprio marito 9, patre, aut domino excommunicato. Ita diffinitur in dicto cap. Quoniam multos. Et eadem eſt ratio de ſubditis religioſis reſpectu proprij prælati excommunicati: retinet enim adminiſtrationem temporalem, quamuis nullam habeat iuriſdictionem ſpiritualem: tantum enim tenent obedire ei, ſicut filius patri: & idem dicendum eſt de familiaribus Epiſcoporum. Similiter qui non habent

8 Vbi Zacharias Papa laudat Bonifacium martyrem participantem cum excommunicatis: quia ita expediebat Eccleſiæ.

9 Tenetur ei vxor reddere debitũ, & filius, & ſeruus obedire.

bent

bent vnde poſsint emere neceſſaria victum, ſcilicet, & veſtitum, niſi ab excommunicato, poſſunt ab illo hoc emere: prout diffinitur in citato cap. quoniam multos.

Orare, intelligitur in diuinis, vel recipiendo ſacramenta, vel audiendo eius Miſſam, aut celebrando coram ipſo, vel ſimul cum eo audiendo Miſſam, aut officium diuinum, ſiue aliquem pſalmum ſimul recitando, ſiue in eadem proceſsione, vel coram ipſo officium diuinum recitando in Eccleſia, vel extra: quod intellige quando aſtat: nam ſi contingat tranſire per Eccleſiam dum celebrantur diuina, non eſt intermittendum officium diuinum: quia tranſiens non communicat cum exiſtentibus.

Vale, ſalutatio, niſi dicatur. Deus ſit tibi propitius, vel quid ſimile.

Communio. Communicatio cuiuſcunque contractus aut electionis, aut iudicij, & cæterorum, quæ fiunt à iudice.

Menſa. Non licet comedere cum excommunicato in eadem menſa, licet tamen comedere intra eandem cellam.

Clericus tenetur relinquere Miſſam, ſi excommunicatus noluerit exire ab Eccleſia, niſi facta ſit iam conſecratio: quia tunc tenebitur finire Miſſam: & idem dicendum eſt quando inter celebrandum violatur Eccleſia. Si vero nondũ facta eſt conſecratio, debet in vtroq; caſu relinquere Miſſam inceptã, ſi exhortatus excommunicatus noluerit exire ab Eccleſia.



## In quod peccatum, vel in quam pœnam communicantes cum excommunicato incurrant. Cap. II.

COmmunicans cum excommunicato facta denuntiatione, incurrit excommunicationem minorem, & peccat venialiter, niſi in quatuor caſibus, in quibus peccat mortaliter. Primus eſt, celebrando coram ipſo Miſſam, vel recitando horas canonicas cum eo, ſiue eius Miſſam audiendo ſimul cum eo eandem Miſſam. Et ſi clerici admittant ſponte, & ſcienter excommunicatos à Papa ad diuina officia, non ſolum peccant mortaliter, ſed etiam ligantur eadem excommunicatione, & non, niſi per Papam ſunt abſol-

abſoluendi: ita diffinitur in capit. ſignificauit. de ſententia excommunicationis. Secundus caſus, quando participat in crimine, pro quo impoſita eſt excommunicatio. V. g. Si concubinarius eſt excommunicatus, eo quod retinet concubinam, ipſa concubina accedens ad ipſum, & omnes fautores, ſiue internuntij ſunt excommunicati excommunicatione maiori, & peccant mortaliter. Hoc diffinitur in capit. nuper. de ſententia excommun. Tertius caſus. Quando excommunicatio eſt lata contra participantes, veluti, ſi iudex dicat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus communicet cum Petro excõmunicato: quia tunc communicans incidit in excommunicationẽ maiorem, & per conſequens peccat mortaliter. Hæc tamen excommunicatio contra participantes non poteſt imponi generaliter, dicendo, Sub pœna excõmunicationis nullus communicet cum excommunicato, ſed debent nominari excommunicati vitandi: ita diffinitur in cap. ſtatuimus. de ſententia excommu. lib. 6. Quartus caſus, quando aliquis communicat cum excommunicato ex cõtemptu clauium, exiſtimans, quod Eccleſia non habet poteſtatem

tem



tem excommunicandi: quia iſte talis eſt, blaſphemus, vel eſto quòd credat, placet tamen non obedire eccleſiæ, non ob aliud niſi quia vult recedere ab eius obedientia: iſte contemptus eſt mortalis. Cæterum communicare in omnibus alijs caſibus eſt ſolum veniale: quia talis inobedientia, non eſt grandis, ſed minimi nocumenti. Et ſimiliter excõmunicatus ipſe cõmunicans cum alijs peccat mortaliter, etiam ante denũtiationẽ in quatuor caſibus. Primus eſt, quando communicat in diuinis. Secundus, quando adminiſtrat, aut recipit aliquod ſacramentum, & ſi celebrat manet irregularis. Et idem dicendum eſt, ſi recipit ſacros ordines, put diffinitur in capit. ſi celebret. de clerico excommunicato miniſtrante [10]. Tertius caſus, quando in electionibus habet vicem actiuam, vel paſsiuam, tunc electio paſsiua eſt nulla, & per conſequens peccat mortaliter ſi eligat, ſiue

10 Si autẽ adminiſtrat, etiam peccat, quanuis non ſit denuntiatus: quia dicitur in Extrauagãti, quòd quanuis alij Christiani poſsint ab excommunicato generaliter, recipere Sacramenta, non tamen (inquit) intendimus in aliquo ipſos excommunicatos releuare, hoc intellige, niſi depoſuerit contumaciam: quia tunc non peccat mortaliter miniſtrando.

 eligatur.

eligatur. Quartus caſus exercendo officium iudicis, & proferendo ſententiam, aut conferendo beneficia: quia omnia ſunt nulla, vt dicitur in cap. tanta. de conceſsione præbendæ. Comparendo autem in iudicio tanquam actor, reus, aut teſtis non peccat: quia tunc nemini nocet. Citra hos caſus communicando cum alijs non peccat mortaliter, ſed venialiter: quia non obedit Eccleſiæ: quæ inobedientia eſt in materia leui: vt comedere cum illo, vel ſalutare. Excommunicatus excommunicatione minori, ſi celebret, non manet irregularis, peccat tamen mortaliter celebrando, prout dicitur in dicto capitul. ſi celebret: quia celebrat contra prohibitionem Eccleſiæ, & eſt materia grauiſsima, nec priuatur iuriſdictione in foro exteriori: & ſi eligatur ad aliquam dignitatem electio valet, eſt tamen irritanda per iudicem, nec peccat miniſtrando Sacramenta, & Sacramenta ab ipſo collata tenent, cuius oppoſitum contingit in excommunicato excommunicatione maiori.

Aduerte tamen, quod quando excommunicatus eſt occultus (quanuis ſit denuntiatus) non eſt publicè vitandus, ſed occultè, vt diffinitur



nitur in capit. cum ab homine. Ex quo ſequitur, quòd ſi inter celebrandum ingrediatur excommunicatus ſoli ſacerdoti cognitus, tenetur illum non repellere, ne repellendo infamet ipſum: tanti facit Eccleſia famam etiam inobedientium. Et cum cõmunicatio cum excommunicato ſit prohibita tantum iure canonico, ſiue eccleſiaſtico, non potius eſt ſubeunda mors, quam communicare cum excommunicato: nam non cum tanto detrimento præcepta eccleſiaſtica ſunt ſeruanda, niſi compellatur cõmunicare in contemptũ Eccleſiæ, veluti ſi compellatur celebrare coram excommunicato propter irridendam fidem: quia tunc potius eſt ſubeunda mors, quam communicare cum excommunicato: ſiquidem in caſu poſito non eſt tantùm tranſgreſsio prohibitionis Eccleſiæ: ſed etiam legis diuinæ [11].

11 Et eadem eſt ratio, ſi aliquis compelleretur comedere carnes ſexta feria in contemptũ eccleſiæ, vt conſtat, ſecundo Machabæorum capit. 7. vbi ſeptem fratres perpeſſi ſunt mortẽ, quia in contemptũ legis diuinæ compellebãtur ab Antiocho comedere carnes.

## Propter quod peccatum incurratur in pœnam excommunicationis.

## C A P. I I I.

12 Ethnicus, & Publicanus ſunt irretiti peccato mortali, & per conſequens maior excommunicatio per ſuppont peccatũ mortale.

13 Ita colligitur ex textu Euãgelico. Si eccleſiæ nõ audierit, &c. Vnde poteſt prælatus præcipere aliquid, ſub pœna excõicationis, cuius trãſgreſsio alias nõ eſſet peccatum mortale.

ET cum excommunicatio maior ſit grauiſsima pœna, ſolum peccatum mortale debet eſſe materia excõmunicationis, & non quodcunque mortale, ſed peccatum inobedientiæ contumaciæ, vt conſtat ex textu euangelico, Matth. 18. vbi datur prælatis Eccleſiæ poteſtas excommunicandi illis verbis, Si te non audierit ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus [12]. Amen dico vobis. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cælis. Ita diffinitur in cap. nemo Epiſcoporum. Vnde quando præcipitur aliquid reſtitui ſub pœna excõmunicationis incurritur excommunicatio, nõ pro retentione alieni, contra præceptum diuinũ: ſed quia retinens agit cõtra præceptum eccleſiæ [13]. Excõmunicatio autem minor incurritur



ritur propter veniale, vt conſtat ex dictis, quia non grauiter punitur, quamuis priuetur receptione ſacramentorum, cum poſsit abſolui ab illa per quencunque ſacerdotem cõfeſſorem. Vnde cum materia excõmunicationis ſit contumacia [14], & non poſsit aliquis eſſe contumax niſi ſit inobediens, per aliquod tempus poſt admonitionem nõ cenſetur ab eccleſia excõmunicatus niſi prius fuerit admonitus, & conſtiterit de eius perſeuerantia, & contumacia contra præceptum & obedientiam prælati. Ex quo infertur, quod excommunicatio non debet imponi, niſi præuia monitione, quæ debet eſſe trina ſimul, vel ſucceſsiuè, vel vna æquiualens tribus. Vt diffinitur in cap. cum medicinalis. Prælatus tamen peccat mortaliter, ſi abſque neceſsitate imponit pœnam excõmunicationis abſq; trina monitione. Et quando prælatus præcipit aliquid ſub pœna excõmunicationis, nul

14 Cum eccleſia non iudicet & occultis, ſed ſecũdum allegata & probata, non poteſt proferre ſententiam excommunicationis niſi cõtra quem conſtiterit eſſe inobedientem; quod non poteſt ei conſtare, niſi permaneat ipſe inobediẽs per aliquod tempus poſt monitiones factas: & talis perſeuerantia dicitur contumacia, quæ eſt propria materia excommunicationis, & nõ tantũ inobediẽtia.

lo præfixo tempore poſt ſpatium 24. horarũ incurritur pœna excommunicationis, & non antea. Vt conſtat per cap. conſtitutionem. Vbi dicitur, quod monitio, quando eſt vna debet habere interuallum aliquot dierum: & interuallum 24. horarum eſt ſpatium duorum dierum, & trium monitionum. Hoc intellige, niſi facti neceſsitas aliud poſtulauerit: quia tunc citra horam poteſt fieri monitio trina, vel vna. Excipitur ab hac regula excommunicatio contra participãtes, quę non poteſt ferri, niſi præuia trina monitione: prout colligitur in capit. ſtatuimus. de ſententia excommuni. lib. 6. Bene tamen incurrunt in excommunicationem minorem. Vt ibi docet gloſſa [15]. Ex quo infertur ſimiliter, quod nullus poteſt excommunicari pro inobedientia præterita (veluti, ſi dicat. Excommunico te, quia feciſti hoc contra meam obedientiã) ſed pro inobedientia futura: quia reſpectu inobedientiæ præteritæ non poteſt dari contumacia, cum ad præteritum nulla ſit po-

15 Si dicas, quod in excommunicatione à iure nulla præcedit admonitio, & tamen excommunicatio tenet, dico, ꝙ eo ipſo quod iudex pręcipit aliquid, aut ꝓhibet aliquid ſub excommunicatione admonet ſubditos, ne aliter fiat.

ſit po-



ſit potentia: non enim monitio quæ prærequiritur, ordinatur ad cauendum præteritum, ſed futurum. Sequitur etiam, quod ſi aliquis eſt conſcius quod non commiſit inobedientiam quanuis non faciat, quæ ſibi à prælato præcipitur ſub pœna excommunicationis, non incurrit excommunicationem. Veluti, ſi prælatus præcipiat reſtitutionem, & ego non poſſum, aut non teneor reſtituere. Et eadem eſt ratio, ſi aliquis ignorat inuincibiliter excommunicationem, ſiue ſit generalis, ſiue ratione alicuius ſtatuti quæ ſit impoſita à iure, quãuis delictum propter quod imponitur ſit iure diuino prohibitum. Ita diffinitur in capitul. cum animarum periculis. de conſtitutionibus, non enim huiuſmodi poteſt dici inobediens cum inuincibiliter ignoret mandatum ſuperioris [16].

¶ Et quãdo excõicatio cõtinet intolerabilẽ errorẽ: veluti quãdo præcipitur aliquid

16 Excommunicatio nõ fertur propter inobedientiam in Deum, ſed in eccleſiam, & ignorans inuincibiliter excõmunicationem non eſt inobediens eccleſiæ, cum non ſit admonitꝰ. Hæc doctrina eſt Panormita. in dicto capit. à nobis. el ſegundo. & vltimo. §. 3. vbi refert alios eiuſdem opinionis contra gloſſam in cap. à nobis. el ſegundo. & Scotũ (vt aliqui dicunt) in quarto diſtinctio. 6, quæſt.

6.quæſt.8.& Adria. quæſt.3.de clauibus affirmantem, ꝙ etiã ignorantes excõmunicationem latam à iure propter peccatũ iure diuino prohibitum incurrũt in illam, ſi committant delictum: non tamẽ loquitur Scotus de pœna excommunicationis, ſed de quacunque pœna eccleſiaſtica, ſcilicet, de irregularitate in quã incurrunt etiã ignorantes: non enim imponitur ꝓpter peccatũ inobediẽtiæ,

contra ius naturale diuinum aut poſitiuũ: quia enim tunc ſubditus non tenetur obedire prælato, nullã incurrit excommunicationem contrarium faciendo: & ſimiliter quando excõmunicatio fertur pro re minima, Veluti; ſi excõmunicauit non reddentes pretium vuarum ex aliena vinea. Tunc qui arripiunt vuas valentes quatuor dipondijs non ſunt excõmunicati, quanuis non reſtituant: quia ex tranſgreſsione ſequitur leue nocumentum, & vt dicitur in capit. nemo Epiſcoporum, vndecima, queſtione tertia: anathema damnationis non, niſi pro mortali, debet imponi crimine, & illis qui aliter non poſſunt corrigi: tenebitur tamen ſub pœna excommunicationis reſtituere, qui arripuit alienum, quamuis ſit minima pars vuarum, ſi plures deuaſtarunt hoc modo vineam: quia in tali euentu nõ eſt minimum nocumentum: quod intellige quando omnes fuerunt con-



concauſæ talis deuaſtationis, videlicet, quia quilibet cooperatus fuit peccato, ſeu furto alterius. Tunc enim quilibet tenetur inſolidum reſtituere.

Aduerte tamẽ circa excommunicationem latam contra non reſtituentes, quod quanuis non incurrat excommunicationem, qui tempore excommunicationis non poteſt reſtituere abſque grandi detrimento honoris, tenetur tamen reſtituere cum primum potuerit: alioquin ligabitur excommunicatione. Et qui tempore excõmunicationis potuit reſtituere, & noluit: ſi poſtea nõ poſsit manet nihilominus excommunicatus, & eſt abſoluendus præſtito iuramento de reſtituendo, cum primum poſsit, non per confeſſorem (quanuis habeat autoritatem) ſed per iudicem, vt optime docet Soto diſtin.22. quarti, quæſt.2. arti.4. quia talis non eſt abſoluendus, niſi ad reincidentiam, & huiuſmodi abſolutio non poteſt fieri niſi per iudicem. Similiter excõmunicatio eſt nulla quando eſt lata à non ſuo iudice, vt dicitur in capit. vlt. de reſtitu. ſpoliato. & quando ſuperponitur appellatio tempore legitimo, vt dicitur in cap. perpetuas. In omnibus iſtis caſibus excõmuni-

 catio

catio eſt nulla [17]. Quando vero prælatus, non ſeruato ordine iuris, procedit (videlicet abſque trina monitione) vel profert ſententiam iuxta ſuã opinionem, cum cõtraria ſit probabilior licet talis excommunicatio ſit iniuſta, & prælatus peccet ſic excommunicando, non tamen eſt nulla: nam vt ait Gregorius. 11. q. 3. Sententia paſtoris iuſta, vel iniuſta timenda eſt. Quando aliquis iuxta allegata & probata (cum ſit innocens) punitur pœna excõmunicationis, ſecluſo ſcãdalo, & in foro cõſciẽtię poteſt cõmunicare bonis cõmunibus Eccleſiæ [18].

Excommunicatio, vt obliget debet imponi ſub hac forma: Præcipio hoc ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, vel latæ ſententiæ: vel excõmunico hoc facien-

17 Similiter erit nulla quando expreſsè prohibetur à iure, vt in tali caſu excommunicatio feratur, vt in caſu capituli ſtatuimus, de excommunicatione libro. 6. vbi dicitur, quod nõ feratur generaliter excommunicatio contra participantes cum omnibus excommunicatis, niſi cum certis, & determinatis.

18 Non enim in foro cõſcientiæ priuatur bonis ſpiritualibus communibus Eccleſiæ, quanuis poſsit priuari, vt irregularis, & peccabit mortaliter, ſi hoc publicè fecerit ante abſolutionem. Ratio huius nullitatis eſt, quia ſancta mater Eccleſia non poteſt, neque intendit priuare ſuffragijs, aut bonis communibus Eccleſiæ innocentem in foro conſcientiæ: ſufficit



facientes. Si vero præcipiatur ſub hac forma. Præcipio hoc ſub pœna excommunicationis nihil amplius addendo, nõ eſt excommunicatio, ſed cõminatio excommunicationis: facit enim hunc ſenſum. Si hoc non feceris pręcipiam tibi illud ſub pœna excõmunicationis, & per conſequens nec incurrunt excommunicationem, nec peccant mortaliter contrarium facientes, niſi ſimul præcipiatur per ſanctam obediẽtiam, ſiue in virtute præcepti, quia tunc, quanuis non incurrant excommunicationem tranſgreſſores præcepti, peccant mortaliter propter inobedientiam [19].

enim vt illũ priuet in foro exteriori ſecundum allegata & probata. Hæc ſententia eſt Adriani quodli. 6. & Caieta. q. vnica, de effectu excõmunicationis. & D. Thom. 2. 2. q. 70. art. 4. ad. 2.

19 Vide Caiet. in ſumma, verb. Peccata clericorum. & fertur in. c. relatum. de iure patro. & glo. in c. 1. de ſagittarijs. vbi ponitur diſcrimen inter comminationem excõmunicationis, & inter excommunicationem.

## Qui ſunt qui poſſunt excommunicare. Cap. IIII.

EX omnibus dictis colligitur quod ſolus prælatus ordinarius [20], vel cõmiſſariꝰ,

20 Prælatus ordinarius ſecundũ Sylueſt. verb. prælatus. 1. §. 1. eſt ille, qui habet

ſeu delegatus, aut ſubdelegatus quãdo habet poteſtatem ſubdelegandi [21], dummodo habeat iuriſdictionem ſpiritualem in foro exteriori, poteſt excommunicare: quia illi tantum debetur obedientia: & materia excommunicationis eſt inobedientia cũ contumacia, vt dictum eſt. Curati vero quanuis de iure communi poſsint excommu-

habet iuriſdictioné ſpiritualem in foro exteriori, conſtitutus per electionem ſeu præſentationé, & confirmationem ſuperioris, vt ſunt Epiſcopi, Abbates, Priores & Guardiani. Omnes iſti poſſunt excommunicare ſuos ſubditos: ita diffinitur in capit. cum ab Eccleſiarũ prælatis. de officio ordinarij. & clarius in cap. cũ Eccleſia. de maior. & obed.

21 Vt eſt delegatus Papæ, quia delegatus à Papa, vel à principe poteſt indiſtinctè cauſam totam, vel partem alteri delegare per legem, à iudice. C. de iud. & officio delegati, & in cap. fina. & per Innocentium in cap. paſtoralis. eodem titulo. Debet tamen delegatus Papæ ſubdelegare in exiſtenti in aliqua dignitate, vel perſonatu, vel canonico Eccleſiæ cathedralis, vt dicitur in cap. ſtatuimus. de reſcriptionibus. libro. 6. Delegatus vero alterius prælati inferioris non poteſt ſubdelegare, etiam impeditus infirmitate, vel alia de cauſa, vt conſtat per. l. prætor. §. ſi poſt. ff. de vacatione munerum. & in cap. ſuper quæſtionem. de officio delegati, & poteſt habere hanc poteſtatem, vt ordinarius, vel vt delegatus non ſacerdos, vt diffinitur in cap. tranſmiſſam. de electione. Poteſtas enim excommunicandi non eſt poteſtas clauium regni cælorum directa, prout regnum cælorum accipitur pro Eccleſia triumphante (quia talis poteſtas fundatur in caractere) ſed indirectè excludit à regno cælorum, quatenus pri-
uat



nicare ſuos parochianos. Vt conſtat ex cap. cum Eccleſiarum. conſuetudine tamen ille textus eſt derogatus. Prælatus autem ſi fuerit excommunicatus (quanuis non ſit denuntiatus) non poteſt excommunicare ſuos ſubditos: eſt enim ſuſpenſus ab officio. Ita diffinitur in cap. audiuimus. 24. quæſt. 1. maxime, quia in dicta Extrauagan. Ad euitanda ſcãdala. dicitur. Nolumus per hoc in aliquo releuare ipſum excõmunicatum. Itáque denuntiatio expectanda ſolum eſt in fauorem aliorũ, & non ipſius excommunicati: nam ante denuntiationem eodem modo peccat, ſicut & poſt. Et licet prælatus ſit ſuſpenſus ab executione ordinis, ſiue ſit irregularis [22]: poterit nihilominus excommunicare: quia hæc poteſtas nõ

uat excommunicatum ſuffragijs, quibus aperitur cælũ: & quatenus præſupponitur abſolutio ab excommunicatione ad ſacramẽtum. Ita docet Ricar. diſt. 18. quæſt. 3. ad primum.

22 Ita tenet Ricard. diſt. 18. quæſt. 4. & ſi ſubditi ignorant excommunicationé prælati, ſententia lata à prælato durãte hac ignorantia (quanuis ſit excõmunicatus) erit valida. Argumento legis Barbarius Philippus. ff. de officio præſidis. & cap. infamis. 3. quæſt. 3. vbi dicitur, quod quanuis ſeruus non poteſt eſſe iudex: tamen, quandiu eius ſeruitus ignoratur, valent ſentẽtiæ per eum latæ. Et idem erit dicẽdum de excõmunicante quandiu ignoratur eius impedimentum.

23 Prout

pendet à charactere ordinis, cũ poſsit excommunicare ſecularis dummodo habeat iuriſdictionem ſpiritualem. Non tamen poteſt conuenire hæc poteſtas mulieribus [23], quia tantum fuit dictum viris, videlicet, Apoſtolis. Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata, &c.

[23] Prout ſupra dictum eſt in tractatu de ſacraméto ordinis. cap. 4.

## Qui poſsint excommunicare à iure, vel ab homine. Cap. V.

CVM excommunicatio debeat fieri à ſuperiore, cui debetur obedientia, bene ſequitur ex dictis, quod ſolus ille poteſt excommunicari, qui habet ſuperiorem. Nõ enim Papa poteſt excõmunicari, cũ nulli ſit ſubiectus, niſi ſit hæreticus, aut apoſtata: nam in hoc caſu poteſt Concilium ipſum compellere, vt compareat redditurus rationẽ criminis cuius accuſatur [24], vt dicitur in cap. ſi Papa. 40. diſt. eſt enim tunc Concilium ſupra Papam.

[24] Si Concilium non poſſet compellere Papam per excommunicationem vt compareat, nec poſſet eum iudicare. Ex quo ſequitur quod Papa non poteſt aliquo modo excõmunicari, niſi in his duobus caſibus in quibus Concilium eſt ſupra Papam, ſcilicet, in crimine hæreſis, & apoſtaſiæ. Et non poteſt excommunicari propter hæc crimina antequam deponatur, ſed ſolum propter contumaciam non comparendo. Nam quanuis Papa ſit hæreticus, non tamen eſt ipſo facto excommunicatus: quia antequam deponatur eſt Papa, & ſupra omnes, & per conſequens non eſt ſuperior à quo poſſit excommunicari, neque incidit in excommunicationem. capit. ad abolendam. de hæreticis. quia illa eſt lata à Lucio Papa, & par in parem non habet imperium: non ẽnim Papa hæreticus eſt ipſo facto depoſitus (vt aliqui dicunt) ſed prius debet audiri, cum iure naturali, & diuino nullus poſsit damnari non auditus, vide Caietanum de autoritate Papæ cap. 20. cum ſequentibus.



Papam. Non tamen Epiſcopus poteſt excõmunicari ab alio Epiſcopo ſibi ęquali, niſi ſit ipſe ſuperior, vel ratione legationis Papæ, ſiue quia eſt eius metropolitanus in his caſibus in quibus ſubdũtur illi. Similiter excommunicatio lata contra aliquam Vniuerſitatem, ſeu cõuentum dicendo. Toti huic communitati præcipimus hoc ſub excõmunicationis ſententia, alioquin, excõmunicamus totam communitatem eſt nulla [25]. Et ratio eſt, quia excõmunicatio præſupponit peccatum mortale inobedientiæ. Peccatum

[25] Ita diffinitur in capit. Romana. de excommunicatione. in ſexto. & eſt ſententia Ricardi diſtinctione decimaoctaua, quarti. quæſt. 3. contra Syluestrum, verbo, Excõmunicatio, primo. §. 3. dicentem, quod quanuis licitè non poſsit

vero eſt actus perſonæ & nō communitatis. Et excommunicatus vna excommunicatione poteſt alia excommunicatione ligari, non ſolum propter noua crimina, ſed propter contumaciā in priori [26], vt diffinitur in cap. fin. 3. quæſtio. 4. Mortui etſi non poſſunt excōmunicari: quia iam ſunt extra iuriſdictionē Eccleſiæ, poſſunt tamen declarari incidiſſe in excommunicationem dum viuerent vt hæreticus, qui declaratus excommunicatus poſt mortem prohibetur celebrari pro eo [27], & eadem ratione poteſt etiam abſolui ab excommunicatione [28] quoad pœnam exteriorem, videlicet, vt ſepeliatur in loco ſacro, & oretur pro eo publicè [29].

poſsit excommunicari cómunitas per dict. cap. Romana. Tamen, ſi de facto excōmunicetur, tenet: quia multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent.

26 Ratio eſt, vt acriori animaduerſione citius corrigatur contumax. Ita tenet Magiſter Soto diſtin. 21. quarti. artic. 2. concluſ. 3. & Ricard. diſtinct. 18. arti. 5. quæſt. 2. & adducit tex. cap. cum per cauſa. extra. de ſent. excom.

27 Ita diffinitur in cap. ſane profertur. 24. quæſt. 2.

28 Vt dicitur in citato capit. A nobis. cl. 2.

29 Quia abſoluere ab excōmunicatione nihil aliud eſt, quam facere excōmunicatum participare bonis communibus Eccleſiæ. Huiuſmodi ſunt pro defunctis ſepultura Eccleſiaſtica, orationes Eccleſiæ, oblationes & ſacrificia Miſſæ.





## Qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione. Cap. VI.

Abſolutio autem ab excommunicatione poteſt impendi ab omni habente iuriſdictionem ſpiritualē, in foro exteriori; quia illius eſt ligare, cuius eſt abſoluere. Hoc intellige quanuis ſuperior ſit laicus, vt ſunt aliquando vicarij epiſcoporū. Eſt tamen conſuetudo, vt iudex laicus committat abſolutionem ſacerdotibus [30], & ſi fuerit excōmunicatio minor poteſt abſolui per quencunq; ſacerdotem habentem autoritatem audiendi confeſsiones: ſiquidem excommunicatio minor eſt pœna iuris [31]. Hæc doctrina eſt Caiet. verb. excommunicatio minor, contra Nauarro capit. 27. numero 39. [32].

Excommunicatus ab homine excommunicatione maiori non poteſt abſolui, niſi ab eo, qui eum excommunicauit, vel à ſuperiori, vt

30 Non tamē eſt neceſſariū. Vide Syluestrum, verb. abſolutio. 1. & Nauar. c. 27. num. 42.

31 Et per conſequens nō poteſt abſolui, niſi à ſacerdote habenti iuriſdictionem, qualis eſt inſtitutus cōfeſſor.

32 Dicentē quod excōmunicatio minor poteſt abſolui, etiam à ſimplici ſacerdote, quia nō cōtrahitur, niſi ꝑpter veniale.

ri, vt à Papa, vel ab illo ad quem eſt appellatum, & ſi eſt excommunicatus, quia fuit incendiarius non poteſt abſolui niſi per Papam, vt dicitur in capitul. tua nos. de ſententia excommunicationis. Per bullam Cruciatæ facta ſatisfactione parti læſæ poteſt abſolui à quacunque excommunicatione ab homine. Nulla tamen facta ſatisfactione, quanuis excommunicatus non habeat vnde poſſit reſtituere, non poteſt, vt ſupra dictum eſt 33. Excommunicatus vero excommunicatione generali in vno Epiſcopatu, Si reperiatur in alio (inquit Soto) poteſt abſolui ab Epiſcopo illius diœceſis facta ſatiſfactione parti læſæ: opinio tamen contraria eſt communior, & probabilior, ſcilicet, quod non poſſit abſolui niſi à proprio Epiſcopo, vel virtute Bullæ: quia illius eſt abſoluere cuius eſt ligare. Ab excommunicatione à iure Canonico, ſi excommunicatio eſt ex Papalibus, quæ ponuntur in Bulla Cœnæ Domini, nullus prætert Papam, aut eius habens autori-

33 Capitul. 3. numero 16. circa finem. & eſt doctrina Soti diſtin. 22. quarti. quæſtione ſecũda. articul. quarto. quia talis abſolutio eſt ad reincidentiam, quæ non poteſt impendi, niſi per iudicem.



autoritatem expreſſam poteſt abſoluere, niſi ſemel in vita, & in mortis articulo autoritate Bullæ cruciatæ. Ab alijs excommunicationibus reſeruatis Papæ, quæ non ponuntur in Bulla Cœnæ Domini, poteſt abſolui virtute Bullæ cruciatæ toties quoties, &c. Si vero eſt excommunicatio à iure Canonico non reſeruata Papæ, non poteſt abſolui, niſi ab Epiſcopo, ſeu ab habente autoritatem eius, aut virtute Bullæ: ſunt enim omnes excommuniones à iure non reſernatæ Papæ reſeruatæ Epiſcopo. Prout expreſsè diffinitur in Extrauagan. Inter cunctas, hæc doctrina eſt Caietani contra Nauarrum nu. 39. & contra alios 34.

Excõmunicatio impoſita generaliter ab aliquo prælato, nõ reſeruãdo illã ſibi, põt abſolui à quocunq; cõfeſſore inſtituto ab ipſo prælato, vt cõſtat per c. nuper. Excõmunicationes autem omnes, & Epiſcopales refert Caiet. vbi ſupra, & Pedraça, eos vide in tractatu de excõicatione.

34 Si arguas ex capit. nuper. de ſententia excommunicationis. vbi dicitur quòd quando conditor Canonis non reſeruat abſolutionem eo ipſo concedit eam alijs dico, quod Papa reſeruat hanc abſolutionem Epiſcopis, vt conſtat ex dicta extrauaganti, opinionem Caieta. quæ eſt noſtra ſequuntur aliquam plurimi, quo

 refert

referт Nauar. ipſe tamen tenet oppoſitum, & Syluest verbo, abſolutio, ab excommunicatione 1. §. 4. & D. Thom. & D. Bonauent. diſtin. 22. & Magiſter Soto quæſt. 2. art. 3. cõclu, 3. & cum noſtra ſententia ſit diffinita ab Eccleſia poſt D. Thomam, & Diuum Bonauent. non eſt de ipſis mirãdũ: ſed de Syluest. Nauar. & Soto.

35 Vt optime affirmat Ricar. diſtin. 18. artic. 9. quæſt. 5. ex quo ſequitur, ꝙ religioſus hoſpes nõ poteſt abſolui ab alio prælato.

¶ Excommunicatus à diuerſis iudicibus propter diuerſas cauſas non poteſt abſolui niſi pluribus abſolutionibus, quãdo abſoluitur ab eiſdem iudicibus. Si vero abſoluatur virtute Bullæ cruciatæ, cum abſoluatur tũc autoritate Papæ, qui eſt iudex ſuperior, vnica abſolutione poteſt abſolui: & ſimiliter quando eſt excommunicatus ab eodem propter diuerſas cauſas.

Et ſi aliquis incidit in excõmunicationem latam ab alieno prælato, veluti ſi Epiſcopus Salmanticenſis excõmunicaſſet peregrinum Zamorenſem propter furtum cõmiſſum in diœceſi Salmantina, non poteſt abſolui à proprio prælato [35]: quia illius eſt abſoluere cuius eſt ligare, & par in parem non habet imperium. Secus autem ſi fuerit excõmunicatus à iure: quia tunc incurrens talem excommunicationem in aliena diœceſi poteſt abſolui à ꝓprio prælato.

Excom-



Excommunicatus poteſt inuitus abſolui ab illo qui illum excommunicauit: quia cum excommunicatio ſit pœna poteſt pro arbitrio hominis imponi aut relaxari. Si vero eſt excõmunicatus à iure non poteſt abſolui inuitus, niſi à conditore canonis: quia inferior non poteſt diſpenſare in iure ſuperioris. Cum enim voluntarie contraxerit excommunicationem à iure latam non, niſi voluntarie eſt abſoluendus [36].

36 Hæc doctrina eſt Ricar. diſtin. 18. art. 10. quæſt. 1. alij vero ſine diſtinctione hæc cõcedunt.

Et cum abſolutio ab excommunicatione nõ ſit, niſi relaxatio pœnæ bene poteſt excommunicatus abſolui in abſentia, ſicut in abſentia excommunicari, niſi ſit excommunicatio canonis, ſi quis ſuadente, &c. ad cuius abſolutionem requiritur, quod excommunicatus prius præſtet iuramentum de non reincidendo: ſi tamen de facto abſoluatur valebit abſolutio. Verba autem, quibus excommunicatus eſt abſoluendus non ſunt determinata: debet tamen abſoluens per verba inſinuare abſolutionem aliquibus verbis dicendo, Abſoluo te, vel benedico te, aut reſtituo te vnitati, & communioni fidelium. Huiuſmodi enim abſolutio expreſſa

preſſa verbis eſt de eſſentia non tamen cæremonia prout ponitur in manuali, videlicet, recitatio pſalmi cum aliquibus orationibus ſimul verberando excommunicatum. Et quando ſuperior concedit inferiori autoritatem abſoluendi excommunicatum, ſatisfactione parti læſæ prius facta, aut præſtito iuramēto de parendo præceptis Eccleſiæ, ita quod aliter irritetur: confeſſor, ſiue commiſſarius non poteſt ipſum abſoluere abſque tali ſolemnitate, & abſolutio erit nulla, quia contra voluntatem ſuperioris impenditur, vt conſtat per textum: & ſi Dominici gregis 37. Si autem talis ſatisfactio neutraliter præcipiatur, quia non dicitur (aliter abſolutio irritetur) ſi abſoluatur abſq; tali ſatisfactione, eſt valida abſolutio, quãuis ſit iniuſta: & memineris quod ſatisfactio nunquam eſt facienda, niſi pro damno illato in bonis fortunę, aut honoris, aut corporis: ceſſante autem huiuſmodi damno, nunquam eſt facienda

37 Idem dicendũ eſt de abſolutiõe ab excommunicatione poſita à Papa, reſeruata tamen Epiſcopo quando abſoluitur ab epiſcopo, vel eius autoritate. Vnde confeſſor in omnibus excommunicationibus tenetur quærere textum excõicationis, quos poterit videre in ſumma Caietani, vbi colligit 90. text. & eos ordine explicuit.



facienda ſatisfactio, vt excõmunicatus pro crimine hæreſis, ſiue pro ingreſſu monaſterij monacharum. Et cum abſolutio non ſit ſacramen talis poteſt impendi abſolutio ab excõmunicatione extra cõfeſsionem ſacramentalem à quocũq; prælato, ſeu cõfeſſore autoritate ſpecialiter ei cõceſſa, ſiue virtute Bullæ: nam hoc generaliter, & abſque limitatione omnibus eſt conceſſum habentibus Bullam cruciatæ.

## De quibuſdam caſibus circa abſolutionem Canonis. Si quis ſuadente diabolo. Cap. VII.

PRiuilegium Canonis, Si quis ſuadente diabolo, &c. 17. quæſt. 4. eſt quod quicunque percuſſerit clericũ incidat in excõicationem. Hoc priuilegio gaudent etiã omnes clerici primæ tõſuræ, dũmodo portẽt habitũ clericalẽ & nõ ſint bigami: quanuis ſint cõiugati, ſi fuerint conſtituti miniſtri per Epiſcopum alicuius eccleſiæ, vt ſacriſta, &c. Ita diffinitur in c. cleri. de cleric. coniug. & in conc. Trid. ſeſs. 29. cap. 6. & ſimiliter oẽs religioſi, & nouitij, cõuerſi, & donati in religione approbata. De nouitijs pbatur

per capit. religioſo. de ſententia excommunicationis in 6. De conuerſis, per cap. parochianos. eodem titul. in decretalibus. Idem dicendum eſt de monialibus, vt diffinitur in cap. de monialibus. eod. titul. De nouitijs monialium nihil reperi: quia cap. religioſo ſolum loquitur de nouitijs monachorum. Beatæ vero quæ nõ profitentur ſolenniter aliquam regulam approbatam non gaudent iſto priuilegio: non enim ſunt moniales. Circa Eremitas, Angelus negat eos gaudere hoc priuilegio. Syluester affirmat oppoſitum 38. Credo tamen, quod ſicut gaudent priuilegio fori, vt non poſsint conueniri pro cauſa criminali, aut ciuili coram iudice ſeculari gaudent etiã priuilegio canonis. ¶ Degradatus, ſeu apoſtata non gaudent iſto priuilegio ſecundum Caietanũ. Communis tamẽ opinio tenet oppoſitũ 39. Clericus non coniugatus portans habitũ laicalem non gaudet iſto priuilegio reſpectu ignorãtiũ 40. Et ſi fuerit admonitus per ſuum prælatum per trinam monitionem, vt deponat arma, & habitum ſecularem, & noluerit reſipiſcere, amittit priuilegium canonis, etiam reſpectu ſciẽtium: prout diffinitur in cap. contingit el. 2. & idem dicendum eſt de clericis tractantibus negotia ſecularia, quales ſunt aduocati, & mercatores habentes publicas officinas. per cap. fin. de vita & honeſt. cleric. Et idem dicendum eſt de clerico ioculari. per cap. 1. eodem titulo. Similiter clericus exercens artem militarem (vt milites ſtipendiarij) amittit priuilegiũ canonis per cap. cum ab homine. de ſententia excommu. 41 non tamen amittit priuilegium fori, cum non poſsit flagellari iuſſu ducis propter aliquod delictum: ſed potius debet eum tradere ſuo iudici eccleſiaſtico.

Ille propriè dicitur percuſſor clerici, qui iniuſtè percutit illum, non ioco, ſed odio, & animo irrogandi ei iniuriam, & talis percuſsio dicitur manus violenta, quæ dicitur duplex propriè & ex iuris poſitione. Exemplum prioris,

38 Syluester verbo, excommunicatio. 6. §. 2.

39 Prout refert Syluester verbo, excommunicatio. 6. §. 2. ad finẽ: quia hoc priuilegium Canonis nunquam cenſetur reuocatum, niſi exprimatur à iure.

40 Per cap. ſi vero el 2. de ſententia excommunicationis, idem dicendum eſt de percutiente ſacerdotem veſtibus ſecularibus indutum non enim incurrit excommunicationem, ſi ignorat ſuum ſacerdotium, ſeu clericatum.

41 Et per cap. cõſultationi. de vita & honeſtate clericorum. Vide Syluest. verbo, Excommunicatio. 6. §. 6.

vt percuſsio in perſona clerici. Exemplum ſecundi, vt captio, aut detentio clerici in camera clauſa, & dicitur ex iuris poſitione: quia ius illud declarauit. Similiter nō ſolum dicitur percuſſor qui eum manu lædit: verum etiam qui proijcit eum in aquam puluerem, aut ſputum animo eum contemnendi. Et ſimiliter percutiens rem aliquam quam habet clericus in ſua perſona, aut veſtem qua eſt indutus, aut equū in quo ſedit, aut iniurioſè rapit ab eius manu rem, quam habet. In omnibus iſtis caſibus erit excōmunicatus [42]. Nec poteſt aliquis percutere clericū de licentia ipſius clerici (veluti, ſi clericus dicat, Ego irrogaui tibi iniuriam, percute me in ſatisfactionē iniuriæ & vindictam) quin incurrat in excōmunicationem [43]: prout diffinitur in. c. contingit. el. 2. Secus autē ſi patiatur verbera ratione humilitatis, & pœnitentiæ. Similiter præcipiens percuſsionē, vt dicitur in. c. mulieres. & præbēs conſiliū, fauorem, ſeu auxilium, ſi ſequatur effectus

42 Vt Syluester, verbo, Excommunicatio. 6. §. 2.

43 Quia priuilegium canonis conceſſum eſt in fauorē totius ſtatus eccleſiaſtici, quod nō poteſt renūciare aliquis eccleſiaſticus cum ſit perſona particularis, & eius iniuſtitia redundet in contemptum ſtatus Eccleſiaſtici.



ctus erit excōmunicatus, vt patet per. c. dignū. de homic. Hoc intellige duplici cōditione. Prima, ſi talis potuit hoc mādare, & in eius gratia, ſeu cōſilio facta eſt percuſsio. Veluti ſi familiares alicuius hominis percuſſerint clericum, qui ſuo domino irrogauit iniuriā. Si ipſe dominus ratā habuit percuſsionem ipſo ignorante patratam, incidit in excommunicationem. Secunda cōditio, dummodo præcipiens talē percuſsionem, antequā ſequatur effectus nō pœnituerit: quia ſi ante pœnituit, cū eſſet peccatum inobedientię ceſſabit excōmunicatio: nō enim incurritur propter inobedientiā præteritam, vt dictū eſt. Et ſimili pœna damnatur qui potuit prohibere talem percuſsionē, & non prohibuit, ſi ex officio tenebatur ꝓhibere. Veluti, ſi iudex eccleſiaſticus paſſus eſt, vt iudex laicus torqueat, aut capiat aliquem clericū: vel potuit prohibere inferiorē ne percuteret clericū. Et veluti dominus vidit duos familiares volētes percutere clericū, & nō illis hoc ꝓhibuit. Hęc ſentētia eſt vera cū limitatione dicta, videlicet, quod teneatur ad hoc ex officio. Caiet. tamen abſq; limitatione hoc affirmat in cōmento ſuper iſtū can. c. 10. Et ſi aliquis inſequatur clericū fugientē, & ipſe

ipſe proijciat ſe in ignem, aut aquam, aut percutiatur lapide offenſionis, tunc ille qui eum perſequitur erit excommunicatus: quia eſt cauſa damni illius. Et ſimiliter clericus percutiens ſeipſum iniurioſè præ deſperatione, aut tædio erit excommunicatus: quia inijcit manus violentas in clericum. Vide Caietanum, vbi ſupra. Ex quo ſequitur quod monialis percutiens vẽtrem ad ſolicitandum abortum ratione talis percuſsionis non erit excommunicata, quia non irrogat ſibi iniuriam ſed fætui, dummodo non ſequatur abortus, quia ſi ſequitur erit excommunicata per conſtitutionem Sixti V.

Loquendo de manu violenta ex iuris poſitione dico, quod apprehendentem clericum, vt ducat ad carcerem, aut ibi detinentem eum, ſiue in camera ne exeat, & claudentem oſtium foris, & hoc iniurioſè animo inferendi illi vim, eſſe excommunicatum per cap. ſi vero. el. 2. & per cap. nuper. de ſententia excommunicationis. Hoc intellige quando eſt iudex ſecularis, aut perſona priuata: ſecus autem ſi fuerit eccleſiaſticus: quia tunc quanuis apprehendat clericum, ſeu monachũ non ſui iuris, non erit excõmunicatus, quia excommunicatio non incurritur,



tur, niſi in caſibus expreſsis à iure, & ius Canonicum non imponit excommunicationem iudicibus eccleſiaſticis, vel ſi iudex ſecularis apprehendat clericum in fraganti delicto, aut nocte arma portantem, & ſtatim ſuo reſtituat iudici non incurrit excommunicationem.

Qui percutit clericum ioco, aut titulo correctionis fraternæ vt pater, magiſter, & prælatus, vt patet per cap. 1. & per cap. cum voluntate. de ſententia excommun. non incidit in excommunicationem. Similiter qui proijcit gladium ſiue lapidem, & non percutit illum, quãuis percutiat laicum non erit excommunicatus: quia non eſt violenta manus, ſed comminatio violentiæ 44.

44 Vide Syluest. verbo, Excommunicatio. 6. §. 1.

Similiter percutiens clericum apprehenſum in adulterio cum vxore, matre, aut filia, aut ſorore, non erit excommunicatus per cap. ſi vero. el. 1. de ſententia excommun. & eadem erit ratio ſi mulier agitata à clerico oſculo, aut tactu impudico eum percutiat, per dictum capitulum. ſi vero.

Nec excommunicatur percutiens clericũ ad ſui defenſionem, non animo lædendi, ſed defen-

defendendi ſe, quia non peccat mortaliter.

Si quæras, à quo eſt abſoluendus qui incidit in excommunicationem canonis, Si quis ſuadente. dico, quod in aliquibus caſibus ab Epiſcopo, ab alijs vero, videlicet, quando percuſſio eſt enormis, &c. à Summo Pontifice. Vide Sylueſt. verbo, Abſolutio ab excommunicatione. 4. vbi recenſet. 17. caſus in quibus poteſt Epiſcopus citra illos non niſi Papa.

## De Interdicto. Cap. VIII.

INterdictum ſecundum ius Ciuile, eſt idem quod ſtatutum prætoris, quodcunque illud ſit, ſecundùm ius Canonicum eſt prohibitio, quominus aliquis interſit ſacris 45. Et eſt duplex locale, & perſonale. Primũ eſt, quando interdicitur aliquis locus, quominus ibi celebrentur diuina. Perſonale vero, quando non prohibentur celebrari diuina in Eccleſia, prohibentur tamẽ perſonæ quominus audiant diuina. Et hoc ſecundùm

dùm



dùm genus interdicti eſt frequẽtiſsime in vſu apud Hiſpaniam ſæpiſsime enim in odiũ prætoris inobedientis Eccleſiæ interdicitur populus quominus interſit ſacris 46, & dicitur interdictũ generale quãdo interdicitur totum regnũ, vel totũ oppidũ, modo ſit locale, modo ſit perſonale. Speciale vero eſt, quãdo interdicitur vna Eccleſia, aut duæ, nõ tamen omnes, aut interdicunt aliquę perſonę, nõ tamẽ omnes: poteſt enim iudex, etiã nõ præuia ſentẽtia excõmunicationis interdicere aliquos, quominus audiant diuina in pœnã contumaciæ 47. Et vt intelligas in quo differat interdictũ ab alijs cẽſuris, aduerte, quod cenſura Eccleſiæ eſt quincuplex, ſcilicet, Excõmunicatio, interdictum, ſuſpẽſio, irregularitas, ceſſatio à

nes,

45 Vide Sylueſt. verbo, Interdictum. 1. §. 1. Ait enim interdictũ ſecundùm ius Ciuile dicitur ab inter, & dico, quaſi inter duos dictũ. & olim erat quædã formata, & ſolennis cõceptio verborũ, quibus prætor fieri aliquid iubebat, aut prohibebat. Interdictum vero eccleſiaſticum eſt ſeparatio à iure, vel à iudice facta à certis ſacramentis, & omnibus diuinis officijs, & Eccleſiaſtica ſepultura.

46 Nota ꝙ aliud eſt interdicere locũ, aliud homines loci, vel homines, & locũ: quia ſi locus eſt tantum interdictus, homines loci, qui nõ dederũt cauſam interdicto alibi poſſunt audire diuina, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Si vero homines, aut locus, & homines ſunt interdicti, tenebuntur etiam alibi ſeruare interdictũ, niſi in caſibus expreſsis à iure, vt colligitur ex cap. Si ſententia. de ſent. excõ. lib. 6. in tex. & glo. Hæc doctrina eſt Sylueſt. verbo, Interdictum. 1. §. 6.

47 Quãdo interdicunt omnes homi

diuinis. Hæc conueniunt in tribus, & in totidem differũt. Primo, quia omnes præſupponunt culpam. Et ſi arguas de irregularitate quæ aliquando non preſupponit culpam, vt illam aliquis contrahat? videlicet, vt iudex ſuſpendens latronem non peccat, manet tamẽ irregularis: Dico quod talis irregularitas nõ propriè dicitur cenſura, ſed quædam inhabilitas propter horrorẽ publicum [48]. Vndè cũ cenſura propriè dicta ſit coertio, ſiue punitio reſpondens culpæ, irregularitas quatenus cẽſura Eccleſiæ incurritur propter peccatũ. Secũdo conueniũt quia oẽs iſtæ pœnæ præter irregularitatem, imponũtur ab homine, vel à iure, quamuis ceſſatio à diuinis nunquam ponitur à iure [49]. Tertio cõueniunt, quia cum ſint

pœnæ

nes, ſeu perſonæ alicuius Regni, ſiue ciuitatis dicetur generale perſonale: ſi vero aliqua pars ciuitatis, vt v. g. ſtudiũ Salmanticenſe, vel aliqua certa perſona, ſiue incerta, veluti ſi dicatur, qui fecerit hoc, vel illud ſit ipſo facto interdictus. Huiuſmodi interdictum dicitur ſpeciale perſonale.

48 Non enim decet vt effuſor ſanguinis, etiam iuſtè, accedat ad altare. Iuſtiſsime Dauid effuderat ſanguinem nocentium, & tamẽ dixit illi Deus. Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. 2. Reg. c. 7. & iuxta ſententiã Hieronymi. Moyſes nec Ioſue ædificauerunt ei domũ, quia viri ſanguinum eſſent.

49 Iuxta doctrinam Syluest. verbo,



pœnæ, præſupponunt monitionem [50], quod eſt verum loquendo de interdicto, ceſſatione à diuinis; & excommunicatione: non autem de irregularitate, ſeu ſuſpenſione, quæ ſæpiſsimè imponuntur propter peccata præterita, ꝙ non contingeret, ſi eſſet neceſſaria [51] monitio. In tribus ſimiliter differũt. Primo diffinitiõe & effectu: quia excõmunicatio eſt excluſio à participatione ſacramentorũ, ſuffragiorũ, & fideliũ cõmunione: ſuſpenſio vero ſolũ excludit à miniſterio ordinis per aliquod tempus, irregularitas perpetuo excludit à receptione; & miniſterio ordinis, niſi ſuperiore diſpenſante: interdictũ tamen non præuia excõicatione, & quando aliquis non fuit cauſa interdicti excludit à rece-

interdictum. 1. §. 4. omnes iſtæ ſententiæ debent ferri in ſcriptis continentibus cauſam: & non relaxantur per ſequentem, ſed per antecedentem appellationem.

50 Hoc debes intelligere quando feruntur ab homine, vt notat Syluest. verbo, interdictum. 1. §. 4. Si enim ferantur à iure nulla præcedente monitione ligant, niſi reſpectu ignorantium inuincibiliter prohibitionem eccleſiæ, prout dictum eſt ſupra numero 16. vbi excipitur pœna irregularitatis in quam incurrunt etiam ignorantes, cum nõ ſemper imponatur propter peccatum inobedientiæ, ſicut excommunicatio.

51 Contrariã ſententiam affirmat Soto diſtin. 22. quarti. quæſt. 3. artic.



52 Quan-

ptione ſacramentorũ tribus demptis (vt infra dicetur) & à diuinis officijs, & ab eccleſiaſtica ſepultura; & quando aliquis dedit cauſam interdicto priuatur ab omnibus ſacramentis ceſſatio à diuinis, & prohibitio miniſteriorũ, ne celebrentur diuina officia, & per cõſequens ne alijs celebrantibus ex priuilegio interſint extranei. Secundo differunt quia omnes præfatæ pœnæ præſuppon ũt culpam præter irregularitatem ad ſenſum ſupra explicatũ. Tertio, quia excõmunicatio ſuſpenſio, & irregularitas nũquam imponuntur niſi perſonis particularibus propter eorũ peculiaria peccata. Interdictum autem, aut ceſſatio à diuinis aliquando imponitur innocentibus ob culpam ſuperioris 52. Ex his omnibus infertur triplex

52 Quamuis communitas non poſsit excommunicari, poteſt tamen interdici, cũ excõmunicatio præſupponat culpã propriã, quæ eſt actus perſonalis, & non cõmunitatis interdictũ vero poteſt imponi propter culpam alienam, nõ enĩ interdictũ ſemꝑ præſupponit culpã propriam quãuis aliquã culpã preſupponat, ſcilicet, alienam, aut propriã. Quod non poſsit excõmunicari cõmunitas cõſtat ex ca. p Romana. de ſent. excom. lib. 6, quod vero poſsit interdici, ex ca. ſi ſententia & ex c. 1. ſi ciuitas. de ſentẽtia excommunica. ilb. 6. & argumento capit. denique. 7. quæſtione. 1. & leg. proponebatur. ff. de iudicibus. vide etiam capit. ſi habes. 24. q. 3.





triplex effectus interdicti. Primus quia tempore interdicti non licet perſonis interdictis intereſſe diuinis, præterquã in primo die natalis Domini, & in primo reſurrectionis, & in primo die Penteco ſtes, & in Aſſumptione virginis, in quibus diebus ſuſpenditur interdictum à primis veſperis, vſque ad Completorium ſequentis diei incluſiuè: & à primis veſperis diei corporis Chriſti, vſque ad ſecũdas veſperas vltimas octauæ incluſiuè 53. Poſſunt tamen intereſſe diuinis omnes clerici. Etiam primæ tonſuræ 54, dummodo non dederint cauſam interdicto, aut non ſint coniugati 55 tempore interdicti poſſunt interesse ſacris habentes Bullam Cruciatæ, & intromittere ſecum omnes ſuos familiares

53 Per capi. Alma mater. de ſententia excommunicatiõis. in ſexto. & per Extrauaganti. Martini Quinti, excellentiſsimi.

54 Vt tenet communis opinio receptiſsimã in tota Hiſpania iuxta doctrinam Ioãnis Andreę in cap. fin. de ſententia excõmunicationis libr. 6. vide Nauar. in manuali. cap. vigeſimoprimo. nume. quarto.

55 Niſi deferant tonſuram, & habitum clericalem, & ſint conſtituti miniſtri alicuius eccleſiæ per Epiſcopum, iuxta diffinitionẽ cap. clerici, de clericis cõiugatis. in. 6. & determinationem concil. Trid. Seſsio. vigeſimatertia. cap. 6. nã his duobus cõditionibus cõcurrentibus clerici coniugati gaudent priuilegio clericatus.

qui ſuæ familiæ ſeruiũt, quia quãdo conceditur ſingulari perſonæ, vt tempore interdicti celebrare valeat, & audire miſſam, & alia officia diuina eius familiares domeſtici ad audiendum cum ea perſona, ſiue ad celebrãdũ officiũ diuinũ licitè poſſunt admitti 56. Secũdo tempore interdicti licitũ erit recipere ſacramentũ pœnitentiæ cõfirmationis, & matrimonij, dũmodo nõ dederit cauſam interdicto: & ſimiliter ſacramentũ baptiſmi, & viaticũ defertur infirmis. Cętera autem ſacramenta, vt ordinis, extremæ vnctionis, aut ſanis Eucharistia nõ licet recipere 57. Tertio tẽpore interdicti denegatur laicis ſepultura eccleſiaſtica in ſua Eccleſia, ſiue aliena cũ pulſatiõe cãpanarũ & diuino officio alta voce 58.

Et caueant clerici, ne tempore interdicti dicant horas in eccleſia, vel camera niſi ianuis clauſis, aut ſemoti, ſi nolunt claudere ianuas 59. Poſſunt interdicere omnes, qui poſſunt excommunicare, vt conſtat ex cap. cum ab eccleſiarum, de officio ordinarij. Ex quo ſequitur, quod prælati religionum poſſunt interdicere aliquem ſubditũ quo minus recipiat ſacramentũ, vel interſit diuinis. Interdictũ autem generale nõ poſſunt imponere, niſi iudices eccleſiaſtici, qui habẽt iuriſdictionem in foro exteriori ſuper populũ, videlicet Papa in tota eccleſia, & epiſcopus in ſuo epiſcopatu, & in ſede

56 Ita diffinitur expreſſe in capit. licet. de priuilegijs. libro 6. Sed dices, quomodo iſte textus nõ eſt in vſu? Reſpõdetur, quòd auaritia quæſtorũ eſt in cauſa: nihilominus textus nõ eſt reuocatus cõſuetudine contraria. Quãuis enĩ priuilegia reuocentur per cõtrariã conſuetudinẽ, hoc eſt verũ reſpectu eorum, qui ſunt conſcij priuilegiorum: ignorantibus vero priuilegia non refragatur contraria cõſuetudo. vide Syluestrum.

57 Hoc probatur varijs teſtibus iuris canonici, quos refert Syluest. verbo, interdictum. 5. §. tertio.

58 Ita diffinitur in capit. Alma mater. & hoc quanuis perſonæ interdictæ pœnitẽtiam egerint vt dicitur in capit. quod in te. de pœnitentijs & remiſsionibus. & in capit. miror. 17. quæſt. 4. Et ſi in eis ſic interdicti apparuerint pœnitentiæ ſigna, non debent in aliqua eccleſia ſepeliri, ſed extra, & ſoluto interdicto ad eccleſiã trãſferri. Argumento capit. cum illorum. de ſentẽ. excom. in qua ſi de facto cõtra iura fuerint ſepulti, non ſunt exhumandi, cum ad eum ſtatũ venerit res à quo potuit incæpiſſe, & quãdo interdicti nõ poſſunt ſepeliri in aliqua eccleſia, neq; in eius cœmeterio, dummodo ſit locus ad vſum cœmeterij per Epiſcopũ benedictus. per capit. nemo. de cõſec. diſt. 1. vide Syluest. verbo, interdictũ. 5. §. 8.



59 Secundum iura antiqua, in loco ſuppoſito eccleſiaſtico interdicto nulla permittebantur eccleſiaſtica officia celebrari, vel audire, vt conſtat ex capit. quod in te, de pœnitẽt. & remiſsionib. & in capit. non ex nobis. de ſponſ. niſi ſemel in hebdomada celebrari cauſa conficiendi corpus Christi.

vacante capitulum., & ſimiliter eorum delegati[69]: qui non ſolum poſſunt interdicere populum, quando eſt in culpa: ſed etiam quando nullam culpam habet, prout ſupra probatũ eſt[61]: non enim poteſt Eccleſia aliter prohibere contumaciam ſuperiorum, nec propter hoc fit iniuria populo innocenti, quia populus tenetur pati hanc repulſam pro conſeruatione eccleſiæ; maximè, quia ſi ſunt in gratia participant ſacriſicia diuina acſi ipſi intereſſent[62]. Ad hoc vt ſenten-

de ſententia excommunicationis capit. permittim9. ſed per noua iura iſtud extitit moderatum per dictum capitul. Alma mater. Scilicet, quod ſingulis diebus poſsint celebrari diuina officia, & Miſſa cum quatuor conditionibus, videlicet ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis, & interdictis excluſis. Vide Syluestrũ, verbo, interdictum. 5. §. 1. 2. & tertio.

60 Omnia hæc comprobantur quã plurimis teſtibus iuris canonici, quos refert Syluest. verbo, interdictum. 3. §. 1. & ſecũdo. eum vide.

61 Hoc conſtat autoritate Diui Auguſtini in cap. minor. 17, quæſt. 4. vbi legimus propter delictum Bonifacij interdixiſſe eum, & omnom eius familiam.

62 Si dicat iudex, Interdico regnũ extenditur interdictũ ad totam terrã adhærentẽ tali regno tẽpore latæ ſentẽtiæ, ſiue ratione dominij, ſiue ratione feudi, vt in capit. 1. de poteſtite prælatorũ. Si vero interdictum ciuitas, caſtellum, aut villa: interdicta intelliguntur ſuburbia, & continentia ædificia illius loci, de ſententia excõmunicationis, ſi ciuitas, & hoc etiam ſi dicta ſuburbia, & continentia ædificia in nullo

erant



tia interdicti obliget ſufficit eam publicè p̃mulgari, nec poſtea neceſſe eſt ſingulorum auribus inculcare: ſufficit enim cum quis ſcit vicinos ſuos, maximè eccleſiam metropolitanam ſiue matricem recepiſſe, & ſeruare ſententiam[63]. Et religioſi exempti tenentur ſeruare quodcũque interdictũ generale poſitum autoritate ſedis Apoſtolicæ, ſiue ordinariorum alioquin ſunt excommunicati. Idẽ in generalibus ceſſationibus ordinis ciuitatum, terrarũ, & aliorum locorum quos aliq̃n ex conſuetudine cõuentus ſeculariũ, aut regularium eccleſiarũ ſibi vendicãt[64]. Si quęras quo peccato

erant ſubiecta dicto loco, vel vniuerſitati interdictæ, modo in eis habeat iuriſdictionem qui interdicti ſententiam profert. Vide Syluestrum, verbo, interdictum. 2. §. 3. 4. & quinto.

63 Ita diffinitur in capit. quod dicitis. 16. diſtinct. & in capit. 1. de poteſtate prælatorum.

64 Vt dicitur in Clementina, ex frequentibus, de ſentẽtia excommunicationis. Per extrauagantem tamen Martini Quinti, quæ incipit. Ad euitanda ſcandala, quam refer Nauarro ca. 27. nu. 95. non tenetur quis ſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure, vel ab homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam communitatem, vel locum certum à iudice publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſſe. Vide Syluestrum, verbo, interdictum. 2. §. 1. & 2. Aduerte etiam, quod interdictum non ligat in omni illo

 caſu

peccent, aut quam pœnam incurrant violantes interdictũ? Reſpõdeo, ꝙ ſi ſunt clerici in maioribus ordinibus conſtituti, & faciunt aliquid prohibitũ eo tempore ſunt irregulares [65], & per conſequens peccant [66] mortaliter ſiquidem pœna irregularitatis, ſuſpenſionis ab officio, & beneficio in quas incurrunt violantes interdictũ non imponitur niſi propter mortale: & religioſi exempti vltra irregularitatem incurrũt pœnam excõmunicationis violantes interdictum per Clementinam, Ex frequentibus. de ſententia excommunica. vt ſupra numer. 64. dictum eſt [67]: quod eſt verũ quando

caſu, in quo excommunicatio non ligat, quando videlicet, fertur cõtra aliquam perſonã propter aliquã culpã, & ſimiliter quando interdictum eſt latum propter aliquos, & illi non ſeruant allegantes ſua priuilegia, vt dicitur in ca, perijſtis. de priuilegijs. quod intellige, quando eſt poſitum ad eorum querelam, propter eorum vtilitaté: quia tunc alij ſeruare non tenétur & ſic efficitur nullum: quod limita qñ priuilegiorum fines excedunt vt ibi dicitur, ſecus autem, ſi non ſeruatur ab his propter quorũ delicta poſitũ eſt: quia licet ipſi violent, alij tñ ſeruare tenétur.

65 Prout dicitur in capit. ſi quis. & in capit. exiui. de ſententia excommunicationis. in 6. & in cap. tanta. de exceſsib. prælatorum.

66 Contra Caietanum, verbo, interdictum.

67 Quando interdictum eſt ſingulare, videlicet, quando interdicuntur alicui perſonæ ſingulari diuina officia, & ec-





cleſiaſtica ſacraméta vniuerſaliter, vel particulariter quoad aliqua, vt in cap. ex literis. de priuilegijs. & cap. 1. & cap. Nemo Epiſcoporum. lib. 6 interdictus ab aliquo actu reſpiciente diuina intelligitur ab omni alio, quæ includuntur in illo, vel quæ ſine illo interdicto exerceri non poſsit, vt dicitur in cap. ſolitudines de appel. vnde interdictus ab officio ſacerdotali non debet exercere officia quæ propriè competunt ſacerdoti; ſecus autem ſi ſolum altaris miniſterium ſit ei interdictum. Et interdictus à ſacerdotali officio non poteſt exercere pontificale: ſiquidem pontificale ſine ſacerdotali exerceri non poteſt, vt in capit. ex literis. de exceſsibus prælatorum. & ea ratione interdictus ne promoueatur ad inferiores ordines, non poteſt ad maiores promoueri, vel interdictus, ideſt, ſuſpenſus ab exercitio inferioris ordinis non poteſt exercere actum ſuperioris quod ſine exercitio illius inferioris exerceri non poteſt: ſecus ſi ſine illo exerceri poteſt, ſicut ècontra interdictus, vel prohibitus à maiori non intelligitur prohibitus à minori, quod in illo maiori non includitur, Hoc probatur per cap. illud. 95. diſtinct. Vnde ſequitur, quod Epiſcopus ſuſpenſus vel interdictus à põtificali: ſi exercet officium ſacerdotis, etiam cum pontificalibus non eſt irregularis: ſecus autem ſi exercet aliquid per ſe, quod ſpectat ad pontificale officium, vt conſecrare, vel ordinare cum miſſa, vel ſine illa, vt confirmare in frõte erit irregularis. Si autem fuerit Epiſcopus interdictus ab ingreſſu ſuæ Eccleſiæ, agens in officio ſuo ſicut prius irregularis eſt. vt in cap. is qui. de ſententia excommunicationis lib. 6. Si autem extra Eccleſiam, puta ſub domo, vel tentorio, vel in domo priuata ingerit ſe diuinis non eſt irregularis, vt ibi notat gloſſa, & ratio eſt, quia dictum limitationis ſecundùm ſuam limitationem debet intelligi. cap. ſi rector. 43. diſtin. limitatur enim hæc pœna cum, ſcilicet, celebretur in Eccleſia, non ergo habet locum, ſi extra celebratur. Si autem talis celebrat in oratorio, quod conſtrui non poteſt ſine diœceſani licentia, ſi ſtrictè eſt oratorium, ita quod non eſt Eccleſia,

Eccleſia matrix ſeruat interdictum: non tamen aliter [68]. Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, quãuis violent interdictum, non ſunt irregulares, ſiquidem ſupradictus textus ſolum loquitur de clericis in maioribus cōſtitutis,

non eſt irregularis. Si vero celebrat in Eccleſia: quanuis non ſit conſecrata, quæ proprie dicitur Baſilica, eſt irregularis: ſatis enim eſt, quod authoritate Pontificis ſit dedicata de conſecratione diſt. 1. cap. nemo. el. 1. Si vero presbyter celebrans in Eccleſia admiſit ſcienter diaconū, vel ſubdiaconum interdictum, ſeu ſuſpenſum ad lectiones Epiſtolæ, ſeu Euangelij, etiam extra Eccleſiam eſt irregularis, quia participat in crimine crimino ſo. cap. nuper. de ſententia excom. & cap. concubina. Eſt enim irregularis diaconus, ſiue ſubdiaconus, ſi recitant Epiſtolam, ſiue Euangeliū extra Eccleſiam presbytero miniſtrante in Eccleſia, ſiquidem vnum eſt officium, quod tamen in Eccleſia principaliter celebratur, cui cooperantur in actu ſibi prohibito. diſt. 50. cap. ſi quis viduam. Item talis, cui eſt ingreſſus Eccleſiæ prohibitus, ſiue interdictus, quanuis ſit prohibitus per hoc à celebratione, & etiam ab auditione diuinorum in ea, iuxta communem ſententiam, poteſt tamen per Eccleſiam tranſire pro factis ſuis ſecundùm Innocentium, & etiam poteſt in Eccleſia orare tempore quo non celebrantur diuina officia in Eccleſia. 1. quæſt. 1. cap. qui ſtudet. Hoc annotat gloſſa ſingularis. Hæc ſententia Antonini de Florentia, titulo. 26. capit. 2. §. 2. & Nauarro in Manuali capit. 27. numero 170. eum vide.

68 Quando monaſterium ſpecialiter interdicitur ad inſtantiam alicuius perſonæ particularis: quia ſic ei expedit, non tenentur fratres ſeruare interdictum, niſi ille cuius cauſa ponitur tribuerit fratribus neceſſaria, vt poſsint quotidie alimen-



cum nūquam incurratur pœna irregularitatis, niſi in caſibus expreſsis à iure, & pœnæ ſemper ſint reſtringēdæ. Laici ſcienter violantes interdictum, ſcilicet, audiendo miſſam, & diuina officia peccant mortaliter: quia agunt contra præcepta Eccleſiæ, in cap. Alma mater. ita tenet Caiet. vbi ſupra. vide Sylueſt. verbo, Interdictum. 5. §. 6. [69].

Quando autem laici virtute priuilegiorum quę ſunt cōceſſa regularibus poſſunt intereſſe ſacris, ſeu recipere ſacramēta, & ſepeliri in loco ſacro cū ſolennitate, nō obſtante interdicto, ſiue ceſſatione à diuinis dicetur in ſequen. cap.

Si autē quæras, à quo poſſit interdictū ſuſpendi ſiue relaxari? Reſpōdeo, quod ſi eſt interdictū ab homine poteſt relaxari, vel ſuſpēdi ad tēpus,

alimentari durante interdicto: & hoc per ſpeciale priuilegiū eis conceſſum, vide compendium, verbo, interdictum. 1. §. 12. nec tenētur ſeruare interdictū, niſi quādo ſeruatur in Eccleſia matrici alicuius populi reſpectu cuius fratres dicantur conuicini. Vnde ſi interdictū extendat extra duo aut tria milliaria, vt fratres intra iſtum terminum habitantes cōprehendat, nō debent illud ſeruare, vt ibidē dicitur.

69 Hoc intellige niſi audiant diuina officia, ſiue miſſam ratione alicuius priuilegij eis ſpecialiter conceſsi, quia tunc non ſolū poſſunt audire miſſam, imo illam debēt audire in diebus feſtiuis, & nō excuſantur ratione interdicti. Vt tenet Nauar. c. 21. n. 4. in manuali.

70 Vide

70 Vide Syluest. verb. Interdictum. 3. §. 8. 9. 10. & 11. vbi doctiſsime docet, An interdictum poſsit ſuſpendi, à quo, & qualiter. eũ vide.

vel in totum ab illo, qui illud poſuit, ſi eſt à iure, & non reſeruatur Papæ poteſt relaxari ab ordinario 70: De ceſſatione à diuinis quibus de cauſis ſit ponenda, vide cap. quãuis. de offic. ordinarij. Quæ autem ſunt facienda, aut quæ vitanda, vide reſolutionem factam à clauſtro Salmanticenſi à petitione Eccleſiæ Salmantinæ. Anno 1556. 24. die Ianuarij, de qua in ſequenti cap. dicitur.

## Quæ ſunt facienda, & quæ vitanda tempore ceſſationis à diuinis, tam ex iure, quam ex priuilegijs conceſsis ordinibus mendicantiũ. Cap. IX.

Nota quotuplex ſit ceſſatio à diuinis, & quæ debeant ſeruari tũc tempore ceſſationis rigoroſæ.

PRimeramente es de aduertir, que ay dos maneras de ceſſacion à diuinis, vna no rigoroſa, que ſegun el derecho nueuo vale, y ſe guarda no mas de como entredicho, vt in cap. Alma mater. La otra es rigoroſa, que ſegun el derecho antiguo, y lo que en eſtos tiempos ſe vſa, durante la dicha ceſſacion à diuinis general, no ſe pueden celebrar los diuinos officios en ninguna Igleſia, ni Monaſterio, y que ceſſen del todo.



Quando poteſt celebrari tẽpore ceſſationis.

Item que ſe pueda celebrar en la Igleſia para renouar el ſanctiſsimo ſacramento, ſolo el ſacerdote, y vn miniſtro.

Quæ ſacramenta poſſunt adminiſtrari tempore ceſſationis.

Item, que el Baptiſmo ſe pueda adminiſtrar como en tiempo que no ay ceſſacion à diuinis: y lo miſmo el ſacramento de la Confirmacion, y anſi miſmo ſe pueda lleuar a los enfermos el de la Euchariſtia con toda ſolennidad, con tal que los clerigos no vayan, ni bueluan rezando: empero el ſacramento de la Extrema vnction a nadie ſe puede adminiſtrar. El ſacramento del Matrimonio ſe puede celebrar por palabras de preſente, con tal que las bendiciones, ni velaciones no ſe hagan.

Quib⁹ cõcedatur ſepultura eccleſiaſtica tẽpore ceſſationis.

Sepultura eccleſiaſtica no ſe puede dar, ſino ſolo a los clerigos de Miſſa en el cimiterio, y no dentro de la Igleſia.

Item

Item declararon los ſobredichos letrados, que quanto a los priuilegios y Bulas Apoſtolicas que ay para oyr miſſa, que los que los tuuieren, ſi fueren ſolamente para entredicho, que no puedan vſar de los tales priuilegios y Bulas en tiempo de ceſſacion à diuinis: y ſi los tales priuilegios y Bulas hablaren de ceſſaciõ, ſe les encargue, que antes que vſen dellos, ſepan y entiendan de letrados y perſonas doctas a que ſe eſtienden, y ſi eſtan reuocados por Bulas de cruzada, o en otra manera, porque no excedan la forma dellos, y vſen dellos como deuen, ſin ſcrupulo de conſciencia. Y en las partes donde ſe dixere miſſa en caſa de particulares por priuilegio, no ſe puede dezir mas de vna miſſa en el dia. Y aun ſegun la opinion de muchos doctos, quando alguna perſona particular tiene Bula para dezir miſſa en ſus oratorios, o hazer la dezir en tiempo de ceſſacion, ſe deue reſtringir a la primera ceſſacion no riguroſa, y no a la riguroſa ſegun derecho comun, y no ſegun la coſtumbre, por ſer odioſa la tal conceſsion, y preſumir ſe, que el Papa no aduirtio a la coſtumbre que ſe vſa. Pero los priuilegios concedidos a las religiones



nes ſe deuen eſtender quãto a la ſegunda ceſſacion rigurosa: porque la coſtumbre y vſo lo ha anſi interpretado en ſu fauor. No empero podra el religioſo por virtud de ſus priuilegios celebrar fuera de ſu monaſterio, porque no ay tal coſtumbre, a la qual en todos eſtos caſos ſe deue mucho aduertir, por ſer el mejor interprete de las leyes, ſegun derecho.

Aſsi miſmo auiendo viſto y conferido los letrados de Salamanca, anſi ſeculares Iuriſtas, como religioſos Theologos los breues concedidos a las religiones, conuinieron en lo que ſe ſigue.

Primeramente ſe determino q̃ los frayles en ſus cõuentos, aſsi profeſſos, como nouicios, o cõuerſos, puedã hazer en tiempo de ceſſacion à diuinis, todo aquello q̃ en tiempo de entredicho 71, eſto es, celebrar, y hazer el officio en cõmunidad fuera de la Igleſia, y recibir todos los ſacramẽtos y ſepultura eccleſiaſtica, y ſer enterrado con toda

71 Compendio, verb. Interdictum. 1. §. 20. & 21. lo qual ſe limita en tiẽpo de entredicho Apoſtolico. Y Iulio II. concedio, que todo lo que ſe puede hazer en tiempo de entredicho general, ſe pueda hazer en tiempo de entredicho eſpecial, ſegũ lo qual los frayles podran celebrar en las Igleſias eſpecialmente entredichas.

72 Iulio

ſolennidad à campana tañida, y a puertas abiertas, y cõ officios cantados y miſſas publicas, ſin guardar en aquel tiẽpo ceſſacion [72]: y lo miſmo ſe concede al ſyndico, y a ſu muger y hijos [73], y al medico ordinario que cura en el conuento [74], y a todos nueſtros familiares, por los quales ſe entienden todos los que ſiruen en nueſtros conuentos viuiendo dentro, o ſe mantienen fuera a nueſtra coſta por razon del ſeruicio [75], Y anſi miſmo el mayordomo de las religioſas con ſu muger y hijos, y ſu medico, y todos los demas criados, o criadas que llaman mandaderas, aunque ſeã porcioniſtas, con tal que ſiruan comunmente a las religioſas, y no ſean de alguna monja en particular [76]: Anſi miſmo pueden oyr miſſa en nueſtras Igleſias en

72 Iulio II. compend. interdictum. 1. §. 13. y Leon X. §. 25. interdictum. 2. §. 10. ſe puede alçar el entredicho, aunque ſea Apoſtolico, para enterrar los frayles nouicios y conuerſos, y ſeruiciales, y criados de nueſtros conuẽtos.

73 In compẽdio, verbo, procuratores.

74 In compendio, verbo, Indulgẽtiæ. 4. §. 8.

75 In compendio, titulo Interdictum. 3. §. 11.

76 Por quãto las religioſas, anſi de Sancta Clara, como de la tercera orden communican nueſtros priuilegios. cõpend. verbo, communicatio priuilegiorum, & verbo, Tertiarij.



en tiempo de entredicho todos los jornaleros y trabajadores al tiempo que trabajaren en nueſtros conuentos, aunque anden por jornal. Y todos los criados ordinarios que viuen en las granjas, o otros lugares de los religioſos, quando vienen a los monaſterios, y caſas de ſus religioſos [77]. Anſi meſmo pueden ſer enterrados en eccleſiaſtica ſepultura, ſegun que los frayles en tiẽpo de ceſſacion à diuinis, todos los que traxeren habito de nueſtra orden, y los que in articulo mortis eligieren ſepultura en los conuentos de los religioſos [78]: lo qual ſe declaro en eſta forma por muchos letrados de Salamanca, y ſe platico alli, y ſe vſo. Anſi meſmo ſe pueden enterrar en nueſtros conuentos los ſeglares todas las vezes, que por razon de alguna fieſta ſe alça el entredicho [79]. Aſsi meſmo ſe declaro que en todas las fieſtas que los religioſos, por razon de ſus priuilegios, que para

Ff ello

77 In compẽdio, verbo, interdictum. 3. §. 10. & 13.

78 Por vn priuilegio de Iulio Segũdo, concedido a los minimos. Traditur in compendio. verbo, Familiares. §. 7. Y por vna bulla de Nicolao concedida a la orden de Sant Benito, de la qual noſotros communicamos, in compendio. verbo. interdictum. 1. §. 23.

79 In compẽdio. verbo, Familiares. §. 17.

ello tienen, pueden dexar de guardar el entredicho, en todas ellas puedan tambien dexar de guardar la ceſſacion à diuinis. 80. ¶ Item el Abad, Prior, Guardian del cõuento puede elegir ſeys perſonas, las q̃ quiſiere en tiempo de entredicho general, o ceſſacion à diuinis, los quales puedan aſsiſtir a los diuinos officios, y recebir todos los ſacramentos, y ſer enterrados en ſepultura eccleſiaſtica [81], la qual ſe les de ſin pompa, ni ſolennidad: lo qual ſe deue limitar, cõ tal q̃ el entredicho, o ceſſacion no ſea pueſto, o confirmado por autoridad Apoſtolica, o immediate por el Papa. Y por otro legado à latere, puede elegir quinze perſonas en tiempo de entredicho ordinario [82]. ¶ Item ſe alça el entredicho, y ceſſacion à diuinis el dia que canta miſſa algun religioſo deſde las primeras viſperas haſta dicha miſſa mayor. Y aſsi meſmo al tiempo que haze algun

80 Por vna conceſsion de Leon X. cõcedida, viuæ vocis oraculo & habetur in ſupplemẽto. fol. 59. conceſsione 165. & refertur in compendio, verbo, interdictum. 1. §. 17. & de ſepultura, eſt Bulla authentica in monumenta ordinis, fol. 212. in compendio, verbo, interdictum. 1. §. 13. & interdictum. 2. §. decimo.

81 In compẽdio, verbo, interdictum. §. 23.

82 In compẽdio, titulo interdictum. 1. §. 21. & 24.



gun frayle profeſsion por el tiempo q̃ dura el officio [83]. Y aſsi meſmo a las monjas, pero deuen dar profeſsion, y veo todo junto ſi quieren que ſe de con ſolennidad.

83 In compendio verbo, interdictum. 2. §. 10.

# TRACTATVS VLtimus. De correctione fraterna.

## Qnid ſit fraterna correctio, & quando obliget. Cap. I.

IVXTA doctrinam D. Auguſt. corripere idẽ eſt, quod caſtigare, ſiue aliquẽ increpare eo ꝙ peccat: corrigere autem eſt illũ emendare, id eſt, ad rectum reducere, quod erratum eſt, inde correctio fraterna, quando fratrẽ noſtrũ charitatiuo amore corripimus, vt relicto peccato, in quo actu exiſtit ad Deũ ſiue ad meliorẽ vitã cõuertatur [1].

1 Auguſti. 1. de ciuitate Dei. ca. 9. vbi ait. Nolunt quidam plerunq; corripere, cum poſsint aliquos fortaſſe corripiẽdo corrigere.

2 Sic corrigit Deꝰ caſtigando, aut inſtruendo. Pſal. 17. & 95. Leuit. 26. & Iudic. 11.

Hæc autem correctio fraterna (quæ debet præcedere omnem pœnam eccleſiaſticã) eſt in præcepto omnibus hominibus ſub reatu peccati mortalis, non autem correctio, cùm ſolus Deus poſsit corrigere peccatores: non enim dixit corrige eum, ſed corripe eum 3. Quod præceptum non ſolum eſt diuinum poſitiuũ iuxta textum euangelicũ, ſed etiam naturale: quia omnes vellent coerceri ab alijs cum errant, & vt ſubueniatur ſibi in ſpiritualibus 4. Si enim eleemoſyna corporalis obligat tempore neceſsitatis ſub reatu peccati mortalis, quanto magis ſpiritualis: qualis eſt fraterna correctio. Vnde cum materia correctionis ſit peccatũ

dic. 11. & ſic corrigunt ſuperioris inferiores ſuos Iob 13. Prouerb. 1. & 17. & 29. & Eccleſ. 19.

3 Ait enim Chriſtus Matthæi. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eũ inter te, & ipſum ſolum.

4 Hoc inſinuauit eccleſiaſticus c. 17. dicens. Vnicuiq; mãdauit Dominus curã de proximo ſuo. & Exodi 23. & Deutero. 22. præcipiens ſubueniri aſino proximi cadenti ſub onere imponit nobis præceptum correctionis fraternæ. ad Roma. 1. digni ſunt morte, non ſolũ qui talia agunt, ſed etiã qui conſentiunt facientibus & videtur conſentire qui non corripit fratrẽ cum poſsit. & Matth. 25. damnantur æternaliter tranſgreſſores operum miſericordiæ, inter quæ annumeratur correctio fraterna. Obligat ergo ſub reatu peccati mortalis.

5 Vt



mortale futurũ 5, veluti quãdo aliquis perſeuerat in peccato, ait Chriſtus in euangelio, Si peccauerit, &c. Id eſt, ſi perſeuerat in peccato: quia dicit, Si audierit te: ad præteritum enim nulla eſt potentia, & per conſequens nõ poteſt illum audire. Nullus tenetur fratrem ſuum corripere propter peccatum præteritum, ſed potius propter futurum 6. Et ſimiliter cum finis correctionis fraternæ ſit bonum ſpirituale proximi, ſequitur præceptum correctionis non obligare quocunque tempore, ſed tantum concurrentibus tribus conditionibus. Prima certa cognitio peccati mortalis: non enim materia correctionis eſt peccatum veniale, ſiquidem finis correctionis fraternæ eſt lucrari fratrem perditũ, qui

5 Vt dicit gloſſa cap. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. & expreſſe colligitur ex textu euangelico. Matth. 18. Si peccauerit in te, &c. vbi ſecũdum gloſſam Auguſt. ille peccat in nos, qui peccat nobis ſcientibus, vel quia quantum eſt ex parte ſua ſuo exemplo excitat alios ad peccandum, & per conſequens nõ tantũ ſibi, ſed cunctis nocet.

6 Quando vidimus aliquem peccare, non debemus illum corripere propter peccatum iam cõmiſſum: quia hoc, non eſt officium fratris æqualis, ſed ſuperioris, ſcilicet prælati, ſed debemus illũ admonere. ꝓpter peccatũ iã cõmiſſũ, vt caueat, ne iterum tale committat flagitium, & hoc eſt corripere aliquem propter peccatum futurum.



7 Ita

non perditur propter ſolum veniale, nec quando eſt dubius vtrũ perſeueret in peccato necne, tenetur illũ corripere: irrogaret enim illi iniuriã illũ increpando. Secunda cõditio, ꝙ ſit ſpes futuræ correctionis, & emendæ quia aliter nõ tenetur illum corripere [7]. Hoc intellige quantum ad correctionem, quæ fit priuatim [8]: quia quantũ ad denuntiationem aliter dicendũ eſt. Tertia conditio dummodo non ſperetur alius magis profuturus, quia tunc teneor differre correctionem: veluti ſi ſcirem prælatum eſſe cõſcium peccati illius, & illum correcturũ [9]. Cõcurrẽtibus igitur ſupradictis conditionibus, prætermittens correctionem peccat mort. niſi excuſetur ignorãtia, vel quia credit ſe nõ teneri, vel quia nõ omnino ſperat emendã illius, dũmodo

7 Ita colligitur, ex D. Auguſtino in capit. ſi quis. de pœniten. diſtinct. 7. ait enim: Ideo do tibi pœnitentiam, quia neſcio, an tibi proderit, quia ſi ſcirem, tibi non prodeſſe, nõ tibi darem. Eſſet enim tunc correctio actus inutilis, & otioſus eſt cuius non ſperatur vtilitas: Ait enim Saluſtius fruſtra niti & nihil aliud laborando, quam odium quærere extremę dementiæ eſt.

8 Veluti, quando ſecrete illum ſolum corripit, vel coram tribus teſtibus.

9 Nã ſic ſperatur commodior opportunitas, quod licebit, quia huiuſmodi dilatio eſt actus charitatis: fit enim propter maiorem proximi vtilitatem.





do habeat hũc animũ: Si certo ſcirem nullum magis profuturũ omnia poſtponerem: quia in tali euentu ſolũ peccat venialiter [10]. Et ſi correctio eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem (veluti quãdo aliquis peccat ex ignorantia culpabili, ita ꝙ nõ poteſt abſtinere à peccato, niſi corripiatur) etiam cũ periculo vitæ eſt faciẽda: quia in neceſſarijs ad ſalutem bonũ ſpirituale proximorum eſt pręferendum bono temporali noſtro [11]. Quando vero correctio non eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem [12]: quia peccat ex paſsione, vel malitia, ſolus prælatus tenetur illum admonere, etiam cum periculo vitæ, quia bonus paſtor animã ſuã debet ponere pro ouibus ſuis, id eſt vitã ſuã: quia eſt cõſtitutus ſpeculator ad arcẽdos lupos:

10 Hæc eſt doctrina Diui Thom, Secunda ſecundæ, quæſt. 33. arti. 2. ad 3. quam ita explicat Caiet. ibidem. Siquidem habendo talem animi præparationem retinet charitatem fraternã, & per conſequens nõ peccat mortaliter.

11 Vt in crimine hæreſis peruerteret ignorantes, & ego ſum certus de emenda fratris, ſi corripiatur, teneor illum corripere, etiam cũ periculo bonorum fortunæ, vel honoris, ſiue vitæ, in quo ſenſu intelligendus eſt Gabriel ſuper canon. lectione ſeptuageſima quarta. & Diuus Thomas ſupra, ad tertium.

12 Veluti quãdo aliquis perſeuerat in aliquo adulterio, ſiue furto, vel odio.

non enim prælatus tenetur corripere fratrem ſolo præcepto charitatis, ſed iuſtitiæ, quod obligat extra caſum neceſsitatis, alij vero non niſi ratione charitatis, quod præceptum non obligat, niſi in caſu neceſsitatis, ſicut eleemoſyna corporalis [13]. Ex quo ſequitur, quod grauius peccat prælatus prætermittens correctionẽ ſui ſubditi, quã ſubditus alterius fratris: quia ex ordine charitatis in eleemoſyna temporali magis tenetur ſubuenire indigenti prælatus quam ſubditus [14]. Ait enim Paulus, qui non

13 Non enim excuſantur à pręcepto correctionis publici peccatores, nam omnes obligat, licet peccator public⁹ nõ debeat corrigere aliũ publice ne eius prædicatio, ſiue correctio cõtemnatur, ſed potius ſecrete, & non increpando alium, ſed obſecrando, & ſimul accuſando ſe ipſum & proponendo ſimul ſuã correctionem. Ita tenet D. Thom. 2.2. q. 33. artic. 5. quia exiſtens in mortali tenetur ad omnia opera charitatis. Si vero peccator, vſque adeo eſt infamis, vt nullam ſperet vtilitatem ex ſua correctione, cuiuſmodi ſunt meretrices, lenones, &c. non tenentur, vt ait Ricardus in 3. diſtinctione 19. artic. ſecundo. quæſtione ſecunda. vbi ait, quod tenentur huiuſmodi peccatores ad reſipiſcentiam, vt poſsint hoc præceptum adimplere. Aliter reportarent commodum ex ſua malitia, maxime ſi ſunt prælati publici peccatores: ij enim tenentur cedere officio, vel reſipiſcere, aliter peccant mortaliter non corripiendo alios.

14 Hæc eſt doctrina D. Thom. vbi ſupra art. 3. ex qua ſequitur



habet curam ſuorum, maximè domeſticorum fidem non habet. Et ſpecialiter dictum eſt D. Petro. Ioan. 21. Petre diligis me plus his? paſce oues meas. Quæ verba ter repetita ſunt ei, vt maius onus imponeret: & ſimiliter magis peccat, qui prætermittit correctionem prçlati peccatoris, quã alterius ſubditi, quia plus tenetur ſecundũ ordinẽ charitatis diligere prælatũ, qui eſt pater ſpiritualis, quam alium ſubditum, ſunt tamen prælati corripiendi, per obſecrationẽ potius, quã per increpationẽ, ſecundũ illud Pauli, Seniorẽ te non increpabis, ſed obſecra vt patrem. Sed quæres, ordo correctionis fraternæ eſt ne ſeruandus ſub reatu peccati mortalis? Ad hoc reſpondendum eſt ſub diſtinctione, vt in ſequen. capitulo dicetur.

quitur, quod magis tenetur pater familias corripere ſuos familiares, quam domeſtici. Si vero prælati teneantur, ratione maioris obligationis, inquirere ſecretos peccatores, vt ipſos corrigãt (nõ enim ſubditus ad hoc tenetur) hoc ſub iudice eſt: nam Caiet. vbi ſup. ar. 2. tenet partem negatiuam, videlicet, ꝙ prælati non tenentur extra iudicium inquirere peccatores corrigẽdos, quia non videt præceptũ ad hoc. Soto tamen de ſigillo ſecreti mẽbro 2. q. 4. concl. 3. id affirmat. Hęc opinio Soti eſt ſecurior, probabilior tamen Caiet. Quanuis enim magis teneantur prælati ad correctionẽ fraternã, quã ſubditi, non tamen tenẽtur alio modo, ſcilicet, inquirendo peccatores.

## De denuntiatione facienda prælato, ſiue iudici, vt fratrem ſuum corripiat. Cap. II.

VT autem intelligas, denuntiatio quando, & quo ordine facienda ſit, quandam diuiſionem peccati debes aduertere, ſcilicet, Peccatum fratris, aut eſt publicum, aut ſecretum. Publicum dicitur tripliciter. Primo idem eſt quod probabile in iudicio duobus, vel tribus teſtibus. Secundò, quando non ſolum eſt probabile in iudicio per teſtes occultos, ſed etiam reus laborat infamia. Tertiò dicitur publicum, ideſt notorium, & hoc dupliciter, vel notorietate iuris, vel facti. Primum eſt, quando aliquis eſt damnatus per ſententiam iudicis, vel quando eſt confeſſus crimen in iudicio. Secundum eſt, quando crimen ita eſt publice cõmiſſum, vt nulla tergiuerſatione celari poſsit. Veluti crimen commiſſum in foro, vel Eccleſia multis videntibus. Contra notorium vero quocunq; modo nulla admittitur probatio. Occultũ peccatũ dicitur totidẽ: quia quot modis dicitur vnũ contrarium, tot modis dicitur

Nota quãdo peccatum dicatur publicum vel notoriũ.

tur



tur & reliquum. Publicũ enim & occultũ contrariãtur. Modo dico quod quando crimẽ eſt occultum, & in malum ipſius perpetrantis (& voco occultum, quod non ſit notoriũ, quanuis ſit probabile, & publicum cuiuſmodi ſunt peccata libidinis cuiuſcunque ſit naturæ) ſi ex ſecreta correctione ſperatur ſalus delinquẽtis, prius eſt frater corripiendus ſecreto, quam ducantur teſtes, & denuntietur prælato, vt expreſsè dicitur in Euangelio: Ait enim Chriſtus. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum, &c. Poteſt tamen denũtiari prælato ante inductionem teſtiũ, facta ſecreta correctione: non tanquã iudici, ſed tãquam patri, vt prælatus ſecreto illũ increpet [15]. Si vero frater corrigitur ſecreta correctione, nulla tenus debet denuntiari prælato, nec tanquam patri [16]: dicit enim Euangelium. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum: ibi ergo ſiſtendum eſt: ſi vero non audierit, hoc eſt, ſi corre-

Peccatum occultũ non eſt denuntiandum, quando ex ſecreta correctione ſperatur ſalus delinquentis.

15 Vt tenet Ricar. diſt. 19. tertij. art. 4. quæſt. 1.

16 Quanuis Riçar. vbi ſupra affirmet oppoſitum, à quo ignorante religioſi ſumpſerũt occaſionẽ denuntiãdi prælatis crimineſos iam correctos.

corre-

correctione ſecreta non corrigatur, quanuis crimen ſit omnino occultum: poſſunt adduci teſtes ad obſeruandum delinquentem. V. g. Petrus exijt extra monaſterium nocte, ſecreto admonitus noluit reſipiſcere, ſed alia nocte ſimile commiſit flagitium, poſſum ego inducere teſtes, qui tempore quo reuertitur ad monaſterium eum videant redeuntem, vt coram illis poſsim illum iterum increpare. Ita expreſsè dicitur in Euangelio. Si te non audierit adhibe tecum duos teſtes, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, vt ſcilicet, poſsit probari in iudicio, ſi peccans relabatur poſt ſecundam correctionem. Vnde teſtes adducuntur, vt coram ipſis increpatus facilius corrigatur, & vt poſsint teſtificari in iudicio, ſi poſt ſecūdam monitionem noluerit corrigi, nam in hoc caſu tenetur ipſe corripiens denuntiare illum iudici [17]. Si vero nulla fuerit ſpes emendæ ſtatim denūtiandus eſt prælato, aut iudici, nec ſunt inducendi teſtes, aut ſecretè corripiendus, ſi crimen

Nota qua ratione adducantur teſtes, iuxta ordinem Euāgelicum.

17 Hæc doctrina eſt D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 8. quem ſequuntur Ricard. & Palud. vbi ſupra. & Gabriel in canone. lect. 24. & Caie. vbi ſupra. Thom.



men ſit in præiudicium Reipublicæ, aut tertij. Peccatum in præiudicium Reipublicæ eſt peccatum hæreſis, aut proditionis, & nulla facta monitione ſecreta eſt denuntiandum prælato: quia cū huiuſmodi peccata ſint in præiudicium multorum, teneor quærere meliorem, & tutiorem viam, ad hoc malum obuiandum: & talis eſt denuntiare illum prælato, qui ſolus poteſt, & tenetur tanto malo obuiare: nec hoc eſt contra Euangelium, quia ibi tantum præcipitur ſecreta admonitio, quando peccatum eſt in offenſam alicuius particularis, & non in offenſam publicam. Inquit enim, ſi peccauerit in te, &c. hoc eſt, in tuam offenſam, & ſcandalum, corripe eum inter te, & ipſum ſolum, nihil tamen dicit de peccato, quando eſt in malum multorum. Si vero peccatum eſt in præiudicium tertij, vt ſi Petrus pararet inſidias Paulo, ſi non ſpero me poſſe ſeparare criminoſum à flagitio, & crimen non poteſt probari in iudicio: denuntiatio facienda eſt illi, cui paratur detrimentum, vt ſibi caueat, detegendo crimen ſi aliter non poteſt fieri: quia diligendus

Quando peccatū eſt in præiudicium Reipublicæ, ſiue tertij nulla prętermiſſa correctione eſt denuntiandum prælato.

gendus eſt proximus ſicut nos ipſi, ſed quilibet velleт admoneri in ſimili caſu, ergo tenetur illum admonere, etiam cum præiudicio criminoſi: quia melior eſt cauſa fratris innocentis. Non tamen eſt denuntiandus prælato, vt iudici (quãdo nõ poteſt probari) ſed vt patri, vt ſupra dictũ eſt. Et tunc prælatus non poteſt punire reum, neq; iuridicè illum interrogare, ſed ſolũ admonere, vt cautè viuat, & minis eum terrere & forte conſultius ager, ſi non detegat crimen ne fortè ſeminet diſcordiam inter reum, & denuntiatorem: ſiquidem nõ habet contra eum probationem, neq; infamiam, neque indicia. Et tunc nec ipſe reus tenetur cõfiteri, etiam ſub pœna excõmunicationis: quia in caſu poſito non poteſt procedere iuridicè, vt iudex, cum non ſit iudex. Si vero crimen poteſt probari duobus teſtibus, prælatus poterit ſecreto punire delinquentem, nõ autem publicè, quia finis denuntiationis eſt ſolum emenda fratris, niſi ipſe reus ſit infamatus, quia tunc aliter procedendum eſt, vt ſtatim dicemus. Dicitur enim in Euangelio. Si Eccleſiæ non audierit, &c. hoc eſt, pœna publica puniatur, qui monitus, & correctus ab Eccleſia in peccatum relabatur, tũc enim & non antea poteſt Eccleſia, ſicut iudex, cõtra eum publicè procedere præcipiẽdo ei ſub pœna excõmunicationis, vt dicat veritatem, & ſic publicè eum punire: quia dicit Euangeliũ. Sit tibi tanquam Ethnicus, &c. hoc eſt, publicè vitabis eum. Non tamen poteſt publicè vitari, niſi poſt publicũ delictum in foro iudiciali, & tũc prælatus debet ſeruare hanc formã. Debet, ſcilicet, prius vocare teſtes, & eos interrogare ſcripto, atq; eorũ ſubſcriptiones recipere. Deinde debet vocare reum, qui tenebitur in cõſcientia reſpondere iudici cognitis teſtimonijs, quæ prælatus aduerſus eum habet, quæ tenetur ci prælatus manifeſtare, dicendo. Habeo duos teſtes aduerſum te. Si vero peccatum fuerit notorium notorietate facti, non eſt ſecretè corripiendus, ſed publicè puniẽdus per iudicem, & publicè increpandus per fratrem aſtantẽ. V.g. Aliquis blaſphemat in foro, iudex tenetur illum

Peccatum, quãdo nõ poteſt probari, non eſt denuntiandum prælato, vt iudici, ſed vt patri. Et tunc prælatus non poteſt punire reum.

Quando peccatũ eſt occultum, licet probetur duobus teſtibus, non poteſt reus publicè puniri, ſed ſecreto.

Nota quãdo peccator eſt publicè puniendus à iudice, ſiue prælato.

lum publicè punire, & qui aſtat (ſi poteſt abſque periculo mortis, aut alicuius mali) tenetur illum increpare. De iudice, probatur. 1. ad Timotheum. 5. Peccantes coram omnibus argue, & vt cæteri timorem habeant [18]. De perſona priuata, probatur, quia tenetur diligere Deum, & quantum in ſe eſt diluere ſcandalum: quod aliquo modo diluitur per talem increpationem. Vt autem clarius poſsis intelligere, quando aliquis teneatur accuſare delinquentem in iudicio, aduerte quæ dicuntur in ſequenti capitulo.

18 Dicitur in. c. 1. de pœniten. & remiſs. manifeſta peccata nõ ſunt occulta correctione fraterna.

## De accuſatione & inquiſitione delicti. Cap. III.

QVATVOR ſunt genera denuntiationum, prout docent Doctores Canoniſtæ [19], ſcilicet, denuntiatio Euangelica, iudicialis, canonica, & regularis. Euangelica idem eſt, quod fraterna correctio, iudicialis diuiditur in ſimplicem denuntiationem, & accuſationem. Quando eſt ſimplex

19 In cap. Nouit. de iudicijs.

Quatuor ſunt genera denũciationum.



ſimplex denuntiatio, denuntiator criminis nõ eſt actor petens aliquid in iudicio, ſed iudex procedit ad petitionem Fiſcalis: & in tali euentu ipſe denuntiator poteſt eſſe teſtis. Accuſatio eſt quando denuntiator petit iniuriam publicam, aut priuatam, & agit in iudicio tanquam actor. Canonica idem eſt quod fraterna, & Euangelica. Regularis eſt quæ fit in religionibus, ſcilicet, quando religioſus denuntiat prælato alterius crimen, & dicitur regularis, quia fit ſecundum regulam & ſtatuta religionũ, abſq; ſtrepitu, & figura iudicis ſecularis. Hoc ſuppoſito dico, quod nullus tenetur accuſare crimen publicũ, bene tamen denuntiare iudicialiter, vt iudex per Fiſcalẽ procedat. Prima pars probatur, quia accuſator compelli tur probare crimen denuntiator autem non: & nullus eſt compellendus, vt ſe ſubijciat ad probãdum in iudicio crimen alterius: ſi enim deficit in probatione eſt multãdus pœna talionis. Secũda pars probatur Leuit. 5. vbi dicitur, Si peccauerit anima, & audierit vocem iurãtis (ſcilicet falſo) quod ipſe vidit

Quanuis peccatum publicũ propter correctionem fratris debeat denunciari, nõ tamen ex præcepto corripiens tenetur illud accuſare, nec ad hoc poteſt compelli.

aut cõſcius eſt, niſi indicauerit portabit iniquitatem, & cum ſit præceptum morale nõdum reuocatum, obligat in conſcientia. Nullus tamen tenetur accuſare criminoſum propter iniuriã ab eo receptã: licitũ tamen erit eũ accuſare, dũmodo nõ in odiũ, & maleuolentiã, ſed in ſatisfactionẽ iniuriæ illatæ hoc faciat. Prima pars patet exemplo Chriſti R. N. qui cũ malediceretur, nõ maledicebat, imo eſt cõſilium euangelicũ remittere iniurias. Matt. 5. Si percuſſerit te aliquis in vna maxilla, prębe ei alterã. Secũda pars ꝓbatur, quia licet petere ſatisfactionem pro omni dãno illato in bonis fortunæ: & ſi accuſator eſt præuaricator [20]: videlicet, quia abſcondit crimẽ accuſandũ accepta iã accuſatiõe à Fiſcale, & peccatum

20 Iuxta doctrinam Diui Thomæ 2.2. quæſtione. 68. articulo tertio. triplex poteſt eſſe crimen accuſatoris, ſcilicet calumnia, præuaricatio, tergiuerſatio. Accuſator calũniæ dicitur, quando imponitur innocenti falſum crimẽ, quod defert ad iudicium. Præuaricator autẽ eſt ille qui abſcondit crimẽ accuſandum, veluti ſi accepta accuſatiõe Fiſcalis tegeret aliquod crimen accuſandũ, & potiꝰ faueret reo quem accuſat, quã Reipublicæ, in cuius fauorem accuſat criminoſum tergiuerſator eſt, qui omnino deſiſtit à iuſta accuſatiõe cœpta: vt ſi Fiſcalis accepta pecunia deſereret cauſam. Dicitur autem tergiuerſator, qui vertit terga accuſationi animo deſerendi illam.



catũ eſt in detrimentũ publicũ peccat mortaliter: quia fit iniuria Reipublicæ: nõ tamẽ peccat quãdo ipſe accuſator eſt læſus, quia tũc poteſt cedere iuri ſuo, licet præuaricãdo, aut tergiuerſando. Qui autẽ poſſũt accuſare: vide Sũmiſtas & quia ex dictis nõ clarè colligitur, quãdo iudex poſſit inquirere de crimine delinquẽtis, & eũ publice punire. Aduerte quod eſt diſcrimẽ inter correptionem fraternã accuſationẽ, & inquiſitionem: quia correctio fraterna conuenit, omnibus tam ſubditis, quam prælatis. Accuſatio parti læſæ: inquiſitio vero ſolum ſpectat ad prælatos, quæ diuiditur in generalem & ſpecialem. Inquiſitio generalis eſt, quãdo prælatus per edictum (vt ſolent face Epiſcopi) aut viua voce (vt prælati religionum) præcipiunt ſubditis, vt denuntient illis quicquid nouerint corrigendum in aliȷs, & punitione dignũ. Hanc inquiſitionem vocant regulares viſitationem. Inquiſitio autem particularis, quãdo inquiritur per teſtes de vita alicuius particularis, vel ad aſſumendũ illũ ad aliquam dignitatem, & collegium, de quo modo inquirendi non eſt ſermo, vel ad puniendum illum

Nota diſcrimen inter correctionẽ fraternam accuſationẽ & inquiſitionem.

Nota quādo aliquis dicatur infamatus, de aliquo crimine.

illum pro aliquo crimine,cuius eſt notatus infamia:& ſecundū gloſſam in capi.inquiſitionis.§.quæſiuiſti. de accuſationib. tunc aliquis dicitur infamatus, quando maior pars vicinorū, collegarū aut conuentus ſuſpicatur Petrum cōmiſiſſe tale crimen, ad quod nō requiritur,quod omnes ſint teſtes oculati,ſed ex auditu. Infamia enim idem eſt, quod clamoroſa inſinuatio aduerſus aliquem, & ad hanc infamiam probandā non eſt vocanda maior pars conuentus,ſed ſolum ſunt vocādi duo, vel tres teſtes,qui ſe credere Petrū eſſe infamatū affirmēt,vel teſtificetur,& hæc infamia dicitur accuſator interpretatiuus: quia quodammodo ipſa reſpublica, aut conuentus, vbi laborat tali infamia, clamat ad iudicem:ſiquidem expedit Reipublicæ,ne delicta maneant impunita: & dicitur accuſator interpretatiuus,ad differentiam proprij accuſatoris qualis eſt Fiſcalis, aut ille qui perpeſſus eſt aliquam iniuriam clamans in iudicio aduerſus malefactorem, & quia omnis inquiſitio eſt punitio publica,& propter ſatisfactionem partis

Eſt diſcrimen inter accuſatorem interpretatiuum,& proprium.



tis læſæ ad differentiam punitionis, ſeu inquiſitionis ſecretæ,cuius finis eſt bonum ſpirituale,ſcilicet,emenda delinquētis, ſequitur quod iudex non poteſt inquiſitione ſpeciali, vel publica inquirere de peccato alicuius,aut eum publicè punire,niſi ſit proprius accuſator, cui irrogata eſt iniuria petens ſatisfactionem : aut accuſator interpretatiuus, quòd talis crimínoſus ſit notatus infamia:ita diffinitur in cap. inquiſitionis.§. tertiæ dubitationis. & in cap. qualiter & quando. vbi Innocentius refert plura loca ſcripturæ. Ex quo ſequitur, quòd quanuis ſint duo aut tres teſtes, qui viderunt Petrum cum aliqua concubina in lecto, ſi huius criminis non eſt notatus Petrus infamia ( quia illi teſtes tacuerunt denūtiantes ſoli prælato Petri crimē ) nec prælatus poteſt publice punire Petrum, nec vocare alios teſtes inquirendo de eius vita. Hoc intellige prout dicitur in canone, dummodo crimina non ſint contra Rempublicam, aut crimen hæreſis,aut proditionis:& idem dicendum

Non poteſt prælatus,aut iudex publice inquirere de peccato alicuius,niſi ſit accuſator proprius, aut interpretatiuꝰ.

Crimina hæreſis, pditionis, & peccati nefandi abſque ordine correctiōis fraternæ publice punienda.

dum eſt de crimine nefando, cum ſit cõtagioſum. Qui caſus cõmuniter excipitur à doctoribus in dictis capitulis inquiſitionis. Qualiter & quãdo. Et quanuis huiuſmodi ſtatutum non ſit omni modo de iure naturali & diuino: & per conſequens ſummus Pontifex, aut princeps poterit in illo diſpenſare: eſt tamen valde conſonũ diuinę ſcripturæ, cui arridet ius naturale & ideo ſeruandum eſt, etiam in criminibus regularium [21]. Si arguas ex dicto cap. Qualiter & quando. vbi in fine dicitur. Hunc tamen ordinem cõtra regulares perſonas non eſt vſquequaq; ſeruandũ, quæ (cũ cauſa requirit) facilius, & liberius à ſuis poſsint adminiſtrationibus amoueri. Dico, ꝙ loquitur tantum de remotione pręlatorũ regularium, qui citra aliquam infamiam poſſunt remoueri, nõ ob aliud, niſi quia nimis deſides, vel valde ſeueri in ſubditos. Ex qua doctrina infertur

21 Lucæ 16. antequam villicus iniquitatis amoueretur à ſuo miniſterio prius fuit apud proprium dominum diffamatꝰ. Dixit enim quid eſt hoc ꝙ audio de te? & Gen. 18. antequã Deꝰ publica pœna plecteret Sodomitas fuerunt infamati apud Deum. Dixit enim Deus deſcendam, & videbo vtrum clamorẽ, qui venit ad me opere complevcrint.

Nota qua ratione poſsint prælati regulariũ remoueri.



fertur, ꝙ laborans infamia vnius criminis non eſt interrogandus de alijs, niſi illud ſit indicium aliorum: veluti infamatus de blaſphemia non poteſt interrogari de furto: infamatus tamen de adulterio poteſt interrogari, ſi occiderit virum vxoris adulteræ: vt expreſsè diffinitur in cap. inquiſitionis. nec debent interrogari rei de peccatis aliorum, qui nõ ſunt infamati, niſi crimẽ ſit in præiudiciũ Reipublicæ: vt crimen hæreſis, ꝓditionis aut læſæ maieſtatis. Vt dicitur in cap. cũ ad monaſteriũ, de confeſsis: conſuetudo tamen eſt in contrarium in cauſa furti, & homicidij, quod quidem eſt contra ius: & reus non tenetur reſpondere. Si vero crimẽ eſt notoriũ, quia inuenitur in foro cadauer hominis occiſi iudex poteſt inquirere ſpecialiter, quis ſit criminoſus ſolis indicijs, quãuis nulla laboret infamia [22]: quia huiuſmodi crimẽ eſt in rẽpublicã, maximè quia ſi in tali euẽtu nulla poſſet fieri inquiſitio ſana cõſciẽtia, multa delicta manerent ſigillo

Infamatus de vno crimine non eſt interrogãdus de alijs.

22. Hæc eſt ſentẽtia Innocẽtij ſuper. cap. 1. de poſtulatione prælatorũ, quam dicit eſſe cõmunem opinionẽ Nauar. in manu. cap. 18 num. 38. contra Caieta. 22. q. 68. artic. 1. & 2. & contra Magiſt. Sotũ repetitione de

figillo ſecreti. mem bro. 2. quæſt. 6. hoc tenet.

23 Si inferas cũ Soto quòd ſequeretur ipſum criminoſum rogatum à iudice inquirente teneri fateri delictũ, nego ſequelã; quia quando rogatur antequam alius teſtis contra eum depoſuerit iudex nõ interrogat eum tanquam criminoſum, ſed tanquam teſtẽ, & ipſe non tenetur ſe prodere: poterit enim vt ſtatim dicetur celare veritatẽ.

24 Prout diffinitur in multis textibus iuris Canonici, vt in capit. olim. de cauſa. & in cap. Romana. de cenſibus. libro. 6.

impunita, quo nihil deterius. Huic ſententiæ ſuffragatur conſuetudo receptiſsima 23. Si vero inquiſitio eſt generalis poteſt fieri nulla præcedẽte infamia alicuius perſonæ, aut nullo poſtulante accuſatore 24: & eſt in vſu frequentiſsime apud regulares eccleſiaſticos. Sed dices; facta inquiſitione generali, vt fit in viſitatione conuentus, quæ ſunt illa crimina quæ ſubditi tenentur denuntiare? Reſpondeo, quod crimina olim commiſſa non ſunt denuntianda, ſi criminoſus iam eſt emendatus, & abſtulit omnes occaſiones reincidendi: quia illorum non eſt inquiſitio facienda: quodquidem eſt valde aduertendum, quia multi, maxime regulares, denuntiant prælatis olim criminoſos iam correctos. Aduerte tamen, quòd quando criminoſus laborat infamia, quanuis ſit emendatus, poteſt



teſt iudex facere inquiſitionem ſpecialem contra illum, interrogando teſtes, an Petrus commiſerit tale crimen? & tunc tenebitur conſcius delicti reſpondere, quia ipſe iudex poteſt interrogare, ſicut quando criminoſus non eſt emendatus, aut nondum vitauit occaſiones peccandi, & non ſperatur emenda illius per ſecretam correctionem, quia forte iam illum ſemel atq; iterum increpauit: quia in tali euentu etiam citra inquiſitionem, hoc eſt, etiam non rogatus tenetur denũtiare illum delictũ prælato, vel vt iudici, aut vt patri, vt ſupra explicatũ eſt. Prælatus enim per inquiſitionem ſolum poteſt compellere ſubditos ad denuntianda crimina in illis caſibus, & in illo ordine, quo ipſi tenerentur extra inquiſitionem: quia prælatus non poteſt præcipere aliquid contra Euangelium, niſi excepto, quod extra inquiſitionem poteſt differre denuntiationem. In viſitatione autem generali tenetur denuntiare intra tempus à prælato diffinitum. Et ad hoc quòd reus teneatur confiteri in iudicio requiritur, quod iudicium

Nota in quo caſu & quo ordine poteſt prælatus, aut iudex compellere teſtem ad manifeſtandam veritatem.

Nota quando iudicium fit legitimũ, & quando non.

fiat legitimum, vt autem ſit legitimum duo requiruntur. Primò, quod iudex habeat poteſtatem ſupra reum, quia ſi nullam habet poteſtatem, vel quia non eſt ſuus iudex, vel quia eſt in cauſa propria, vel quia interpoſita legitima appellatione nõ poteſt ipſum interrogare: & per conſequens poterit celare veritatem. Secundò requiritur, vt ſit legitimũ iudicium, ꝙ iudex habeat probationem contra reũ, aliter non erit legitimũ iudicium: & per conſequens reus nõ peccat celando veritatem: probatio autem præ requiſita eſt tripliciter, ſecundùm triplicẽ modũ procedendi in iudicio, ſcilicet, per denũtiationẽ, accuſationem, & inquiſitionẽ. Si proceditur per viã denũtiationis requiritur ꝙ reus admonitus à prelato poſtea ſit rebellis, & ꝙ crimen ſit probatũ duobus teſtibus. Legitimũ autem iudiciũ per accuſationẽ ad petitionem partis læſæ eſt, quando adeſt ſemiplena probatio, ſcilicet, quando eſt vnus teſtis oculatus contra reũ omni exceptione maior, vel manifeſta indicia. Plena autẽ probatio vocantur duo teſtes, legitimũ autem iudiciũ per inquiſitionẽ eſt, quãdo reus laborat infamia illius criminis, de quo

Nota quãdo reus poſsit celare veritatem.

fit



fit contra reũ inquiſitio, citra hos caſus iudiciũ eſt legitimũ, ita ꝙ reus nõ tenetur fateri veritatẽ, & nõ ſufficit ad hoc ꝙ reus teneatur reſpõdere ꝙ iudex habeat contra eũ copiã probationis & teſtiũ: debet enim iudex facere reo copiam ꝓbationis, & teſtiũ, quia forte ille teſtis eſt inimicus [25]; exceptis criminibus quę ſunt cõtra Rempublicã, vt crimẽ hæreſis, proditionis, & læſæ maieſtatis, vbi nõ debet fieri reis copia teſtiũ [26]. Infertur ergo ꝙ quãdo iudiciũ eſt legitimũ, tã reus, quã teſtis tenet̃ dicere veritatẽ in iudicio. Ait enim Paul. ad Rom. 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: qui autẽ reſiſtunt ipſi ſibi dãnationẽ acquirũt: ſed qui rogatus in iudicio legitimo negat veritatẽ, reſiſtit poteſtati, & per cõſequẽs ſibi dãnationẽ acquirit. Ex quo ſequitur, ꝙ nõ poteſt cõfeſſor abſoluere reũ, aut teſtẽ, qui durante iudicio legitimo inficiat̃ veritatẽ quãuis ſit in propriũ caput, quod quidẽ eſt valde notãdũ cõfeſſoribus, fini to autẽ iudicio, ſi reus fuerit à iudice abſolutus,

25 Ita tenet Caiet. 2.2. q. 69. art. 2.

26 Vt dicitur in ca. fin. de hæret. lib. 6. & Extrauag. ad remedium, & intelligit textus, quando teſtibus imminet periculum capitis.

Nota quãdo cõfeſſor poſsit abſoluere reum negantẽ ſuum crimen in iudicio.

quia

quia negauit veritatem bene poteſt abſolui, quia finito iudicio ſolum tenetur ſatisfacere parti læſæ:non tamen tenetur ſe tradere iudici, vt in ipſo exerceat vindictam. Ad defenſionē autem innocentis in cauſa criminali tenetur teſtis offerre ſe ad proferendum teſtimonium,& hoc ex lege charitatis,non dicitur Prouerb.4. Erue eos,qui ducuntur ad mortem,& innocentem liberare non ceſſes.Non tamen tenetur huiuſmodi teſtis ad liberandum innocentem manifeſtare nocentem,ſcilicet, homicidam verum:ſed ſolum tenetur affirmare, quod ille qui accuſatur eſt *innocens*, & declarando indicia quomodo illi imponitur crimen. Hoc totum intellige, quando innocens non poteſt liberari,quia ſi poteſt,non tenetur ſe offerre ad teſtificandum,niſi vocetur à iudice. Ad damnandum vero nunquam tenetur ſe offerre,niſi reus accuſetur in crimine pernicioſo Reipublicæ,hæreſis aut proditionis:quia tunc ſicut accuſator tenetur accuſare, ita teſtis tenetur teſtificari:& quando teſtis abſcondit ſe, ne compellatur dicere teſtimonium contra reum, ſi eius

Nota quandō teſtis tenetur ſe offerre ad teſtificādum.

Nota quando teſtis poſsit ſe abſcondere,aut excuſare.



eius teſtimonium eſt ſimpliciter neceſſarium, non peccat, dūmodo reſtituat parti læſæ damnum ſua cauſa illatum,videlicet,pecuniam reſtituendam,ſi ipſe teſtificaretur, modo ſit cauſa ciuilis,modo criminalis: quia in tali caſu nulla irrogatur iniuria actori abſcondendo ſe. Si tamen teſtis non poteſt teſtificari, abſque graui periculo capitis, quanuis vocetur à iudice non tenetur aperire veritatem, imo poteſt illam celare verbis amphibologicis,quia magis tenetur diligere ſe quam alium,& cum teneatur confiteri ſuum crimen quando legitimè accuſatur, & interrogatur, tenebitur etiam teſtificari crimen partis in iudicio legitimo,quanuis promiſerit iuramento ſe non reuelaturū crimen. Tenetur enim illud manifeſtare,ſi vocetur à legitimo iudice,quia illud iuramentum fuit in præiudicium partis læſæ, & per conſequens nullum, in malis pernicioſis reſcinde fidem. Non enim valet iuramentum factum ex re exoſa Deo, cui debetur honor & gloria, per infinita ſecula. Amen.

LAVS DEO.

*SALMANTICÆ,*

Apud Ioannem & Andreã Renaut fratres. 1592.

## *Errata Textus.*

PAgina. 55. lin. 8. ſacramenta. le. ſacramentum. pag. 306. lin. 10. ſup, racauſam. le. ſupra cauſam. pag. 358. lin. 5. omnibui. le. omnibus.

## *Errata Gloſſæ.*

PAgina. 17. lin. 25. iuſtitiæ. le. iniuſtitiæ. pag. 100. lin. 8. propriè. le. proprio. pag. 270. lin. 28. Betri. le. Petri. pag. 347. lin. 13. adulterlo. le. adulterio. pag. 360. li. 33. ſpiriritua lis. le. ſpiritualis. pag. 434. lin. 27. ilb. le. lib. pag. 438. lin. 32. poteſtite. le. poteſtate.

Con eſtas erratas eſta correcto conforme a ſu original eſte libro (Compendiolum de ſacramentis). En teſtimonio de lo qual lo firme. En Salamanca oy tres dias de Março. 1592. años.

El Corrector, &c. *Manuel Correa de Montenegro.*